



6.

ΑΜΠΕΛΟΓΡΑΦΙΑ
sive
VITIS VINIFERÆ
Ejusqve
PARTIUM CONSIDERATIO
PHYSICO-PHILO-
LOGICO-HISTORICO-
MEDICO-CHYMICA,
in qua
Tam de *Vite* in genere, qvàm in ſpecie de ejus *Pampinis*, *Flore*, *Lachryma*, *Sarmentis*, *Fructu*, *Vini multivario uſu*, de *Spiritu Vini*, *Aceto*, *Vini Fæce*, & *Tartaro*, curioſa notata plurima
ad normam
COLLEGII NATURÆ CURIOSORUM
inſtituta
PLURIMIS JUCUNDIS SECRETIS
NATURAE, ARTISQVE
Locupletata
à

PHILIPPO JACOBO SACHS
à Levvenhaimb Sileſ. Phil. & Med. D.
& Collegii Naturæ Curioſorum Collega.

LIPSIÆ,
Impenſis VITI JACOBI TRESCHERI, Biblio.
Uratiſlavienſis.
Typis Chriſtiani Michaëlis, M.DC.LXI.







AGNIFICIS, NOBILISSIMIS, STRENUIS, AMPLISSIMISQUE VIRIS

DN. PRÆSIDI, ET RELIQUIS INCLYTÆ URATISLAVIENSIS REIPUBLICÆ SENATORIBUS.

SUb VESTRO felici SIDERE, *Magnifici, Nobilissimi, Strenui, Amplissimiq; Viri*, VITIS CURIOSA tandem progerminat, & quæ ab aliquot annis terræ velut gremio defixa, latuerat, jam liberiore cœlo frui gaudet, Brachia exerit, pampinis vestitur, gemmas protrudit, florem & fructus spondet. Postquam etenim ante aliquot annorum spatium virtutis & Honorum fervidis stimulis incitatus SPECTABILI COLLEGIO DNN. NATURAE CURIOSORUM nomen meum exhibuerim, & lubentissimo animo ab Ipsis receptus fuerim, me, Legum tenore obstrictum sensi, labore quodam Eruditi Orbis oculis non aspernabili debitum exsolvere. VITIS CULTURAM Sors obtulit, Plantam quidem, quoad externam

formam, omnibus notam, intimiorem tamen ejus Nobilitatem, & Utilitatem non cunctis expositam, adeò, ut *Academicorum Intronatorum* Lemma VITI præfigi possit: MELIORA LATENT. Abstrusiorem itaq; VITIS *Naturam*, *curiosâ Mente*, *Manuq;* Omniũ Oculis exhibere, Officii ratio postulat. Fateor, humeris meis me impar imposuisse onus, cum

Si mihi sint Lingvæ centum, sint oraq; centum

VITIS Laudes decantare; si cum Geryone plures, aut cũ Briaréo centum Manus, adumbrare; si cum Argo centum oculi, vix penitissimè *Vitem* introspicere possibile esset. Tentavi interim

—qvid valeant humeri, qvid ferre recusent.

Plurimi melioris Notæ Authores, facem & Lampada in hoc stadio prætulerunt, & VITI excolendæ eruditam impenderunt operam, qvorum augusta Nomina veneror: sed diversâ à meâ, utplurimum, Methodo. Qvod *Academicus* qvidam INTREPIDORUM in Italiâ, pro Emblemate sibi elegerat, Litteram scilicet H (qvæ per se sola, nulla est Littera) depictam cum Lemmate: SI CAETERIS ADDAR: Idem mihi

hi convenire censeo, utpote cujus obscurum nomen solùm nihil momenti mereretur, nisi additione tantorum VIRORUM, necnon DNN. COLLEGARUM CURIOSORUM Lumen & vim à Sole qvasi, Astrisq; mutuaretur. Videmus in symposiis *diversa* VINORUM *genera* exhiberi, qvæ specioso numero dubias reddant Cœnas, qvorum unum colore, sapore, odore, præstantia, alterum vincat, qvodq; tamen suam, pro debita proportione & assumentis palato, laudem meretur. Sic, licêt exilis mea Opera, VITIS hæc *Chartacea*, inter tot tantorumq; Virorum Lucubrationes, non Meracum, Lesbium, Chium, Protropum fundat, sed oligophorum potiùs, attamen *tenuiora* qvoq;, Rhenana & Neccarica *Vina*, non omni Laude destituta fore, confido.

Ut VITEM exornarem, consului Botanicorum, Philologorum, Poëtarum, Historicorum, Medicorum, Chymicorum monumenta plurima: *Sarmenta* ab Italis, Hispanis, Gallis, Germanis, Belgis conqvisita, VINEAE inserui & implantavi, adeò, ut si succrescentis hujus VITIS *structura* tortuosa adhuc, aut luxurians admodum, aut

justò imbecillior alicubi videatur, is potius *Cæli* & *Soli inclementiam* accuset, & *Ingenii tenuitatem*, non *ipsa Sarmenta* ex generosissimis succisa *Palmitibus*, adeò, ut non suo, sed Terræ & Cultoris imperitia degeneraverint.

Succrescens VITIS nunc *fulcimento* opus habet, ut *capreolis* qvasi Manibus se sustinens, humo se erigere possit. Hinc VESTRUM, PATRES PATRIAE, implorat Cedrinum FULCRUM, ut in altum emergere, & omnes, qvibus VITIS subjecta est calamitatibus, Cœliq; Injuriis, eas eluctari, & malevolorum hircorum dentes Theoninos, circumvolitantium Insectorum virus, evitare possit. *Gentiles* Cymmeriis Superstitionum tenebris involuti, cum lumine Naturæ aliqvâ ex parte irradiati, nihil absq; superiori tutelâ diu persistere posse prospicerent, *nascenti Embryoni Deam LEVANAM* adjungebant Præsidem, qvæ nascentem levaret: VAGETANUM & FABULINUM Custodes, cum fari & vagire inciperet: CUNINAM, cum in Cunis esset, FASCINUM, cum fasciis involveretur, OSSILAGINEM, cum ejus ossa firmari inciperent;

rent; STATILINUM, cum jam ſtare poſſet, RUMINAM, cum Lacte nutriretur, EDUSAM & POTINAM, cum ederet & potaret: PAVENTINAM, qvæ pavores ab eo arceret. Iidem Gentiles, qvæ Terræ gremio crediderant, anxiè Tutelæ commendabant, & qvidem cum Sata adhuc ſub Terra eſſent *deæ* SEIAE, cum progerminaſſent, SEGETIAE: geniculis nodisq; culmorum præfecerunt Deum NODOTUM, involumentis folliculorum, VOLUTINAM, folliculis pateſcentibus ut ſpica exiret, PATELENAM, florentibus frumentis, FLORAM, lacteſcentibus LACTURCIAM, matureſcentibus MATUTAM, cum à Terra auferebantur RUCINAM, tandemq; collectis frumentis aſſignabant aſſervationem TUTILINAE præſidio. Sed miſſis his ridiculis cuſtodibus, miſsâ Tutela Dei ſalacis PRIAPI, qvem Gentiles, ut Hortis, ita, & Vineis Cuſtodem dabant: negligimꝰ Vappas reliqvas & puſilla culti Ruris Numina, qvin potiùs, ubi DEI TER OPT. TER MAX. clementisſima benedictione (qvi labores in ſui Nominis Honorem ſuſceptos, florentes reddere dignatus eſt) VI-

TIS, hæc progerminans ſe Mundo exhibet VESTRO, VIRI MAGN. NOB. STRENUI, AMPLISS. PRAESIDIO jure meritoq; frui gaudet: VESTRO benigno ASPECTU irradiari, VESTRO ſalubri qvodam INFLUXU beari. Horum Votorum ſi VITIS compos facta fuerit, næ læta *Vindemia* erit exſpectanda! næ Torcular lachrymabit *Vinum Virgineum*! qvod turbidum qvamvis adhuc, nec defervefactum, gratâ tamen dulcedine delectabit, & plurium Sanorum, ſi non omnium, palatum titillabit; donec maturiore ætate maturum planè & in ætate pretioſum, diffuſumq; propinare poſſit Merum.

Et jure meritisſimo VOBIS, ô PATRIAE PATRES, debentur VITIS hujus PRIMITIAE. Irreligioſum olim de Spicis aliqvid comedere, niſi PRAEMESSUM Cereri fuiſſet libatum. Irreligiosum, Vinum novum deguſtare, niſi Baccho intactum Muſtum & SACRIMA oblatū, primitiis his libatis communem admittebant uſum. Ego, cum ex SILESIIS *Primus Academiæ* NATURAE CURIOSORUM initiatus fuerim, VOBIS, VIRI MAGNIF. NOB. STREN. AMPLISSIMI,

VOBIS,

VOBIS, inqvam, qvibus ab INVICTISSIMO IMPERATORE *Maxima*, & *dignitate Prima Silesiorum Urbis*, Patriæ ſvavisſimæ cuſtodia demandata, *Primitias Vitis* ſpontaneo motu, lubenti animo, puris Manibus, ut Sacrorum Ritus exigunt, offero. *Caniſtri*, *in qvibus* apud Athenienſes per feſtum Dionyſii Virgines nubiles *fructuũ Primitias* offerebant, erant *ex Auro* Metallorum Rege, confecti: ego *Primitias Chartaceo involucro* collectas offerre non inglorioſum duco, utpote licèt ſplendore & duritiæ Auro cedat, perennitate tamen temporis cum eodem certat, nam

Juris in Ingenium Mors habet atra nihil!

Olim prohibitum in Libatione Diis *vinum Spurcum* exhibere, hoc eſt, *qvod non* eſſet *Meracum*, aut qvod *ex vite Græca*, aqvam ſcilicet admittente. Qvod nunc offero *Merum* rectè nominare auſim, cum ſit *ſincerisſimũ*, nulla adulationis & ſimulationis fraude adulteratum, ſed purisſimâ Mente conſecratum. Eodem mentis candore ante pluſculos Annos *D. Danielem Bucretium Juniorem*, Matruelem chariſſimum, artificioſisſimas *Caſſerii Placentini* de Humani Corporis

poris

poris Fabrica *Tabulas* MAGNIF. & NOBIL. *Patriæ Reip.* SENATUI dedicando Patriæ Memoriæ litâsse plurium Memoriam non fugit.

VOTA pro PATRIA, pro IMPERIO, pro CONCIVIBUS adeò stupenda fecisse Romanos cõstat, ut excessu Amoris propriam Vitam ipsi devoverint. Quidnî & ego *Patriæ* dulcissimæ omnigenã apprecer Prosperitatem, *Patriæ Magistratui* & *Imperio, Patriæ Concivibus*. Ithacam illam in asperrimis scopulis, tanqvam nidum affixam, omnibus antepofuit Ulysses, nihil sibi dulcius videri posse existimans, qvàm Patriã, licèt incultam & asperam. Cur non & ego dulcis *Patriæ amore* flagrẽ, qvæ non aspera, non inculta, sed Summi JEHOVAE clementissimâ benedictione adeò exculta, ut Sacræ Sophiæ Templũ, æqvum Themidos Tribunal, saluberrimum Æsculapii Fanum, Musarũ & Gratiarum domicilium hactenus fuerit. Hæc est, qvæ me, cum LIPSIA alma qvondam Nutricula, cumulatìm offerret Honores Academicos, ut suũ redderet; cum jam COLLEGIATURAM COLLEGII MAIOR. PRINCIP., ut vocant, benefi-

neficio Nationali, & clementiſs: SERENISSIMI ELECTORIS confirmatione ſuſcepiſsẽ, & aliqvot annos ſuſtinuiſſem, attamen *in Patriam* retraxit *Urbem*, & Concivibus Medicam adhibere operam & Manum ſvaſit.

Vigeat amplius SILESIA, Regionum *Annulus*, & Annuli hujus Gemma, URATISLAVIA: ſplendeat SILESIA Regionum Oculus, & Oculi hujus pupilla, URATISLAVIA: frondeat SILESIA Orbis Nemus & Nemoris hujus intacta Laurus URATISLAVIA: conſiſtat amplius & rideat SILESIA, Orbis calum, & fulgeat hujus Sol, URATISLAVIA. Fulgeant qvoq; *Cœli Sileſiaci* qvotqvot ſunt MAJORA LUMINA, AMPLISS. SENATUS URATISL. MEMBRA, qvæ ſplendore Urbem illuſtrent, motu & Luce Virtutum Semitam monſtrent, & favore, ceu influxu qvodam benigniſſimo, Bonæ mentis filios foveant.

Tandem, qvod Plinius Naturæ Promus condus de VITE effatur: *Non eſt* Ligno ulli, VITE, ÆTERNIOR NATURA, CRESCIT SINE FINE, ET NULLA EST TAM PROCERA ARBOR, QVAE A VITE NON SUPERETUR,

Summo-

dummodò *ei adhærere* posſit : Parilem *longævam Perrennitatem* REIP. PATRIAE apprecor, ut meliore nomine, qvàm olim Roma URBS, ÆTERNA dici posſit: CRESCAT SINE FINE RESP. & indies Virtutum exemplis, robore , Civium multitudine, Opibus, augmenta ſumat: omnes tandem *Eminentes* ALIAS SUPERET URBES, & CAPUT EXTRAT.

Qvantum lenta ſolent inter viburna Cupresſi.

Vinculum, cujus beneficio adſcendat, ſit Capitis, & Omnium Membrorum, ſecundum Apologum Menenii Agrippæ, apud Liv. l. 1. cap. 32. Harmonia, hoc eſt, Magiſtratus, Civiumq; Concordia, qvâ parvæ res creſcunt, ut contra diſcordiâ maximæ dilabuntur, teſte Saluſt. in Iugurth. cap. 10. Uberrimo fructu VITIS *fertilis* eſt, danturq; qvædam VITES *fructu ſemper onuſtæ* : parem *Ubertatem* & *ſtatus vigorem* REIP. voveo. Dantur VITES, qvales Nomentanæ , qvæ, teſte Columella, *valentèr imbres & ventos ſufferant, omnis incommodi patientes, præter caloris* : eandem *Reipubl. Conſtantiam* turbulentisſimo noſtro-

ſtrorum temporum ſtatu exopto, ut inter tot procellas, imbrium minas, ventorum rabiem vigeat, floreat, frondeat: recedat Iræ Divinæ *Calor exurens* inſtar ignis, potius Miſericordiæ & & Gratiæ Cœleſtis blandus aſpectus REMPUBLICAM fœcundam conſervet.

In tali felicitate REIPUBL. qvam Votis ardentibus à DEO TER OPT. TER MAX. efflagito, VOBIS, VIRI MAGNIF. NOBILISS. STRENUI, AMPLISS. PATRES PATRIÆ, *Omnibus* & *Sigillatim* pariter, *Longioris AEvi* Terminos, *Honorum* Ampliſſimorum *Augmenta*, *fructuum* & *Divitiarum Abundantiam*, in adverſis, quæ mentem deprimunt, in ſecundis rebus; qvæ animum acrioribus ſtimulis explorant; *AEquam Conſtantiam* animitus apprecor; ſic *Sub* VESTRA & REIPUBL. FLORENTIS, tanqvam frondoſæ & fructuoſæ VITIS UMBRA, *Studio-*

rum meorum *Securitatem* & *Felicitatem* amplius *mihi* ſpondeo.

Dab. è Muſéo Calend. Mart. ANNI M DC LXI.

Veſtr. Magnif. Nob. & Amplit. Obſervantiſſimus

Philippus Jacobus Sachs, à Levvenhaimb Ph. & Med. D. Academic. CURIOSUS.

B*ENEVOLE LECTOR*, solemnis olim Romanorum *Vindemialis Lex* fuit, notante Barnab. Brisson. l. 6. de Form. Pop. Rom. p. m. 520. *Uvam squallidam ne legito*, nec *rorulentam*, hoc est, Eodem explicante, si ros nocturnus fuerit, non prius legenda Uva anteqvam à Sole discutiatur. Optassem & ego, ut *Vitis* hujus *chartæ* enatæ pronascentes Uvæ non sqvallore inqvinatæ fuissent, ut Legentium oculos morarentur. Invigilavi qvidem qvantum possibile Uvarum muturationi & puritati, ob meam tamen absentiam prioris Correctoris incuriâ Carbunculatio plurimis in locis inducta est, & festinantis Typothetæ immissus Erratorum nimbus, adeò depravatam reddidit Vitem, ut nisi in reliqvis foliis diligens & circumspecta Eruditorum qvorundam Amicorum Lipsiæ cura tanqvam benevolus Sol alluxisset, plus sqvallidæ & roridæ, plus putidæ & putridæ Uvæ, præter omnem meam culpam T I B I legendæ fuissent qvam sinceræ & generosæ.

In prioribus itaqve foliis, Benevole Lector, præcipuè Litt. A. B. C. D. F. cautum adhibeas oculum, & ubi sensus intricatior Errata subnotata statim consulas: minutiora autem & qvæ velut ἐπιφυλλίδες Uvæ legentium oculos ferè subterfugiunt (E. G. transmutationes Litterarum, Accentus, Commata, & puncta non ritè notata) Tibimet, Benevole Lector, emendanda relinqvo.

Bene Vale.

Errata graviora ſic corrigenda:

Litt. A. *pag*.2.*l*.19.*Juv*.*l*.4.lege l.all.*p*.3.*l*. 23.23.*l*. leg.23. 1.*p*.4.*l*.26.*Ecl*.5,2.l. 5.7.*p*. 6.*l*.2.*novà* l. verà. *p*. 7. *l*. 12. *Myrtu* l.Myrtyll.*lin*.20.*Baccaric*. l.Bavaricam.*p*.9.*l*.23.*invicem Vittis* l. invicem ſe vittis.*p*.12. *l*. 10.*Temn*. l. Lemn. *l*. 27. *Hoſ*.2,22.l.Hoſ.2,12.*p*.15.*l*.11.*Hor*. l.Flor. *lin*.28.281.*l*.241.

Litt. B. *p*.17.*l*.4.*in marg*. *Geminus Primaſius* l.Cenuinus Primarius. *p*. 18.*l*.19.*latior*.l.lætior.*p*.21. *l*.7. *Aper*. l. Apes.*ib*.*l*.15.*c*.10.§.leg.cent.10.§.29.*p*.22.*l*.18.*granii* l.granis. *p*.23.*l*.29.*junium* l.funium.*p*. 24.*l*.5.*vinirad*. l. vivirad. *ib*. *l*. 18. *mallearii* l. mallearis.*p*.25.*l*.28.*ſine* l. ſive. *p*. 26. *l*. 17. *animalis* l.animatis.*p*.26.*l*. 22. *qvi gemma*. NB. dele qvi,& verba ſeqventia pertinent, adhuc ad priorem §. de Gemma uſq; ad verba boutonner. *ib*. *p*. 26.*l*.26. *Latex*. l. qvi latex. *l*.27. *Racomus,betrus* l.Racemus,Botrus.*p*.28.*l*. 14. 392. l.354.*ib*.*l*. 29.*de Paſt*.*Hab*.leg.Paſtor. Hammelb. de. *p*. 29. *l*. 10. *Uviradic*.l.vivirad.*ib*. *l*.23.*ſingulis* adde : geniculis.*p*.32. *l*. 19. 65.l. 63.*l*.20.16. l.ibid.

Litt. C. *p*.33.*l*.2.146. *Jun*.l.Juven. *p*. 35.*p*.*l*.15. *canis* l. cavis. *l*.19. *fulcitus* l. fulcitur.*p*.37.*l*.26.31.l.3,1.*p*.38.*l*.9. *c*.2.l. l.2. *lin*.13.*Benop*.*l*.*Oenop*.*p*.39.*l*.24. *influentior* l. influentiæ.*p*. 42.*l*.14.*conſuli* l.conſului.*p*.44.*l*.8. *naſcentes* l. innaſcentes. *p*.47.*l*.24.*Ticin*.*l*.*a*.leg.lib.4.c.3.*p*.48.*l*.9. *veſtiunt* l.vertunt.

Litt. D. *p*.49.*l*.8.*lib*.4.leg. c.4.*l*. 28. & *Gonz*. l. edit. Gonz.*p*.53.*l*.5.*ranæq*; l.raræq;. *l*. 11. *Bracchia* l. Bracchiata.*p*. 54.*l*.14.*fucillue* l.fueillue.*p*.55.*l*.6.Zinſch.l.Linſch. *lin*.7. *Arores* l.Azores.*lin*.13.*natare*. l.nectare.*l*.23.*p*.33.l.p.73.*p*.56.*lin*. 26.*Veſitrinos* l.Velitrinos.*p*.57.58.*l*.7.206.l. 20.*p*.59. *l*. 3. 129. 179. *l*. 4. Gennifch l. Heuniſch *p*. 61. *l*. 2. *duceſcunt* l. dulceſcunt.*l*.13.*concluſos* l.*concluſus*.*ib*. *lin*. 20.*propulſo* l.propulſa. *p*.62.*l*.*reillis* l.VVillis.*ib*.*lin*. 28.*ſuperato* l. *ſuppurato*.

Litt. F. *p*.80.*l*.11.*Salo* l.*Salu*.*p*.82.*l*. 25. *alb*. ß. l. albiſs. *p*.83.*l*.11.*liquoribus* l.laboribus.*p*.85.*l*.16.*c*. 2.l.c.7.*l*.20.*pag*.*l*. *part*.*l*.27.*Vinum pendens*. annect. priori lineæ.*p*.86.*l*.5. *p*. 5.l. ſp. 15.*p*.87.*l*.1.*de iis* l. de iis qvi *l*.5.2.*C*.5.leg.2. *C*.5.*p*.88.*l*.6.36. *l*.56.*p*.89.*l*.17.*viride* annect. priori lin. *l*. 28.*cacum*. l. cucum.

p. 90.

90. l. 10 supervalet l. supernatet. *l. 26. vel.* l. Ut. *p. 91. l. 13. Prex.* l. Prax. *p. 92. l. 8. fastum* l. festum. *l. 10. furrio* l. furno *l. 26. Fioroant.* l. Fiorov. *p. 93. f. 3. omphacis* l. omphacio *l. 12. Cynostbat.* l. Cynosbato. *l. 19. Zimon.* l. Limon. *l. 21. Onor.* l. Ovor. *l. 22. Vitriolum II.* dele & pone : destillatum. *p. 95. l. 7. Rosab.* l. Rosar. *l. 8. oxigirrhod.* l. oxyrrhod. *l. 11. phyll.* l. psyllii *l. 22. argill.* l. argillæ. *p. 96. l. 6. colore* l. coletur. *ib. l. 22. Ol.* l. elect. *ib. l. 22. lacti* l. lucii.

Litt. G. *p. 97. l. 16. pararunt.* l. paravit. *p. 100. l. 5. c. 28.* l. c. 14. *p. 103. l. 4. possint* l. possit. *l. 7. lib. 7.* leg. l. 4. *l. 22. ep. 48.* l. ep. 18. *p. 108. l. 29. Mollans.* l. Mollaris. *p. 109. l. 14. Lycæo* l. Lyzeo *p. 110. l. 9. Alvar.* l. Alvarez. & ad *p. 111. l. 21. marg. Vitæ* l. vitę

Litt. H. *p. 113. l. 24. exprim.* l. eximuntur. *p. 116. l. 6. V. Funan.* pertinet ad prior. lin. *lin. 18. 3,66. f. 45.* leg. 3. Obs. 45. *p. 120. l. 2. fumo* l. furno. *p. 122. l. 29. pap. 3. §.* l. part. 3. f. *p. 126. l. 16. Tineas* l. Tincas.

Litt. I. *p. 134. l. 11. laxandum* l. laxandam. *l. 25.* ℥j. l. ʒij. *p. 135. l. 23.* ℥ß. l. ʒß. *p. 136. l. 23. aris* l. rad. ari. *p. 137. l. 16. Sidus* l. Siclus *p. 138. l. 23. maximam.* l. marinam. *p. 143. l. 3. pol.* l. fol.

Litt. K. *p. 147. l. 6. p. 94.* l. p. 64. *p. 148. l. 3. Cr.* l. C. vid. *p. 150. l. 5. Cæsenates* l. apud Cæsenat. *p. 151. l. 22. nobiliora* l. nobiliores. *p. 153. l. 13. legendis* l. regendis. *l. 16.* 5,1,55. l. 1. Sat. 1,55. *p. 155. l. 3.* 1.85,26. l. 1.35,26. *p. 257. l. 18.* 3,67. leg. 3,76.

Litt. L. *p. 161. l. 28. desæc.* l. defæc. *p. 167. l. 23.* Strodelb. l. Brodel *p. 168. l. 23. Spiritus* l. Spiritum. *p. 170. l. 6. sine* l. sive *ib. l. 13. cap. 4.* l. Cent. 4. *p. 175. l. 22. Seneaf. Besicioli* l. Senensium Besicoli.

Litt. M. *p. 177. l. 10. omnibus* l. morbis. *p. 178. l. 23. vocat.* adde : Caræ num. *p. 185. l. 20. &* l. è *p. 189. l. 4. internarum* l. infernarum. *p. 189. l. 4. ut* l. & *ib. l. 9. p. 703.* leg. p. 203.

Litt. N. *p. 193. l. 16. Es. 63. 20.* l. 63, 2. *p. 194. l. 3. Plin. 145.* l. Plin. 14, 5. *l. 13. Jonbus* l. Jonibus. *p. 196. l. 24. cap. 1.* l. cent. 1. *p. 198. l. 22. unat* l. juvat. *ib. l. 25. calefacit alio* l. calefacit sed aliud alio. *p. 202. l. 1.* sünen l. sonnen. *l. 18. Lang. l. 30.* l. Lang. 1, ep. 3 *p. 206. l. 3. ex* l. e. *p. 208.* l. 17. *in penes.* l. in præfat. *l. 18. Heer ab Heer.* l. Henr. ab Heer. *p. 25. Lober.* l. Coberus.

Litt. O.

Litt. O. *p*.209.*l*.1. *distingvit* l. depingit. *ib*. *l*. 9. *Zang*. l. Lang. *p*.21. *l*.1. *imo* ex l. imò qvod ex. *ib*. *l*.7, 51, 6. l. 5, 1, 6. *p*. 211. *l*.11. *Bjfera* l. Afferal. *p*.215. l.17. *perf*. l. pulveris. *p*.217. l.21. l. 13. leg. l. 3. l. *ib*. 24. l. 310. *leg*. l. 3110. *p*. 219. l.22. *Hor*. 2, 5, 3. leg. 2. Sat. 2. *p*.220. *l*.14. 1. *Trist*. 62. *leg*. 1. *Trist*. 6. 2. *ib*. *l*. 19. *pauculo* l. poculo.

Litt. P. *p*.225. *l*.1. *marg*. 2. *Ven*. *leg*. alia Jovis, alia Veneris Vinalia. *ib*. *l*.10. *dolis* l. doliis. *p*. 226. l. 9. *victima* l. victimæ. *ib*. *l*. 18. *alioqvin* l. an qvia. *p*. 227. l. 2. *fupinam* l. fupinâ. *p*. 231. l. 13. *deuftione* l. devotione. *p*. 236. l. 27. *Lipf*. 1, 3. *Ant*. l. Lipf. 3. Ant.

Litt. Q. *p*. 241. l. 8. *Ep*. 59. l. Ep. 50. *p*. 242. l. 11. *ibil*. cibi. *p*. 248. *l*. 27. *cymbolico* l. cymbiolo. *p*. 252. l. 3. *Jun*. 8. l. Juv. 8. *p*. 253. *l*. 11. 3. l. 21. l. 3. C. 21. *ib*. l. 29. *Iliad*. 2. *leg*. Il. Z. *p*. 254. l. 8. *Dempft*. *ac* l. Dempft. ad cap. *p*. 255. l. 18. *qvod* l. qvæ.

Litt. R. *p*. 260 *l*. 9 *moft* 1, 10 l. moft. 1, 1 *lin*. *ead*. *morb*. *mill*. l. morb. mul *p*. 261 l. 8. *Port*. 5 *Ph*. l. Port. 6 Ph. *ib*. *l*. 23. *navarent*. l. vacarent. *p*. 263 *l*. 22 *eo ritu* l. coitu. *p*. 267 *l*. 16 *pellicularem* l. pellicularum. *p*. 268. *l* 8 *cryftall*. *carbunculo*. l. è Sp. V. cryftallino carbuncularis. *p*. 271 *l*. 8. *concionatur* l. concinnatur. *p*. 272 *l*. 23 *Cortaci* l. Critolai. *ib*. *l*. 23 *nea* l. nec.

Litt. S. *p*. 273 *l*. 2 *cori* l. con. l. 15. *inficit* l. infarcit. *p*. 274. l. 25 *nunqvam* l. unquam. *p*. 275 *l*. 19. *Para* l. Sara. *p*. 183. l. 28. *co f L* l. conf. 1. *p*. 287. l. 13 *qvi in* l. qvi id.

Litt. T. *p*. 291 *l*. 6 *benè* l. lenè. *p*. 297 *l*. 9 *cum* l. cur. *p*. 300 *l*. 8 *T* 8 l. T. 3. *p*. 302 *l*. 9 *craffa*. *adde*: & aqvofa *p*. 303 *l*. 4 *Obf*. 2 l. Obf. 8.

Litt. U. *p*. 306 l. 16 *effacius* l. efficacius. *p*. 309 *l*. 4 *Med*. *ex*. 6 l. Medic. ex. 7 *l*. 29. *conf*. 29. l. conf. 19. *p*. 312 l. 4 *qvidam* l. qvosdam. *ib*. l. 6 *Durp*. l. Purp. *l*. 9 *expurgans* l. expurgant. *ib*. l. 21 *Medicum* l. Medium *p*. 313 *l*. 16 *pag*. 147. l. 187. *p*. 313 l. 23 c. 26 *adde*: Et prefcribit Beverovic. de Calcul. p. 86. Calculofis &c. *p*. 314 *l*. 22. *Occid*. l. Ovid. *p*. 316 l. 6 *dec*. 3. l. dec. 9. *p*. 316 l. 11 *Alirfum* l. Alcorfam. *p*. 318 l. 16 *Sanderii* l. Sandeccii. *p*. 319 *l*. 18 *fol*. 5 l. fect. 5.

Litt. X. *p*. 323. l. 15 1519. l. 1619 *p*. 326. *l*. 24 *cur*. 9 8 l. cur. 98

p. 328

p.318 l.2 cap.4.l.cent.4.p.330 l.18 turbith.l.turbidæ.p.331 l. 12 adstringend. l. abstergent.

Litt. Y.p.340 l.2. lignorum l. liqvorum p. 347 l.2 Sau. l. Salu.p.347 l.14 stiendum l.sistendum.p.347 l.27 c 53 l. cap.13 p.348.l.23.♂ ℔.8.l.℔.ß.p.352.l.25. Zing.℔ ß.l.℔ ißs.

Litt. Z. p.354 l.11 vel l.ad p.357 l.11 1.mosch.nuc.mosch. p.361 l.11 2. Eund.l.Vid.Eund.p.361 l.7. insulsum l. Mulsum. p.362 l. Pivisto l. Piviolo.p.364 l. 22 desumtum l. desumtam. p.367 l.4 qvi l. quique.

Litt. A a. p.371 l.7. negligendum l. negligendam p.372 l. 3 Asterotes l. Hercules p. 379 l.26 Bruulel. Brusle.p. 380. l. 8 appetus l.appetitus p.384 l. 16 ep. 13 l. ep. 31.

Litt. B b. p.393 l.11 svavum l. svavem p. 396 l. 25 Antidot l. Antidot. p.399 in marg. corleur. l.coleur.

Litt. C c. p.403 l.13 2,5,3,117 l.2 Sat.3.p. 404 l. 16 Morb. l. Mart. p.407 l. 24 pedo l.pelo p. 408 l. 17 acidit. l. arridit. p. 409 l.9 v 26 l.v.76 p. 416 l. 22 2 Mart. l. V.Mart.

Litt. D d. p. 417 l.27 Horræus l. Gorræus, p. 418 l. 16 acrus l.arois.p.419 l.12 Spiritus l.Spiritibus. p. 421 l. 6. Phasmac. e. Pharmac.p. 426 l.8. tempore adde : suo qværitur. ib.l. 13.388 l.138 p.431 l.23.tenuit l.ob tenuit.p. 431 l. 21 3, 5, 5, l. 3. Sylv.5.

Litt. E e. p. 436 l. 1 Falsic. l. Falisc. p. 442 l. 2 dec. add. dec. 5 p. 42 l. 26 medio l. medaæ p.442 l.4 dicta l. dictum p.446 l. 24 marin.siml. l. Martin sicul.

Litt. F f. p.451 l. 24 tinctu l. linctu p. 452 l. 8 dot l. qvot p. 457 l.10 Ruisin l. Raisin ib. l. 20 208 l. 608 p. 464 l. 7 vinæ dele.

Litt. G g. p.470 l.13 este l.teste l. 22 vini l. vina p. 471 l. 5 confecti l.confectos l.11 Armaris l. Armenis p. 472 l.22 Tuan. l. Tyan. p. 474. l. 1 dictum l. dictam.

Litt. H h. p.482 l.14 S. & l. Sies. p. 483 l. ult. cum l. cui p.491 l.6 vinarius l.varius p.493 l.1 c.4 l. c. 43 p. 493 l. 10 c. 8 l.c.18 p.496 l. 2 ubi l. uti.

Litt. I i. p.500 l.21 Tilomas.l. Thomas. p. 503. l. 19 Occ. l. 4 Occ.p.510 l.13 cons.31 l. cons.

Litt. K k. p.514.l.11.Iderit l. Icterit. p.517.l.11.V. l. Urina p.523.l.3.alium l.alii. p.526. l. 7. vel lentum l. vel per lentum.

L. c.

Litt. L l. *p.523.l.27. damat* l. damnat. *p.534.l.6. inepta l.* inepta. *p.535.l.10.c.9 l.c.6.p.542.l.8.potu* l. fotn.

Litt. M m. *p.555 l.28 Med. l.* Mul. *p.556.l. 6. cap. l. cent. p.560. l. 13. Fonseca. adde Gabriel Fonseca.*

Litt. N n. *p.567.l.28.p.l.4.* leg. p.1.l. 4. *p.571. epl. 9. 410.* l. 401.

Litt. O o. *p. 591. l. 29. sing.* ☿o. *l. sing.* ⊖☿i. *p. 584. l. 6.* ♃ uff. *l.* ♄. *ust.*

Litt. P p. *p.598.l.20. Tart. l.* ⊖☿. *p. p. 606. l. 14. antitartur.* l. antitartar. *p. 607. l. 20. Litteras.* adde: transmisit.

Litt. Q q. *p.609.l.3.ex del.l.16.post Zobel. adde* parat. *p.60.l.9.pro pharin.l.* pharyn. *l.19. pro gomorrhœa. l.* gonorrhœa *p. 613. l. 11. 12. parant. l.* parat. *l. 17. pro Tartaro l.* Sal Tartari *614. l. 1.* Sp. *del. l. 15. viridem & l. & viridem l.20.* △ *l.* ▽. *621. l. 2. Tartarea l.* Tartaro &. *622. l. 12. Sangvini & l.* Tartar. &.

Litt. R r. *p.625.l.21. Tartart. l.* Tartaro. *p. 626. l. 18. Tartariol. l.* Tartarol. *p.653.l.17. Tartariol. l.* Tartarol. *l.20. Croll. l.* Crolliano. *p.638.l. Vitriolus. l.* Vitriolat.

Litt. S s. *p.641.l. scammonetum. l.* scammoneatum. *p.643. l. ult. eptimanas. l.* septimanas. *p. 646. l. 18. 19. bulliunt. l.* bulliant. *p. 646. l. 19. 20. inangendi l.* inungendi. *p. 648. l.25. ad metallica. l.* & metalla. *p. 651. l. 18.* ☿ ♀*atam. l.* ♄*atam. l.27. Crucib. l.* crucibul. *p.653. l. 12. Ascherm. l.* Alcherm.

Litt. T t. *p. l.13. comburere l.* combibere.

Errata Appendicis.

Litt. a. *p.1.l.14. relinquitur. l.* relinqvuntur. *p. 3. l.15. pronepotes* adde: *III. p.4. l.12. Belgio l.* Belgic. *p.5.l.16. poster. l.* porter. *p. 7. l.1. Huant. l.* auant.

Litt. C. *p.40. l. 24. qvæ l. que.*

inpeta l,
.l. cent,
71. spl.
♀i.p.
:. l.14.
ıdde:
le pa-
rhæa.
7. pre
& l,
o &.
l.18.
rol,
.
m.
19.
ın-
18.
12.
9.
:.



PRÆLOQVIUM

Continens Causam & Modum Tra-ctationis.

SCitè non minus, qvam rectè, *Crispus*, Romanæ primus in Historia, exorditur Narrationem de Catilin. conjuratione; (*c.1.*) *Omnes homines summâ ope niti decet ne vitam silentio transigant veluti pecora*, qvæ, ut explicat, nervosus *Tacit.* (*3.Hist 36,1.*) si cibum suggeras, ignava jacent, torpentq;, præterita, instantia, futura, pari oblivione dimittunt. Itaq; potiùs, cùm *teste Plin.* (*in paneg. c. 78.§.3.*) omne ævum & breve & fragile sit, reparandum Ingenio est, qvô, censente *Salust.* (*in Jugurth. c. 2. f.*) neq; melius neq; amplius in natura mortalium. Hinc videmus tot præclarissima Ingenia, qvibus cordi curæq; fuit, neglecto Vacunæ, Fessoniæq; delubro, Augustum Virtutis & Honoris Templum ascendere, multo labore comparata monumenta Æternitati concertantibus tholis suspendisse, adeoq; cum ipsis denegatum fuerit diu vivere, reliqverunt aliqvid, qvo se vixisse testati sunt. (*Plin. l. 3. ep. 7.*). Exiguum vitæ curriculum qvidem Natura circumscripsit,

)(inqvit

inqvit *Tullius* (*orat.pro Rabir.*) immenſum tamen gloriæ,aut ut alibi (*orat. pro Seſt.*) effert: Vitæ brevis eſt curſus,gloriæ ſempiternus.

Ut nunc ſilentij ſipario involvam qvi exercendi Ingenij gratiâ,ex rerum abjectarum Laudatione Gloriam, & Utilitatem qvæſiverunt, dùm Animi tempora curarum, remiſſionumq; diviſa habuerunt viri Doctiſſimi,ut cœleſtes mentis igniculos jucundiſſimô meditationum flabellô ſæpenumero excitarent, ita tamen ut ſub nugarum involucro ſerij ſenſus occultentur, & aut, ut vitæ melioris momenta, aut Naturæ myſteria,aut Philoſophorum placita explicentur, qvorum bonam partem *CL. Dornavius in Amphitheatro Socratico* collegit, & *Belga* qvidam *Anonymus*,qvi *Lugd. Bat.* 1644.ultra 20. *diſſertationes edidit ludicras* virorum

--- merito qveîs doctior Orbis
Submiſſis defert faſcibus Imperium.

Alij potius Proximi præcipuè Utilitati ſtudentes, Venerandæ Naturæ & vaſtæ Veſtæ myſteriis enutriti, & Divæ Hygées Myſtæ, cùm perſpicerent Oraculum eſſe omni Delphico aut ex Hammonis delubro, aut Dodonæâ qvercu verius venerandi *Hippocratis* effatum (*ſ.1. ß.1.*) *Artem eſſe longam, vitam brevem*,adeoq; impoſſibile,ut unius contemplatio Naturæ abyſſum perſcrutando capiat,

ſpecia-

ſpeciatim *curioſâ mentis acie* perluſtrarunt aliqvod *Simplex ex materiæ Medicæ Cornucopiâ* prorſus Amalthæâ, & in illius uſu, Natura, & Viribus deſcribendis nullum non moverunt lapidem. *Tales ex Antiqvioribus* Marcion, qvi ſpeciali tractatu deſcripſit *Raphanum*, Cato *Braſſicam*, Phanias *Urticam*, Juba *Euphorbium*, Eraſiſtratus *Lyſimachiam*, Diocles *Rapas*, Aſclepias *chamæmelum*, & duobus voluminibus *Vini Hiſtoriam*, Anton. Muſa *Betonicam* &c. qvorum tamen maxima pars Temporis injuriâ in communi aliorum ſcriptorum naufragio intercidit, ut ex illis paucæ ferè vel nullæ ſuperſint tabulæ.

Illorum veſtigiis ex *Recentioribus* inhæſerunt non infimi ſubſellii *Medici*, ita, ut *in Regno Minerali ſingulari Hiſtoriâ* deſcripſerint *Cal ſuem*, *ſeu Lapidem Nephriticum* C. Bartholin. & Clutius: *Corallia* Ganſius; *Margaritas* Geigerus; *Aurum* Joh. Fr. Picus Mirandula, Majerus, Kernerus, Amthor, Joh. Dan. Myliusin Anatom. ☉. Fr. Rouſſelet in Chryſoſpagitie; *Mercurium* Unzer. Kerner. Deodatus, Victor Giſelinus: *Antimonium* Alex. à Suchten, Tholdius, Poppius, Baſil. Valentinus, Ang. Sala, G. Daviſſon, Jacob Greuin, Germain, J. Chartier, Lucas Stenglius, Mich. Toxita &c. *Sulphur* Unzer, Mich. Sendivogius, Vincent. Carellus; *Salem* Wi-

)(2 gandus,

gandus, Gomeſ. Unzer. Tholdius, Henr. de Rochas; *Vitriolum* Münderer. Aëtius Cletus Verbezius, Colle, Ang. Sala, Ammelungus; *Succinum* Aurifaber, Wigandus.

In Regno vegetabili, *Abſinthium* Cl. Rocardus, Joh. Bauhinus, & Nic. Clauenna; *Mala Aurea* J. B. Ferrarius; *Chinæ radicem* Braſſavola, Claudinus, Auger. Ferrerius, & Cardanus; *Mala citria* Joh. Jov. Pontanus, & Monardes; *Lignum Guajacum* Alphonſ. Ferrius, Conſalvus Ferrandus, aliiq; plurimi; *Nicotianam ſeu Tabacum* Ægid. Everartus, Neander, Raphael Thorius, J. Chryſ. Magnenus; *Roſam* Roſenbergius, & Wittichius; *Sambucum* Blochwitzius; *Lignum Saſſafras* Joh. Neander; *Scorzoneram* Nic. Clavennas; *Opobalſamum* Guibertus, Proſp. Alpinus, Döringius, Volcamerus; *Maſtichem* Strobelbergerus; *Opium* Hartmannus, Freitagius, Winclerus, Doringius; *Saccharum* Ang. Sala; *Helleborum* Holzemius, & P. Caſtellus; *Turpetum* Giſbertus Horſtius; *Alöen* Duraſtantes; *Gittagemu* Reudenius, & Lotichius; *Mannam* Altemari, Campegius, Mangnenus, ſingulari curâ tractarunt.

In Regno Animali, *Alcem* Baccius, Menabenus, Wigandus; *Lapidem Bezoarticum* ex Capra Orientali *Bauhin.* Sylvaticus, Catelanus; *Cervum* Joh. Georg. Agricola; *Humani*

Corpo-

Corporis Vſum in Medicina Beckerus, & Hart. Beierus; *Leporem* Waldungus; *Viperas* Abbatius, Paulinus, Collenutius, Severinus; *Unicornu* Baccius, Th. Bartholin. *Harengi* Hiſtoriam Neucranzius tradiderunt.

Ex tot Authorum enumeratione, cùm luce meridianâ clarius appareat, multa *ſpeciali cura* hactenus & ſummâ diligentia elaborata eſſe, plurima tamen adhuc tractanda reſtare, aut ante tractata auctiora & cultiora reddi poſſe, ideò ſingulari qvodam & laude digniſſimo inſtinctu qvidam de Re medica meritisſimi Medici, *ad propagandam Dei Sapientiſſimi creatoris Laudem, ad promovendam Proximi ſalutem, ad evitandam* marceſcentis *otij labem*, paucis abhinc annis *Sodalitium qvoddam Doctorum Medicorum, ſub nomine Collegij Naturæ Curioſorum*, inſtituerunt, ut ſinguli *Collegæ* admisſi, qvantum in ipſis eſt, allaborarent ut *curioſâ mentis* perſpicacitate intima Naturæ penetralia recluderentur, & qvid in hâc vel illâ plantâ, animali aut minerali, reconditum, qvod uſum præſtare poſſet ſalutiferum, deliteſcat? in apricum, bonâ fide, omnium oculis exponerent.

Et *qvidni* tale *inſtitutum* cenſeri posſit *laude digniſſmum*? cùm pasſim *Sodalitia* ab Eruditis ad excolenda Ingenia, ad promovendas liberales Artes, inſtituta videamus. *Italis* vocatur *Academia*, & definiente *Joh. Fr. Lore-*

dano (*Bizarr. Acad. part. 2. §. 26.*) *l' Academia* non è altro che un Unione de Virtuosi per ingannar il Tempo, & per indagare tra le vertu la Felicità. Hinc in *Italia* ferè nulla urbs, ubi non talis *Academia* vigeat. Habet enim *Italia* hoc singulare, ut, teste *Joh. Barclajo in Icone Animor.(c. 6.f.)* qvod qvidam de Attica dicebat: nullibi vel atrocior Cicuta est, vel suavius Apes exuctis digestisq; floribus cellas implent; ita non alibi pejorum facinorum qvam Sanctiorum etiam virtutum exempla magis in Italicis animis cernantur. In *Mantua* celebris *Academia de gli Invaghiti*; in *Pavia* seu Ticino *de gli Affidati*; in *Casale de gli Illustri* (de qvibus *Stephan. Guazz. in de Civil. Conv. l. 1. p. 21.*) in *Mediolano de gli Intenti*; *Bononiæ* Academia *Nobilium*; ut & *Veronæ, Vicentiæ* Acad. *Olympicorum*; *Patavij* Academ. *Sitientium*: Floruit præteritô seculô in *Hetruria* potissimùm in exercenda Pöesi *Academia de gli Etherei* (*v. Arnig. de morib. Emend. vegl. 6. p. 298.*) hodie *Florentiæ Furfurarij*, itemq; *Acad. Apathistarum*, qvam ornavit Joh. Nardius; item hodie *Florentiæ* Acad. *della Crusca* & *della Pittura*. Florent *Sienæ Intronati* (qvorum Emblema excavata cucurbita, in qvâ Sal à rusticis asservatur cum lemmate: *meliora latent*:) hodie *Sienæ* qvoq; Acad. *VI. Nobilium*, Acad. *Travagliatorum*, *Accensorum*. V. *Joh. Jacob. Grasser.*

Graſſer. in Itinerar. Hiſtor. Polit. paſſim. Vigent *Ferrariæ Academici Intrepidi* (qvorum Emblema Typographica machina cum inſcriptione, *premat dum imprimat. V. Harsdörff. part. 2. Colloq. Luſ. p. 4.*) *Romæ* præterito ſeculo celebres fuerunt *Academici Lyncei,* (qvorum inſigne fuit, Lynx porphyritidi inſculpta, qvi conſtabant ex omnis ſcientiæ & facultatis Profeſſoribus, exceptâ Theologiâ, erantq; perſpicaces ad abdita in Lucem proferenda. (*V. Hornung. Ciſt. Medic. ep. 69.*) hodiè ibidem virent *Academici Humoriſtæ* (die befeuchtenden / qvorum inſigne, *Nubes ex mari orta, pluvia recidens* cum lemmate: *redit agmine dulci. Harsdörff. l. a. p. 9.*) Hos ut & *Peruſij Academicos Inſenſatos* laudat *Second. Lancelloti in ſuo l' hoggidi* (*part. 2. diſſ. 10 p. 189.*). *Venetiis* lucent *Academici dellà Notte* nec latent *gli Incogniti,* ex qvibus eminet Illuſtris Proſapiæ & mentis *Giov. Franc. Loredano,* qvi nervosè de hujus & aliorum Sodalitiorum laude *in Bizarr Acad.* (*part. 2. §. 26. p. 182.*). Circa ardentem Veſuvium *Neapoli* micant *Academici Ardenti,* & *Los mitadore Otioſi*: alibi in Italia paſſim *1. Suegliati, Inqvieti &c. Gallia* præcipuè *Pariſiis* nutrit *Sodalitium* qvod vocatur *La Conference des beaux Eſprits. Germani* aliqvot ab hinc annis nempe Anno 1617. laudabilia hæc veſtigia pari ardore prementes *Academiam* inſtituerunt *Linguæ* potisſimùm

mùm *patriæ excolendæ gratiâ*, & *Sodalitium* vocarunt die Fruchtbringende Geſellſchafft (cujus Emblema, Palma Indica cum Lemmate: Alles zum Nutzen) qvod tanto cum applauſu ſuſceptum fuiſſe conſtat, ut ſummi aliqvot Principes ſimul Nomina ſua inſerere non indecorum eſſe ſibimet duxerint. *Steph. Guazzo l.a.* maximè comendat talia *Sodalitia* & ſimili eleganti concludit, idem hîc evenire ac iis, qvi cùm ſoli opiparè & lautè vivere non poſſint in certum cum aliis conveniant locū, ubi unusqvisq; ſymbola ſua & apparatus apportet, ex qvorum conjunctione magnificum pòſt exſtrui poſſit Convivium. *Hæc Incunabula* qvæ laude dignisſimô innituntur fundamentô, DEI Laudi & Proximi Saluti *agnoſcit Collegium Naturæ Curioſorum, his Nutricibus Labore indefeſſo & diligentiâ curioſâ* adoleſcit. Innuit hoc *Symbolum Collegij*, qvod eſt, *Annulus aureus*, cui locô gemmæ *Liber apertus* inditùs, cujus una pagina *Plantam*, altera *Oculum* exhibet, ut moneatur Oculum ſemper ad metam, hoc eſt ad Naturæ penetralia penitius introſpicienda dirigendum, illoq; ſollicita in Optimorum Authorum Libros, ut *Plantina* phraſi (*mil. G. 4*, 1.) utar, venatura facienda ſit. *Annulum* autem *Serpentes ambiunt, tùm* qvia ſunt Symbolum Naturæ, *tùm* qvod Simplicitas aſtu benè fermentata triumphet, adeoq; Hieroglyphicum

Pru-

Prudentiæ & Sapientiæ, unde etiam Minervæ dicati serpentes & Æsculapio (*V. Fortun. Licet. l. de Lucern. Antiq. l. 6. c. 20. f. 717.* tùm qvòd Serpentes Vigilantiæ nota (unde Lucernas Lucubrationibus aptas nocturnis qvidam cum manubrio angvino seu serpentibus involutis habuerunt, qvalem depingit *Id. Antiqvitatum curiosissimus Licetus l. 6. c. 66.*) *tum* deniq; qvòd perspicax admodum ὄφεως ὄμμα, ut inde *Horat.* (*1. S. 3, 26.*) de perspicaci canat:

--- tàm cernit acutum
Qvàm aut Aqvila aut Serpens Epidaurius ---

Cùm itaq; præteritô, & qvod excurit, annô *à Dn. Collegis* benignissimô vultû receptus fuerim, & *illorum Ordini initiatus*, debitum publicô qvodam scriptô exsolvere me obstrictum sensi, & cùm Diogene inter tot laborantium conatus, Doliolum qvoq; circumvolvere.

Materiam qvam selegi *Vitis* est, *planta* in *Silesia* qvidem nostrâ exculta, ob loci tamen situm, & intempestivi Autumni constitutionem escaria potiùs qvàm ut exprimendo musto conveniat: ast copiosa vinorum ex aliis locis in Silesiam advectio damnum copiosè resarcit. Est tractatio de vite difficillima fateor, ob rerum tractandarum copiam, & gravitatem, maximam diversitatem, præcipuè vinorum, qvæ variant solô, sitû, regi-

one,anni curſu,aſtrorum phaſibus,vitis ſpecie, cultù,arte.ſubortis diſcrepantiis, ob tot Saporum varietates, tot commoda & incommoda, in dextro ſiniſtroq; uſu, ob multiplices operationes,adeò,ut tot labores exantlandi qvi vel ipſum Herculem delaſſare posſint, cum & Aſclepiades dixerit,ne ipſos Deos immortales commoda vini, adeoq; ipſius vitis, recenſere poſſe: attamen ob tot vitis viniq; effectus admirandos, eò magis unusqvisq; inqviſitionis ſtudiô accenditur; qvòd ſi verborum & rerum pondus materiæ gravitati non reſpondeat, *in magnis voluiſſe & tentaſſe ſat erit.* Impulit qvoq; ad hunc ſuſcipiendum laborem,qvod,cùm ante pluſculos annos Lipſiæ Supremos in Philoſophiâ Honores ambirem, Promus condus *Sympoſium Philoſophicum* in cœnatione Philoſophorum conſueta, exhibuerim variis Nutritionis Phyſicæ misſibus refertum, ubi finitâ guſtatione, & misſibus, Bellaria qvoq; problematica addita fuerunt; ſed *ſiccum* illud fuit: nunc *Vinum* inferre placet, ne Cereris ſolùm ſint Nuptiæ (jocante *Plaut.Pſ.2,6.*) aut Varronis Prandium Caninum,hoc eſt explicante *Agell.* (13, 29.) vino deſtitutum, qvia canes vinô carent.

Erunt qvi objicient, me Iliada velle ſcribere poſt Homerum,hoc eſt in *Vite* excolenda,deſudare velle,qvô labore tot viri de

Re

Re Litteraria meritisſimi antea feliciter defuncti fuerunt, qvorum Scripta venerari potiùs, qvàm imitari, & iis aliqvid addere velle conveniat. Ita enim *ex Antiqvioribus de laude vini* & ejus *generibus Aſclepias* magnum volumen ſcripſit, cùm adhuc eſſet Profeſſor Rhetorices, qvod interdicit: extant *Nonnij* Poëtæ Græci libri Dionyſiacorum: *ex Recentioribus de vini natura, & artificio* ſcripſit Gratarolus, *de vino mordaci* Hieron. Confortus (qvem citat *Zacut. Pr. l. 6. Hiſt. 12.*) *qvæſtiones de Natura vini* Fr. Anton. Caſerta (qvas laudat *Joh. Rhodius Not. in Larg. p. 325.*) *de vini Commoditatibus* Alphonſ. Lupejus, *Sylvam Bacchi* edidit *Ant. Fumanellus, de Naturali Italiæ vinorum Hiſtoria* Andr. Baccius, de *admirandis vini virtutibus P. Andr. Canonherius*, de *uſu & abuſu vini* Textor, Schrambergerus; de *diverſorum vini generum Natura* Iacob. Præfectus: de *vini temperamento* J. B. Confalonerius, de *vinis Medicatis Oenopolium* Merzii, & *Oenographia* Helbachi. &c. *P. Borell. in Bibliothec. Chymica* laudat qvoq; Authores *p. 259.* qvi de vino ſcripſerint Ant. Gazium Patav. Blaſ. Villofrancam Hiſpanum, Adr. Turnebum Gallum, Joh. Raſch Vienn. Joh. Coſtæum &c. ex qvibus his poſtremùm à Borello allegatis, nullum oculis & manibus tractare conceſſum fuit. *Vitem* qvoq; brevibus theſibus *ex Gal.* potiſſimùm deſcripſit Jaco-

Jacobus Horſtius, qvi tractatus olim Helmſtadt. 1587. editus nunc cum Herbario Gregorij Horſtij rurſus prodiit; Rembertus Dodon. brevibus aliqvot capitibus *Hiſtoriam vitis* recenſet, & *Janus Cornarius* Theologus in Franconia Orientali in *Theologia Rei vinitoriæ* vitis Anatomiam ex S. Scriptura egregio tractatu inſtituit, cui lampada prætulit M. Georg. Horn, itidem Paſtor Hammelburg. in Franconia in *Hierampelo.*

Nec dubito qvin plures tali labore defuncti fuerint. Fateor ſcrupulum hunc injectum me diu torſiſſe, cùm tamen illorum virorum monumenta non omnium manibus obverſentur, partim qvædam nova adinventa hactenus nondùm publicæ luci expoſita fuiſſe certum ſit, conatus ſum qvantum animi vires conceſſerunt, novâ methodo elaborationem inſtituere, *vitem* ex eorum fideli manuductione progerminatam publico ſiſtere ſpectaculo, variis *Secretis Naturæ* & *Artis locupletatã.*

Qvoad modum tractandi placuit plerumq; Optimorum Authorum teſtimoniis & verbis, qvàm propriis, uti, & inter noſtra dumeta aliorum Roſas, Lilia & Uvas generoſas nitére. Rurſus *Vitis* timet cornipetas Hircos & circumvolitantes volvulos, qvòd cum cornicula Æſopica alienis exornata plumis prodeat. Sed ſi qvis me inde criminari vellet, is cogitet eodem jure doctiſſimos qvosq;

repe-

repetundarum postulari posse qvòd aliena usurpaverint,eaq; in suum usum,qvasi in coloniam,transtulerint. Sic *Plato* ab Ægyptiis, alii ab aliis mutuati multa, *Virgilius* ex Homero non pauca in Æneida transtulit. Ut non cuivis convenit è manibus Herculis clavam extorqvere,ita non cuivis aliena in suum usum, sangvinem & succum convertere: repetatur à *Plinio* qvæ ex Theophrasto,Catone,Varrone,aliis qvi interciderunt,mutuatus, implumis ferè remanebit. *Gellium* vocat Politianus furem aliorum Scriptorum, qvem tamen ipsissimum merula ob miscellanea sua furacissimum vocat. Nullus Cives Hymetti Apes, illorumq; laborem improbat, nisi cui non sit sanæ semiuncia mentis, qvæ non solùm fragrantissimos flosculos, sed&venenatas plantas delibantes,delibatum in alveorum cellulas rectè disponentes dulcissimum construunt & ipsius Jovis mensâ non indignum ferculum.

Itaq; cùm ingenui sit profiteri ex qvibus profeceris,Authores bonâ fide citatos,& ritè in alveolos dispositos Lector inveniet, neqvis legitimô honore defraudatus videatur. Nec *omissa mentio Medicorum* & eruditiorum Amicorum,qvi,vel oretenus vel per epistolicum commercium laborem hunc auctiorem reddere,& symbola sua conferre voluerunt. Ex variis insuper *Medicorum manuscriptis* au-

then-

thenticis non injucunda decerpta inveniet Lector. Non sum eqvidem nescius, ut verbis utar *Casp. Bartholin.* (in *Consil. de Stud. Med. p. 8.*) qvosdam Arcana ejusmodi contemnere, nec multum de iis laborare, methodô medendi contentos: sed iis cùm *Laudato Barthol.* respondeo, hoc est faciendum, & illud non omittendum, cum non raro in casu desperato nobile aliqvod desideretur auxilium.

Chymica Remedia passim addita, utpote summè necessaria, adeò ut *Exc. Heurnius* exclamet: cespitat jam profectò sine Chymiæ arte Medicina, & P. Andr. Mathiol. *l. 4. Epist. 10.* referat, se audere dicere, neminem Medicum absolutum esse posse, imò nec mediocrem qvidem, qvi in hac arte non sit exercitatus. (*V. Horst. ep. Med. l. 2. s. 18. p. 615.*) *Remedia* namq; *Chymica* maximo cum fructu exhibentur, si cautè cum iis agatur, hoc est, ut explicat *Monav.* (*in Epist. Scholz. 218.*) sint ritè præparata, additis aliis correcta, & debitâ qvantitate, nec semper & ubiq; in omnibus morbis, & personis, offerantur. Ideò ut recta & salutaris fiat talium Remediorum præparatio, *non erubuerunt Medici furnos accedere, & medicamentis secretioribus præparandis operam dare*; præcipit hoc ante laudatus *Barthol. l. a.* Manus Medici, *inqvit*, semper operi admovendæ & carbonibus & vitris, alioqvin laterem lavabunt. Idem defendunt *Petr. Lauremb.* (*in Port. Æscul. c. 9.*) *J. Schröd.* (*in Querc. Rediv.*

2. *p. 218.*) & imprimis Phyſicus qvondam Reip. Vratisl. meritisſimus *D. Mich. Dörinius in l. de. Med.& medicin.*(*l. 2. ſ. 6. c. 2. p. 314.* & præcipuè *c. 4. p. 320. uſq, 333.*). Nec indecora & ſordida, aut à Medici dignitate aliena opera hæc mechanica, ipſa hæc ſubmisſio & humilitas, (*inqvit D. Th. Zvving. Theat. Vit. Hum. vol. 5. l. 2. f. 12. 40.*) pro ægrorum ſalute ſuſcepta Medicum neutiqvam dedecet, non magis qvàm Urinarum inſpectio aut ſtercorum exploratio, & laudat eapropter *Joſ. Qvercet. in Tetrad. c. 14. p. m.* 168. *Guntherum Andernacum* de Rep. Medicâ optimè meritum Virum, qvi perpetuo addiſcens laboribus incubuit, nullis vigiliis parcens, etiam 70. ætatis annum ſuperans qvin circa carbones neglectâ manuum denigratione (qvam delicatuli noſtri hodiè tantòpere abhorrent, *verba ſunt ipſius Querc.*) totus verſaretur, & fornacibus conſtruendis invigilaret; idq; ut Naturæ Arcana qvæ ſummè ſuſpiciebat, ejuſmodi inſtrumentis rimaretur, & tanqvam ex Democriti puteo erueret. Interdum qvoq; extra meſſem Medicâ falcem emiſi, & *Philologica* & *Hiſtorica* inſperſi, ſed hoc Lectori forteâ non injucundum erit, ſi miſceatur utile dulci, Lectorem delectando pariterq; monendo,

Ex mente *Horat.* (*de Art. Poët. v. 343.*) Ajunt ſi Uvæ generoſæ varij generis confundantur in torculari, nobiliſſima & ſapidisſima exhibere Vina miſcella: pariter Vina anſte-

riuscula adm. dulcib. condita magis aliis puri vinis palatū afficere, juxta illud *Venus.*(1.*s.10*, 24 Suavior ut Chio nota si commista Falerno est. Pari ratione *Medicæ* tractationi austeriusculæ, *Miscellam Historiæ* & *Philologiæ* suavitatem admiscere volui. Iis qvoq;, qvi me laudibus Vitis, & Vini immodicis, arguere vellent vinolentiæ, & Vinosum appellare, qvod Homero olim objectum, iis responsum volo, *sit vinosa &*

Bibula charta licet, Sobria Vita tamen.

Tandem malevolis Momis & Zoilis, qvi gliscentis Invidiæ felle incitati, Lucubrationes has, qvibus plurimæ in evolvendis optimis Authoribus horæ impensæ fuerunt, malevolis oculis & voculis carpent, respondeo: meminerint facilius esse dente Theoninô aliorum rodere scripta, qvàm ut ipsimet aliqvod laude dignum efficere conentur. Qvod Exc. Andr. Laurentius Fundator Regii Horti Med. Monspelij extra Urbem ante portam de Peru dictam siti, inscribi curavit: *Argus esto & non Briareus*, aut ut Lingva Languedocica pronuntiant *Miras & non toccas*, idem *vineæ* huic *Litterariæ præfixum esse volo*, ut, si tales Censores lividū apportent oculū, à tactu tn. & famæ raptu se contineant. Interim contentus vivo Poëtæ veriverbio *pro affectu &*

Pro captu Lectoris habent sua fata libelli.

LECTORI BENEVOLO.

Suspensâ haut Hederâ bonitate at Vina probantur,
Qvisqvis eris gusta, num generosa damus:
Esse negas? ægro sic optima sæpe palato
Insipida, at SANIS SIT PLACUISSE SATIS.

In Ampelographiam.

Physico - Philologico Historico- Medico - Chymicam
CARMINA votiva ab Amicis concinnata.

SACHSI, *Vinifera* dum pandis *Stemmata Vitis*,
Originemqve *Tartari*,
Næ! facis eximium Mundoqve, Tibiq; Laboré,
Cedroqve dignum perpete.
Qvi sic concessas Animi cum fœnore dotes
Sistit Politioribus,
Laude sua semper viget, æternumqve vigebit,
Post sera qvamvis funera.

Sic *Lipsiæ* gratulatur
Johannes Michaëlis, Phil. & Med. D.
Therap. P. P. Fac. Ejusd. Decanus, Utriusq; Princip. Collegii Collegiatus, Acad. Lipsens. Decemvir, ac Archiater Saxo - Altenburgicus.

HOC *Opus ut vidit* Semeles puer, *hem! mea* Vitis,
Dixit, qvam digno es nobilitata stylo!
Auctori tanto *cunctos modo* Vitisatores
Posthabeo, cunctos nec minùs Oenographos:
Orgia qvis meliùs celebravit nostra Priorum?
Qvis nostras artes pleniùs explicuit?
Me *juvat, ex* Hederâ, *propriâ de fronte*, Coronam
Deripere, atq; Hominis nectere temporibus:
Capta tuis scriptis fuerint cum Numina, SAXO,
Qvid mirum plausus si meruére meos!

Nob. Amico debito mentis affectu suspiciendo LUGDUNO GALLORUM acclamat
CAROL. SPONIUS, Med. D. è Montepessul. P. P. & Colleg. Medd. Lugdun. in Galliis Aggregatus.

a Ad

Ad Nobilissimum & Excellentissimum Dn. D. Sachsium Ampelographum solertissimum, Collegarum Academiæ Naturæ-curiosorum *PHOSPHORUM* Amicorum sincerissimum.

*A*Uriferas Vites ostentat Pannonis ora,
Græcia mellifluas, Hesperiæqve juga:
Schemate qvam lepido fert *Sachsius*, *Aurea* verè est
Vitis, mella fluunt hinc Animæqve Salus.
Macte isto genio *Sachsi* inclute, pluribus Orbem
Divitis Ingenii dotibus euge bea!

Schvvinfurti gratulabatur
Johannes Laurent. Bausch, Med.
D. & Phys. Reip. Patr. Schvvinf. Ordinar. Ac. Nat. Cur. P.

In Tractatum de Vite Vinifera Nobilis. & Claris. Viri D. Philip. Jacob. Sachsii à Levvenheimb, Amici Honoratissimi.

ET decet, & fas est, dilecte *Philippe Jacobe*,
Qva Pater omnipotens Rerum mortalibus ægris
Munera concessit, dignis extollere verbis,
Et doctis scriptis totum celebrare per Orbem,
Qvo fiant cunctis notissima gentibus illa.
Hoc Tu cum facias multo magnoqve labore,
Et studeas nobis præclaras promere *Vitis*
Viniferæ dotes, memorabile nomen ubique,
Perpetuumqve decus certô Tibi, crede, parabis.
Nam vix hoc toto vegetabile crescit in Orbe,
Qvod plures habeat partes, plures & Usus
Conferat, Jatricam seu spectes sedulus Artem,
Sive animo volvas epulas, qvas cottidianæ
Mille modis nôrunt nobis formare culinæ.

Sunt

Sunt *Viti radix, truncus, Sarmenta, medulla*,
Cortex, *Lignum*, *Capreoli*, *Folia* ampla, venusti
Flores, *Gemmæ*, terrea *Semina*, pensilis *Uva*,
Uvæ folliculus, *Succus*, *caro*, quæ bene pressa
Mellifluum *Mustum* fundit, *Vinumq;* serenum
Suppeditat tandem, genus est qvod amabile Potus;
Et quod *Tartareum Corpus* producere svevit,
In multis morbis præstans medicamen, ut ipse
Spiritus est etiam, *Syrupus*, *Defrutum*, *Acetum*
Omphax, *Tartareusq;* *cremor*, qui *vitriolatus*,
Alter vitrioli qvi est viribus orbus & exors.
Qvod si deberem vires narrare salubres
Viniferæ Vitis, citius me temporis Usus
Deficeret sanè, qvam Lingvæ verba diserta.
Credo autem SACHSI, dias in Luminis auras
Omnia nervosè, succinctè atqve ordine justo
Te proferre. Etenim plane sic credere cogit
Acre tuum Ingenium, qvod cum *Argentina* teneret
Te, & mensâ tectoqve meo fruereris amicè
Nominibus multis mihi cognovisse licebat.
Gratulor ergo istum Tibi, dulcis Amice, laborem
Et veneror *Dominum*, qvi largiter omnia nobis
Munera concedit, vivas ut Nestoris annos,
Atque tuis studiis possis conducere multis,
Insuper & clari generis nomenque decusq;
Augere, ac salvus seros numerare Nepotes.

Argentorato transmittebat

JOH. ALBERT. SEBIZIUS
Med. D. & P. P.

QVantus viniferæ labor est præconia Vitis;
Tantus & est SAXI dicere: Monstrat opus.
Scilicet hic Liber est, qui continet omnia fusè,
Ex multis sparsim qvæ potuére legi.
Hinc operis pretium patet, & Reverentia SAXI,
Qui qvæ tàm multi, solus & unus habet.
Non opus est passim multos memorare; Repellet
Famem præclarum hoc Mentis & Artis opus,
Ut partes Totum: Reliqvos sic iste Libellus
Præcellit. Felix, cui didicisse licet!
Hinc Tibi non tantùm Genialis Consitor Uvæ
Bacchus; Verùm etiam noster Apollo favet.
Hinc & nostra cohors grates Tibi fundit, & optat,
Ut similis VITI sis, maneasqve LAPIS!

Collegæ qvondam suo perdilecto
l.m.q. posuit Lips.
Leonardus Ursinus, Med. D. & P. P.
Min. Princip. Coll. Præpositus; Academ.
Botan.

LArgius ecquisnam suffudit Munera *Vitis*
Hîc quam SAXIADES, almè Lyæe, tuæ?
Non siquidem hîc Bomachus, nec gens vinosa, quod
Invenit, ast doctis nil nisi *Mulsa* fluunt. (optat,
Nam Physicus, Medicus, Polyhistor sobrius hisce
Doctrinâ ex scriptis *Ebrius* esse potest.
Hinc Tibi *Saxiade* lætos hos gratulor ausus,
Teque, precor, *Vitis* commoda *mille* beent.

Nob. & Experientiss. Dn. Autori Fautori
Amico suo colendissimo sic gratulatur
Halæ Saxonum
Valentinus Andr. Mœllenbroccius, D. Reip.
Haliens. Sax. Med. Ordin. Acad. Curios.

Nobi-

In Nobiliss. Dn. D. Ph. Jac. Sax. à Levvenheimb.
Ὀπογραφίαν.

COmmoda multa Viris *vis Vini* & viribus affert,
Si *Vinum* modicè, nec sine Lege bibas;
Commoda nulla Viris *vis Vini* & viribus affert,
Si *Vinum* immodicè, si sine lege bibas;
Vina parant animos, recreant Hominesq; Deosqve,
Vina parant Phreneses, Tartareosqve metus:
Prudens ergo bibas, & qvantum S A X O propinat,
Sic Tibi vel Villum nobile Nectar erit,

Schvvinfurti deproperabat
Joh. Mich. Fehr, Med. D. & Coll. Nat. Cur. A.

Nobiliss. Excell. Viro Dn. D. Phil. Jac. Sachs à Levvenheimb. Phil. & Med. D. Eruditum de Vite Tractatum edenti.

EXornas Vitis munus, Clarissime Doctor,
Hoc celebri scripto; dignus es Elogio.
Egregia ut Vitis Medicâ in Re commoda præstat,
Sic commune Bonum es; Vive, Valeq; diu!

Matthæus Held, D. qvondam Principp. Ragoz. & Radzevil. Archiater, nunc Phys. Guranus p. t.

Nobiliss. Excellent. VIRO D. Philip. Jac. Sachs, à Levvenh. Ph. & Med. D. Pollentissimo.
De Vite Vinifera Commentanti.

ILle triumphatis Liber moturus ab Indis,
Ad juga jam domitas jusserat ire Tygres:

Ilico succubuit blando generosa furori
EUROPA, ac facilis vincere, victa fuit.
Nec mora, cum variæ in trepidam consurgere pestes
Capitaque, funestæ victima mortis erat.
SAXO vides: poscisq; DEOS, Phœbumq;, Patremqve
Angvigerum, & faustæ Numina Sortis, opem.
Hæc Tibi dant agiles Bachi convellere thyrsos,
Atque modum, (auxilii quæ via) nosse meri.
Jam Duce Te propriâ cohibemus Vite Lyæum:
Et terimus firmo monstra subacta pede.
Cesserat Imperiis Bacchi præstantior Orbis:
Imperiis Bacchus cessit at Ipse Tuis.

Glogov. Siles. *transmittebat*
ANDR. GRYPHIUS.

HAuferat immani fluviorum urgente procella,
Et Mundum, & Mundi, quas capit, æqvor opes,
Jamque adeo informi squallabant omnia limo,
Cum refugæ terras destituistis Aquæ.
Lamecides *Vitem* tanti Solamina Luctus
Excolit, atque novo germine pingit humum.
Mox Curæ cessere graves, gentisque ruinas
Mentibus exemit fertilis Uvæ Sacris.
Nunc quoq; dum rapidi insurgēt cœlo undiq; nimbi,
Mergitur & Lachrymis quælibet ora suis:
Sufficis ambiguis *SACHSO* medicamina rebus,
Et revocas Vitæ munia *Vitis* ope.
Prodidit ignotas fessis mortalibus Uvas,
Qui primum arcanâ struxerat arte Pinum:

Eruis

Eruis ignotas Uvarum è nectare vires,
Præmia Terrigenis quis potiora dedit?

Fraustad. Polon. exarabat, & Nobiliss. Dn. Authori transmitt.

Jonas Deutschländer, Ph. & Med. D. Reg. Maj. Polon. & Svec. Aulæ Medicus.

A*urũ, COR Hominis, Sol, Vitis,* Amica qvadriga
Sunt qvasi fraterno fœdere juncta sibi.
Maxima in his, rerũ, secreta recõdidit Author,
Ingenio summis nonnisi nota Viris.
Vitem Viniferam, Partesq; illius, & *Usum,*
Qvicqvid & arcani pensilis Uva fovet,
Excellens SACHSI scrutaris mente sagaci,
Hocq; Libro; *quid sit vitis & Uvæ:* doces.
Perge Vir Ingenij præclaris dotibus ample,
Egregiè cœptis addito porro Manum:
Qvicqvid in occultis Natura recessibus abdit,
Profer in apricum, Mente manuq; simul,
Ingenio simili, de *Solis, Cordis, & Auri*
Naturâ Scriptum fac videamus opus!
Tantis pro meritis Doctorum, credo, Corona
Decernet tanto prẽmia digna VIRO!

Ita aclamabat

Martin. Henric. de Francken-stein, Med. D. & Phys. Eperiens. in Superiori Hungaria.

Ad Nobilem atq; Doctissimum Authorem Colleg. Natur. Curiosorum PHOSPHORUM miras Solis Vegetabilis Vires demonstrantem.

Aurea Templa Poli radiant, nam Lumina Titan
Exerit auricomus lampade cum roseâ.
Astra suas tantis didunt conatibus artes
Cuncta quidem magnâ Luce, sed haud parili.
Non aliter socias inter COLLEGIA vires
Surgunt, & socio lumine luxuriant.
Illustres etenim stellas felicius orbes
Confectura solent illa fovere sinu.
Quosdam Prœbea cum Majestate sedentes
Spectes hîc Patres, Sidera seu reliqvos.
Tale mihi Vestrum sese offert, nobile stellis
Inconfusis ibi cuiq; datur titulus.
LUCIFERUM voluit TE Docta CORONA vocare
Fers Lucem, Cœlum luce animare potes.
Delitias rerum Lucem fert PHOSPHORUS, at Tu
Irradias Cordis, PHOSPHORE, Delitias.
Ergo conveniunt & in una Sede morantur
Et res & nomen, nomen & Omen habes.
Nomen & Omen habes. *Lux splendida* luce coronas
SOLEM, dum *COELI* pandere vim studeas.
Hinc vivax Tibi surget honos, splendorq; minutis
Arctari muris nescius, æthra petit.
Frangit iter, properatq;, viam & cum Sole capessit,
In claro Arctoo clarior orbe micat.
Ergo Tibi merito *Socii* gratantia fundunt
Carmina. Carmen amat carmine digna gerens.

Te

Te mihi conjunxit ſtudiis communibus Ætas
Qvondam: Me pellit ſcribere Amicitia.
Perge igitur Clarium radiis luſtrare Lyceum
Magne Vir, in Cœlis deniq; Sidus eris.

Ex Ottenſonia è Fioniâ Cimbrorum transmittit.

Chriſtianus Heinricus Luja
Medic. U. D:

V*Itis* dum *vires* monſtrant, ac Enthea dona,
SAXO, qvibus luſtras Teq; Tuumq; genus:
Næ! bene de *Vatum* meritus ſis, Intime, *fato*,
Qui cinctum referes Vite Hederaq; caput.
Thyrſigeros mittet cum donis ipſe *Lyæus*,
Et *Vatum* laudes *Lingua ſoluta* dabit.
Auriferam Vitem Tibi comprecor, Optime *Saxo*
Quam qvondam noſtra hæc *Hungara* terra tulit.
Vel qvæ *Auro major*, *Famam*, qvæ floreat usq;
Teq; hoc Vinidicum claret in orbe *Noam*.

gratulabundus deproperat
Poſonii in Infer. Hung.

Martin. Chriſtoph. Mezger
Vienn. Med. D.

Erfreuliche Einladungs-Gedancken zu dem mit allerhand köſtlichen Weinen überſetzten Zech-freyen Tiſch/ ſo Herr D. Sachs in dieſem Tractat der gantzen Welt vorſetzt.

KOmt her aus aller Welt/von Oſten/Süd un Weſtē
Von Norden komt herbey! komt die ihr euch wolt mäſten

Mit köstlichem Getränck/ kom̃t alle Menschen hier/
Zu diesem fetten Tisch/ den Euch in stoltzer Zier
Mit ohngewohntem Pracht zu sattsamen Vergnügen
Bereit Hr. Doctor Sachs. Es wird in vollen Krügen
Vnd anderem Geschirr der allerbeste Wein
Den Ihr nur wündschen mögt Euch auffgesetzet seyn/
Da trinck ein ieder nun/ was Er für Wein verlanget/
Kein Wirth ist in der Welt/ wie herrlich er auch pranget
Mit allerhand Getränck/ und manchem schönen Wein/
Den ihm sein Keller giebt/ wie dieser Wirth wird seyn.
Auch wird so lang die Welt des Titans Glantz beleuchtet/
So lang die weite See das grosse Rund befeuchtet/
Bey einigem Pancket so manche Art von Wein/
Gleich als wie hier/noch nie getruncken worden seyn.
Hertzu wer trincken wil/ wer frembden Tranck wil kosten/
Hertzu von Süd und Nord/ von Westen und von Osten;
Hier wird die gantze Welt genug und mehr als gnug
Von jedem Rebenstock/ so iemals Früchte trug/
Vnd anderm Weingeträncк zu trincken überkommen/
So wird auch was das best von keinem nichts genommen/
Der diesen Tisch besitzt; auch wird kein Faß nicht lehr
Man trinck auch wie man wie/ und trinck man noch so sehr.
Auch werden zu dem Tranck viel Schalen von Rosinen.
Vnd allerhand Gewächs den Gästen treflich dienen/
Der Wirth macht keine Zech. Nun stell ich iedem frey
Ob ein Wirth in der Welt wie der zu finden sey?

Wolmeinend auffgesetzt und übersendet aus Augspurg von

Johann Ulrich Widholtz der Artzney *Doctori* dieses neuen Hr. Wirsthalter Freund und Diener.

PHOSPHORE, pande Botrum, nec gaudia noſtra morare,
Adventu veris, PHOSPHORE, pande Botrum.
Namq; diu nobis ſperata eſt gemmea vitis,
Quam non Terra; tuum ſed colit Ingenium.
Et noſtris tandem precibus nunc pandis adactus,
Cum pandit gemmas Vitis in Orbe ſuas.
Si porro hic Phœbi radiabit PHOSPHORUS, ædes.
Luce tuâ certè, PHOSPHORE, major erit.

Paucula hæc
COLLEGII CURIOSORUM
PHOSPHORO
apponeb. Lipſ.
L. PAULUS Amman/
Colleg. B. Mar. Virg.
Collegiat.

LAudet Satorem dulcis Uvæ *Liberum*
Thyrſo furente provocata Baſſaris,
Et temulenti grex madens Tricongii.
Te prædicabit ſanior Phœbi chorus
Cordate Sachsi[i], qvi *Vitem* ſeris *novam*,
Vitem, benignâ dote qvæ Muſas beat.

Non hæc aprico nata Nyſæ in vertice,
Non æſtuoſis in Caleni collibus:
Producta Libro curioſæ Palladis
Prægnante tradux nobilis, debet cato
Ortum Cerebro patris Æſculapii,
Sagacis olim qui draconis æmulus
Cura ſategit perſpicace mitium
Vires ſalubres ſtirpium pernoſcere.
Servent olivæ pingve munus Atticæ
Sibi coloni: Nos patrimæ Virginis
Dono potimur Lautiori, SACHSIO
Satore, *Vitem* qui maritat entheam.
Vides ut almo planta felix Numinis
Nutrita cultu fæta latè brachia
Tendat, feraces ut racemos diſsitas
Paſſim per oras explicet, natalibus
Progreſſa ſeptis. Jam vireta Pannonum
Amica Baccho, Masſicæq; vineæ
Poſſunt *Sileſiæ* invidere Oreaſin,
Quibus ſuum negâſſe munus Evius
Hac-creditur-tenus. Liris piger
Stupet *Viadri* littus Arcticum ſacram
Proferre *vitem*, qvæ Deorum ſpondeat
Nectar beatum. Non enim mortalia
Sapit Minervæ conſitum germen manu.
Cernit qvotannis Rhenus uvas colligi
Octobris Uber cum refert Vindemiam:
Sed

Sed & qvotannis cernit idem vineis
Peplum virentem decuti frondentibus
Cum proflat ore Corus hyberno gelu.
Gaudet perenni Vere *Vitis SACHSII*
Nec qverqueram Brumæ nivalis vim timet.
Semper coruscâ pampini viret comâ,
Semper recentes Uvulas dat carpere.
Nec damna sentit. Carpimus nos, qvod placet,
Carpent Nepotes, qvod placebit, subseqvi
Hos nosce fructus, Musa, *NATURALIUM*
Qvos *CURIOSA* parturit *SODALITAS*.
Gusta *Meracum SACHSIAE Vitis* recens,
Et hujus ab solertiâ *Collegii*,
Qvid possit expectare Seclum, cogita.
Si fruge plenâ mactitat Te *Ver* novum,
Qvam non adulta promet *AEstas* copiam?
Qvas non opes *Auctumnus* colliget?

Famæ & Honori Amici enixè colendi ex penitâ mente- Animi favens adjiciebam

M. Johannes Fechnerus
Gymnas. Uratislaviens. Elisabeth. Conrector & Prof.






LIBRI I.

In qvo Generalis Vitis consideratio

CAPUT I.

ÆQVIVOCORUM VITIS EXPLANATIO.



Item consideraturus, qvid sub hoc nomine ambiguitatis lateat, primum explanandnm incumbit. Vitis Homonymia.

1. Extra rem herbariam Vitis Rhasi dicitur ægritudo, qvæ Latinis aliàs Varix, Græcis κιρσὸς, Forest. l. 29. obs. 24. Sch. ideo dicitur vitis, qvia in superficie scroti apparet multitudo venarum & Arteriarum, cum extensione scrotum involvente, sicut vitis arbori involvitur. Forest. l. 27. obs. 24. aliàs Hernia varicosa. I. Extra Rem Herbariam vitis est 1. Morbus.

2. Vitis dicitur Instrumentum concavum, ac multiplicibus gyris contortum, in qvo AqvaVitæ à qvibusdam destillatur, unde à qvibusdam Aqva vitis, Spiritus vini dicitur Rubeus de Destillat. s. 2 c. 2. 2. Instrumentum Chymicum.

3. Apud Romanos vitis erat insigne militare 3. Vitis

Polemica. qvod Tribuno Lictores præferebant ad terrorem Audaciæ, eratqve baculus ex Sarmente *vitis viniferæ*. Hâc *vite* Centuriones milites contumaces Romani nominis, vel Latini, jussa minùs exseqventes, externos verò fustibus plectebant. *Alex. ab Alex. 6. Gen. D. 18.* meminit hujus disciplinæ militaris *Liv. in Epit. l. 57.* de Scipione. Interdum tamen & Romanos fustibus punitos sed rarò, notavit *Faber. l. 1. Semestr. c. 17.* Vocabatur *Vitis Centurialis. Plin. 14. 1. f. Tacit. 1. A. 23. 4. Juv. S. 8, 247. Cal. Rhod. 26. 33. Petr. Crinitus de Honest. Discipl. 22, 2.* & ipsa *Centurialis dignitas. Vitis* nomine indigitabatur, qvod patet ex *Valer. Maxim. 3, 2.* de Scæva Centurione. *Juven. 14, 194. Martial. 10, 26.* (ita enim Martial. locum pro ritè, Vite restituit *Isaac. Grangaus Comm. in Juv. l. 4.*) *Euseb. Hist. Eccl. 7, 15.*

Vitis Insigne militare.

& Vineæ nomen militare. Pari ratione *Vineæ* vocabulum apud Romanos ad rem militarem translatum, erat machina, tabulatis cratibusqve constrata, qvæ subjectis rotulis impellebatur, cujus tecto muniti obsidentes, murorum fundamenta subruebant *Rosin. 10. Antiq. 16.* Inde *præliari sub vitem*, i.e. sub *vinea* militari. *vid. Lips. in Poliorcet. Lips. in Poliorcet. l. 1. c. 7. & Stervich. Not. ad Veget. l. 4. c. 15.* &

vineis

vineis pluteisqve agere, apud *Plaut. 2. Mil. Gl. 2, v. 111.* Dicitur autē *Vinea* à similitudine illius *Vineæ*, qvæ *jugata* dicitur & intectum allevata est. *Anast.us de Valleqviet. in Comp. Facis Hist. de Mach. & Torm. l. 1. p. 144.* Ut enim *vinea* sepibus vimineis, ita hæc machina tectis vimineis muniebatur. Hodiè Vineæ respondet eine Galerie. *V. Boecl. ad Corn. Nepot. 1:7, 2.*

Apud Botanicos Vitis vocabulum plurimis plantis partim ob partium similitudinem, partim ob alias causas applicatur. Suntq; — 2. In Re Herbaria.

1. *Vitex.* alias *agnus castus*, & *Salix Amerina*, de qva *Diosc. 1, 116.* — 1. Vitex.

2. *Viticella*, aliàs *Balsamina, Momordica*; *Caranza*, qvæ folia habet *viti viniferæ* similia, sed longè minora, magisq; e per ambitum lacin iata, capreolis tenuibus ex alarum sinu prodeuntibus, qvibus sese oppositis adminiculis implicat. *Matthiol. comm. in 4. Diosc. c. 177.* — 2. Viticella.

3. *Vitis Silvestris* Ἄμπελος ἀγρία, qvam *Plin 23, l.* vocat *uvam Tamineam*. Hanc Botanici variè describunt. *Matthiol. in Comm. l. 4. c. 174. sub vite silvestri* comprehendit *Dulcamaram Glycypicron*, *Solanum lignosum* folia habens instar hortensis Solani, flores racematim capillaceos cohærentes, fructum exiguum, uvis similem rubentem, — 3. Vitis silvestris, cujus aliqvot Differentiæ 1.

2. tem vinosum. *Dalechampius* pro *vite silv.* habet *Vitalbam Italorum*, qvam *Bauhin* *Hist. Plant. T. 2. l. 15. c. 13. Clematim latifoliam* sive *Athragenem* vocat, & *c. 14.* descri-
3. bit: *Dodoneus* autem pro *vite Silv. Tamum* ponit, qvam *Matthiol.* pro vite nigrâ posuit.

4. Vitis vinifera silvestris, Labrusca. 4. *Labrusca vitis Vinifera silv.* hanc enim ab Agria *Bauhin. l. a. c. 15. f. 96.* distingvit. Vid. qvoqve *Mercur. 2. var. Lect. 16.* & *Marsil. Cognatus 2. Var. 26.* curiosè disputantes, an *uva Taminia* & *labrusca* inter se differant, an vero unum sint. Refert cultivam caudicibus, ramis, articulatis sarmentis, foliis, claviculis, flosculis, fructu, qvem tamen non perficit, sed immaturū, durum, austerum relinqvit, in arboream penè sobolem luxuriat prolixitate anfractuum, unde sterilescit. In Provinciæ & Narbonæ maritimis altas scandit arbores. Dicitur qvoqve *Vitis spontanea* Gall. *Vigne-Savuage*: *Labrusca* autem qvod in terræ marginibus ceu labris nascatur. *Gorræus defin. med. f. 3. densam* vocat *Virg. Culic. u, 51.* illiusq; racemorum meminit. *Id. Ecl. 5, 2. Distingvitur in eam*, Cujus Vua nunqvam maturescit, sed saltem florem

Oenanthe. *Oenanthen* dictam producit, & *in eam* quæ parvos habet acinos nigros adstringentes

tes. De Oenanthe *V. Cagnat. 2, 27. Turnheis. l. 1, Hist. Plant. c. 35. 36. 37.* tres *Oenanthes*, sive *Vitifloras* constituit Plantas, *Oenosmen*, *Oenanthen fœminam* sive *Gleucanthon*, & *Oenantes Sobolem*, *Oenanthoidem*, *Serapion c. 35. de re Herb. Labruscam*, qva saltem florem producit fœminam, fructiferam verò marem vocat. ex cujus Sarmentorum scrobe. *Bald. Ronsseus ep. 25.* efficax remedium parat ad dolorem dentium. *Ex fructibus* autem in defectu cultivæ Vitis rustici in Sardinia exprimunt *vina. Videatur Baccius de Nat. Vin. l. 5. f. 238.* in Hetruriæ parte *Matthiol. 5, 10.* & incolæ agri Lumellini, qvando vineæ à grandine, pruina, uredine confecti ex labruscæ botris vindemiam faciunt, *Bern. Saccus l. 4. Hist. Ticinens. c. 12.* Vuas Labruscæ vocant Hertlinge Trauben.

5. *Ad Vitem* à *Carol. Stephano in Vineto p. 11.* 5. Viorna.
refertur, *Viburni species Viorna*, Italis *Mutiana* dicta qvod flore, Uvis, surculisqve flexibilibus *vitem* referat, foliis pilosis instructa, ex cujus uvis rubris maturescentibus fiat viscus ad præparanda coria.

6. *Staphis agria*, Italis dicitur *Uva passa silvestre*, qvia folliculi in qvibus acini occultantur, Uvam passam rugosam repræsentant; folia similia sunt Labruscæ, Unde viti silv. annumeratur. 6. Staphis agria.

7. Vitis qvasi silvestris. 7. *Vitis qvasi silvestris* meminit. S. Scriptura in *4. Regum. 4.* qvam pro nova Colocynthide habet *Vallas. Phil. sacr. c. 36.* quia hæc profert sarmenta & folia viti silv. non dissimilia.

8. Vitis alba. 8. *Vitis alba* ἄμπελος λευκὴ *Bryonia*, Italis *Colubrina*, qvia instar serpentis inter sepes serpit, foliis, viticulis, pampinis sativam vitem imitatur, qvamvis hirsutiora omnia. Weisse Weinreb.

9. Vitis nigra. 9. *Vitis nigra*, ἄμπελος μέλαινα vitis species cujus caules & folia hederæ, vel veriùs Smilaci similia, majora tamen, fructu racemoso in Uvis dependente, qvi per initia viridis est, postea nigricat. *Diosc.* 4, 177. Chironia vocatur, quia curat ulcera Chironia *Gorr. Def. f. 30.* in Hetruria & Goritiensi Comitatu frequentissima.

10. Vitis Oleosa. 10. *Vitis* ἐλαιοστάφυλος quasi *vitis oleosa* cum vitis oleæ insita uvas & oleas profert, qvibusdam *ubolima* dicitur. *Carol. Steph. l. a.*

11. Vitis Phalacra. 11. *Vitis Phalacra* in Idâ fruticosa, cujus acini instar fabæ nigri, dulces sapore, lignum instar *vitis* veræ, folia rotunda parva. Hæc Idæa vocatur *à Plin. 14, 3. Alexandrina*, aliàs *Corinthia* & *Apyrina*, quia sine granis, producens parsulas Corinthiacas inde dictas, quamvis & vinum inde exprimatur gustu jucundissimum. Hodiè adhibent

vitem

vitem hanc in Italia & Pedemontanis hortis ad ornandas Topiariorum pergulas & fornices. *Joh. du Choul in descript. mont. Pilati p.m. 58.* inquit. *Vitis Phalacra* est humilis frutex, virgis parvulis & ramulis ferè cubitalibus exporrecta, acinis lateralibus nigris dulcibus, qui lignum vinacei modo intus continent, Itali vocant *Vua dolce*, Galli *Airelle*, crescens in montis Pilati umbilico.

12. *Vitis Idæa nigra à Camer. in Herbar. 1, 69.* vocatur *Myrtus* Offic. Heidelbeeren / & retinetur nomen in catalogo Horti Altorff. à *D. Jungermanno 1646. edito Bauhin.* tamen *T. 2. l. 15. Hist. univ. Pl. f. 72.* hoc nomen Myrtillo convenire negat quod Vitis Ideæ fruticulus multùm differat. 12. Vitis Idæa nigra.

13. *Vitis Idæa rubra sunt vaccinia rubra.* Dodon. rothe Heidelbeeren. *Camer. in hort. Med. p. 182.* vocat *Vitem Idæam rubram Baccaricam*, quæ constat baccis insipidis sine succo, crescit in silvis, nocatque Steinbeerlein. 13. Vitis Idæa rubra.

14. *Vitis Idæa Gesneri major* crescit ad radices montis Sudeti, vocant Trinckelbeeren / quia eorum copiosior usus quasi inebriat. *Camerar. Hort. med. p. 182.* 14. Vitis Idæa Gesneri major.

15. *Vitis Pretia Plinii.* Carol. Stephanus hoc nomine *præcocem vitem* intelligit; referente *Camer. Hort. Med. p. 180. Bauhin. l. a. f. 73.* 15. Vitis Pretia Plinii.

Pretiæ nomen. *Viti Apii folio* convenire censet,quam vesuntium ex Hungaria delatum vidit. In *Herbar. Camer. l.1. c.64. vitem Pretiam* vocat *Grossulariam Uvam spinam Uvam Crispam* Kräuſel- oder Kloſterbeeren.

16. Vitis Arbustina 16. *Vitis arbustina.* Herba qvæ nascitur voluntaria apud *Brasilianos*, ex stercore Avium,qvæ Tetyns Lusitanis dicuntur ad Arbores Aurantiorum deposito, folio myrti majoris,qvæ ipsi arbori maritatur, qvam præ nimia luxuria tandem cooperiens, exitum totale illi infert. Ex radicibus & ramulis in oleo fixis parant medicamentum ad ventris & pedum inflationes. *Guil. Piso. Hist. Nat. Brasil.4, 86.*

17. Vitis Canadensis. 17. *Vitis Canadensis Americana* foliis laciniatis qvam Lugdun. Batav. in Horti Medici circumductibus demonstrante Clar. *Vorstio*, & postea Monspelii in Horto Medico Regio exhibitore Clar. *Richero de Belleval. Acad.* Cancellario & horti Præfecto, nec non in Horto Medico spatiosissimo & exoticis Plantis refertissimo Parisiis in suburbio S. Victorii enurritam conspexi. Plenius eam describit *Jacob Cornutus Paris.* in *Canadens. Plantar. Histor.* Paris. 1635. 4. edit. sub nomine *Vithederæ*. Eandem Vitem Canad. in Horto Medico Lipsiæ ab aliquot annis

annis jam enutriri novissimè ad me perscripsit D. *Leon. Ursinus*, Physiol. P.P. & Horti Medici Præfectus, Amicus svavissimus, cujus sagaci curâ, 4°. ætatis anno ad 12. Ulnarum longitudinem excrevit.

18. *Ἄμπελος οἰνοφόρος*, *Vitis vinifera Cultiva* à Plauto eleganter Amph. a 2. s. 3. v. 274. *Mater vini* dicitur; de qva in seqventibus tractatio instituetur.

CAPUT II.

VITIS ETYMON, ET LAUS.

HEbræis *Vitis* dicitur *Gephen* à *Caphan* hoc est reflexit, quod multiplici & erratico flexu prorepat: vera *vitis vinifera Gephen Hajain*, *Agrestis* autem *Gephen Sadeh*. *Cornar, in Theol. vinit. l. 1. c. 17.*

Græcis Ἄμπελος qvasi ἔμπηλος, πῆλον enim vinum notat ἐκ τοῦ πάλλειν καὶ σείειν τὰς φρένας qvod mentem vibret & concutiat.

Latinis secundum Isid. l.17. Orig. c. 5. *Vitis* dicta, *qvod vim habeat* citiùs radicandi: *Alii* putant *Vites* dictas, quod invicem *vittis innectant*, vicinisqve arboribus reptando religentur. *Vid. Matth. Martin. Lexic. Philol.* §. 4067.

Dicitur Vitis qvibusdam qvasi vita, qvòd *vitam hominis* recreet *Matthiol. in 5. Diosc. c. 7.* Vitis ἔτυμον.

unde qvoqve *Julian. VVander.l.3.Epigr.69.*

Vita parum *vitis* differt à nomine, jungas
Vitem cum *vitâ*, gaudet utrumq; simul.

Vitis Laus. 1. ab Amœnitate. *Aliis* dicitur *qvod invitet* quemlibet ad percipiendas uvas. *Gregor. Horst. l.1. Herb. s.6. §.13.* Qvem etenim non in sui admirationem rapiat tam Jucundus Vitium tot partibus constantium aspectus? ut disertissimus Romuli Nepotum *Cic. in de Senect. c.15.* fateatur, satiari se ejus aspectu non posse: malleoli, *inqvit*, sarmenta, traduces, propagines non efficiunt ut quemvis admiratione delectent? *Vitis* quæ natura caduca est, & nisi fulta sit, ad terram fertur, eadem ut se erigat claviculis suis, quasi manibus quicquid est nacta, complectitur, quam serpentem multiplici lapsu & erratico, amputans ferro, coërcet ars agricolarum, ne silvescat sarmentis & in omnes partes nimia fundatur. Qvid potest esse fructu lætius, tum aspectu pulchrius: adminiculorum ordines, capitum conjugatio, religatio, Vitiũ propagatio, sarmentorumq; aliorũ amputatio, aliorũ immissio, ipsâ culturâ delectant. *Hæc Tullius. Vitis amoëna* est pampinorũ & foliorũ pompâ, clavicularũ amplexu, uvarum turgescentium ubertate: *amoëna* ob colores diversos, cum in illis materia quædã rubeat, in aliis viridis color, isque vel satura-

tus

tas vel dilutior niteat; cùm flores argenteo splendore fulgeant, uvæ aliæ purpurâ, aliæ granatorum pompâ, aliæ nigricante velo superbiant. *Causam diversitatis colorum* tradit *Janus Cornarius de Re vinitor. l. 2. c. 1. p. 309.* cum enim dissimilis sit coloris in fluido humore alio, & varia humorum concoctio, in his perfectior in aliis minùs perfecta, in nonnullis nutrimentum citò deficiat, in aliis sit copiosius, & quidam vel purius, vel siccius, hinc varia colorum discrimina oriri necesse est. *Vid. quoq; Ruell. de Nat. Stirp. l. 1. cap. 17.* *Cur autem viridis color* ut reliquis Plantis, ita & Viti maxima ex parte competat causa videatur apud *Camer. c. 7. memor. §. 31. Harsdorff. in recreat. Mathem. T. 3. p. 3. §. 17. Amoëna vitis* ob æquabilem articulorum in sarmentis positum, ob oculorum ad singulos articulos per palmitem frequentiam. *Amoëna* in gem̃a herbescens viriditas, quæ in tenerrima primùm folia abit, paulatim in articulatum coliculum subrigitur. *In admirationem invitat* exile illud Botri rudimentum quod ad primum statim materiæ prodeuntis ortum se ostendit, sensim adolescit, donec viribus auctis ad florem properet: *Invitat* in flore tam Odor in *Cantic. 2, 13.* celebratus, quem nullę venenatæ bestiæ perferre possunt; quam mirabilis structura, cum quivis flos uvam

Causa Diversitatis Colorum in Vite.

unam ambiat filamentis valdè exilibus, & candidis.

2. Vitis Laus ab Utilitate, quæ patet. 1. Ex S. Scriptura. Quid loquar *de Vitis partiumq; ejus admiranda*, & nunquam satis deprædicanda *utilitate*, in genus humanum redundante? Ipse JEHOVA Vitem tanto honore dignatus est, ut *Ecclesiam* suam *Vineæ* aliquoties comparaverit, in qua probos Vuis lapidis improbos Labruscæ acerbis & immaturis botris similes judicaverit *Esaiæ. c.5. V. Temn. in explic. herb. Biblic. c.30. V. Psal. 80. 15. & 16. Jerem. 2. 21. in Cantic. passim, Esaiæ. 3. 14. Jerm. 12. & in* N. T. *Matth. 21. 33. & 20. 1. Luc. 20. 9. Mar. 12, 1.* Cùm *Christus* Caput sit Ecclesiæ *seipsum viti* comparat. *Johan. 15. 2. 1. 5.* Palmites verò vocat membra Ecclesiæ *ib. 5. Hos. 10. 1.* Jacobus Patriarcha in Prophetia de Messia crucis, & effusi sangvinis mysterium *vineæ*, *palmitis vitis, & vini* assimilatione includit *Genes. 49. 11.* Nonne regius Propheta *Psal. 128. 3.* in statu Connubiali uxorem fæcundam *Viti* comparat longè latéque palmites diffundenti? Nonne JEHOVA populo suo prosperitatem, & delitias annuntiando fertilem *Vineæ* culturam promittit? *Vid. Levit. 26, 4. 1. Reg 4. 25. 2. Reg. 18. v. 31. Proverb. 3. 9. Ezech. 34. 26. Zach. 8. 12. Esa. 36. v. 16. Jerem. 5. 17. Hos. 2, 22. Joël. 2, 22. Mich. 4, 4.* Contra dum pœnas minatur, vinearum desolationem prædicit, apud *Jer. 4. 13. 48.*

4.13.48.32. *Hagg.* 2.19. *Psalm.* 105.33. *Deut.* 28. 18. *Joël.* 1.5. *Amos.* 4,9. Nonne perversa doctrina *Deut.* 32,32. Viti Sodomorum amaræ, & apud *Hos.* 3,1. Vinaceis uvarum comparatur. Longùm nimis foret, si alia S. scripturæ loca, in quibus Vitis fit mentio, evoluerentur.

Hæc in laudem vitis brevibus dicta sufficiant. *V. Lemn. in expl. Herb. Biblic. c.* 25. reliqvique Authores, qvi doctis lucubrationibus sacrum codicem illustrarent.

Vitem expansam Astyagi Medorum Regi *in somnio visam* ex Mandanes filiæ genitalibus enatam, Universam Asiam occupantem Cyro filio Vastitatem Imperii portendisse constat ex *Herodot. l.* 1. *p.* 52. non aliter ac *Juliano* cùm Contra Constantinum moveret in Thracia *post Vindemiam vites* gemmis & uvis recentibus germinantes ipsi qvidem honores & imperium prædixisse visæ sunt. *Sozomen.* 5. *Hist. Eccl.* 1. Sed qvia uvæ immaturæ, minimè duraturum significasse, eventus docuit. *Nicephor.* 9. *Hist. Eccl.* 2. Aliud exemplum *de Mauritii Imp. matre* notavit *Evagrius l.* 5. *Hist. Eccl.* 21. *f. m.* 796. qvæ tempore conceptionis *somniavit, vitem maximam* è cubili suo prodire, & qvam plurimas uvas maturas ab illa dependere, portenditq; ipsius futurum imperium, Maximas etenim cum afferat improbus in excolendis vineis labor utilitates, non immeritò 2. Ex Historicis.

meritò imperium prædixére *Vites*. Testis *P. Cunæus in de Rep. Hebr. l. 1. p. 18.* Judæos cùm mercatura abstinuerunt, ob prohibitum cum gentilibus commercium, divitias ex pecoribus, agris & vineis sibi acquisivisse, indeq; in septimo anno, qvi Jubilæus erat, ob omissam ex lege agrorum & vinearum culturam, ferè egenos fuisse. Intellexit eandem *utilitatem* Prudentissimus Imp. *Justinianus*, qvi deprædatoribus vinearum plagis inflictis vestium spoliationem. Vide *Leges Rei Rust. apud Joach. Camerar. de R.R. tit. 4. §. 9.* iis, qvi arbores & maximè Vites ceciderint, pœnam tanqvã latronum adjudicat. *Ib. tit. 10. §. 5.* Ei, qvi vineæ sepem incenderit, post verbera & manum cauterio notatam duplam damni refusionem adjudicat. *Ib. tit. 11. §. 3.* Ei, qvi citra publicam Judicis Authoritatem, Vitem succiderit ejus, qvi cum controversiam habebat, manuum amputationem assignat. *Ib. tit. 10. §. 3.* Sed *de Vineæ commodis*, qveis mactat cultores suos, ne eadem recoqvatur crambe, subseqvens in specie pluribus exhibebit tractatio. *Subjungendæ* tantum *naturalibus vitibus artificiales*

3. Vitium qvarundã artificialium pretiũ. qvædam ab Historicis admodum celebratæ. Refert *Camerar. hor. Succis. T. 1. c. 26.* in pretiosissimo *Persarum Regis* conclavi semper fuisse recondita ad caput cubilis Regi talentorum auri qvinqvies mille, ad pedes argenti talen-

ta

ta 3000. in ipso autem cubiculo *Vitem auream* 1. Persarum.
pergulis veluti Regio cubili obtensam, cujus
racemi pensiles ex lapillis æstimatissimis
compositi fuerint. Fortean huic pretioso
labori elaborandi ansam dedit Cyri successoribus memoratum antè Astgagis de eo somnium!

Judæi in templo Hierosol. *Vitem auream* 2. Judæorũ.
magnæ artis & pretii habuerunt, quam Pompejus illic sive reperit ut volunt. *Tacit. 5. Hist. 5, 10. Hor. 3, 5.* (Flori namque lectionem sub aureo uti cœlo, sub aureo vitem cœlo doctè restituit. *Lips. 2. Elect. 5.*) sive oblatam accepit ab Aristobulo, uti volunt *Zonar. & Joseph. l. 14. Antiq.* misit, *inquit*, Joseph Vitē aureā quingētorũ talentorũ. Vocabant *Terpolē*, hoc est delectamentum, Jovique Capitolino pôst dicârunt. *Flor. l. a.* vocat, grande illud impiæ gentis arcanum. Cùm etenim sacra hæc gens nulla haberet simulacra in templo, ideò Ethnici mirè & prodigiosè de eorum mysteriis suspicati, alii mundum ab iis coli, alii nubes, quidam asinum & suem, alii propter hanc *vitem* Liberum seu Bacchum, quæ opinio quoque *Tacit. l. a.* & *Plutarch.* qui fusè de ea disserit in *l. 4. Sympos. 4.* Sed falsò illis imputatum probat *Cunæus de Rep. Hebr. l. 2. c. ult. p. 2*[illegible]. ignorabant namque gentiles Judæorum mores, dum Judæam non intrabant.
Id. lib. 1.

Id.lib.1.p.19. Plin.37.2. refert, Pompejum in triumpho Asiatico, cùm vitem hancin tulerit, ipsam non simplicem fuisse, sed monti aureo implexã, totumq; opus in formam horti flexum. An *Judæi hac vite* memoriæ litarint Racemo miræ magnitudinis, qvem exploratores terræ Canaan in desertum populo reportarunt, dubium est. *Martin.in Lexic. Philos.f.4067.* citat. *Casaub Exercit.16:108.* qui fuse huius *Vitis aureæ* mentionem fecerit.

3. Tartarorum. De *Magno Chamo* refert *Majol. Col.18.p.616.* qvod in regiâ Arborem Pinum habeat proceram, ubi singulis à ramis propendeant *Gemmarum Botri* non aliter atqve Uvarum solent, ita rite ordineqve compositi, ut ex Vitibus Uvæ prægrandes solent; nec esse ramusculum ullum in adeo procerâ Pinu, à qvo suus botrus non propendeat, ut dubitandum in omni Europâ non esse tantam gemmarum copiam, qvantam illa una arbor ferat.

CAPUT III.

VITIS INVENTORES.

Vitis Inventores. 1. Principalis ipse DEUS. VItem statim in prima vegetabiliũ productione à DEO Ter.Opt. Max. creatã nullus dubitandi locus est; Vinũ tamen saltem potentia. *V. Vallæ f. Phil.sacr.5.p.25.* ignota enim in principio expressio uvarum, qvam Noha post diluvium, ut & eiũm carnium

mum, inclinante natura humana adinvenit. Nam cùm sciret *vinum* lenire mœroré, roborare vires, sanare morbos, qvæ omnia pòst diluvium, tanqvam ex Pandoræ pyxide, incommoda homines fatigant, pro panacéa *Vineæ* culturæ diligentem impendit operam *Vid. Horat. Augen. T. 3. consult. med. ep. 9.* Sunt tamen qvidam, ut *Qvistorp. Comm. ad Genes. 9, 20.* aliqve ex Theologis, qvi ex seculi antidiluviani hominum impiè transacta vita colligunt ipsos *vino*, incendivo, si abutatur, libidinum, non caruisse, præcipuè cùm ipse Salvator de ipsis pronuntiârit, edebant, bibebant, id est inebriebantur. *Matth. 17, 28.* Noachum saltem ejus usum posteà reduxisse. *Jan. Cornar. in Theol. Vit. l. 1. c. 1. p. 8.* contrarium opinatur & probare nititur Vini usum ante diluvium non fuisse. Litem hanc non meam facio, sufficit, qvòd ipsa veritas sit, Noachum in terra Asyriorum, primam rursus vineam plantasse, & qvasi novum Promotheum è cœlo fomitem igniculi surripuisse, in totius humani generis commodum. Ob hoc inuentum *Noha* sub variis nominum & fabularum involucris Gentilibus innotuit, adeò ut Promothei, Saturni, Ebrii Sileni à pueris derisi, Liberi, Jani Bifrontis, (cùm utriusque mundi spectator fuerit) nugæ, demto cortice, Nohæ Historiam significârint,

2. Minꝰ Principales. 1. Geminus Primasius Noha.

An Vinũ antè Diluvium.

carint, prout pluribus hæc enucleat *Georg. Stampel. in Histor. Scholast. Lubec.* 1616. edita. & *Jan. Cornar. l.1. Th. Vit. c.4.* Hinc *Janus* dictus *à Jain*, quod apud Hebræos vinum sonat.

Occasionem plantandæ Vineæ Nohæ dedisse, refert *Ezler. Isag. Mag. Med. c. 4. p. 92.* cùm post diluvium emitteret hircum in Coricum Ciliciæ montem, hircum labruscas comedisse, inebriatum, cætera animantia cornibus petere cæpisse: hoc comperto, virtutem labruscæ agnovit Noha, confestimq; eam sangvine Leonis, ut confortaretur, in spiritu ☉ri & agni cruore mystico addito, ut silvestrem naturam deponeret, plantavit, quæ deindè egregium fructum fecit, eamque vindemiavit. Hinc *Gentiles*, notante *Cornar. l. 1. Th. Vit. c. 3.* fabulati sunt, Ætolum pastorem *Staphylum* cum *Oenei* capellas in pastum deduceret, observâsse unam aberrantem à grege latiorem cæteris se serius ad præsepia recipientẽ; eam clã insecut⁹, animadvertit, in remotâ stirpe uvam edentẽ, pomũ ei incognitum, sustulit & Oeneo pertulit, qui expresso humore delectat⁹, cũ vetustate cognosceret mitescere, Libero Patri accepto à se hospitio obtulit, qui Oeneo viticulturam monstrans, *Vinum ab Oeneo, Oenon, Uvam* autẽ *Staphylen, à Staphylo* pastore nominavit. Sed rectè *Dan. Heins. in Hymn. Bacch. v. 146.* Græcos irridet, qui inventionem

tionem Vitis Hircoasscribant, quando canit:
Die die so grooteen saeck/ het vinden van de wijn
Toerekenen den Bock dat moeten Bocken sijn.

Hinc Noha rectè primus ἀμπελοφύτης
Vitisator, qui non modò Liberum, sed & Saturnum multis antecessit ætatibus; *Lactant.*
l. 2. Inst. Div. cap. 14. *Gentiles* varios laudant 2. Fabulosi Inventores & secundarii.
inventæ Vitis Authores, adeò, ut integræ Provinciæ, quasi de Homeri Patria, inter se decertent. *Polyd. Virgil. 3. de rer. Inv. 3. p 205.* refert quosdã statuisse apud Æthnam montem
Siciliæ vitem inventam, quod cùm *Oristeus* 1. In Sicilia.
Deucalionis filius eò regnatum venisset, ejus canis ramum fortè evellit, quem ille defodi jusserat, & inde vitium germina nata, quæ à canis nomine Oenon, quod Græcis vinum sonat, appellavit. *Coel. Rhodig. 16. A. L. 3.* refert
Ægyptios vocatos φιλοίνους, quoniam apud 2. In Ægypto.
eos comperta primum tradatur Vitis in Plinthine Civitate: alii dicunt in Ætolia inven-
tam, quam Veteres dixerunt οἰνάν. *Indis* monstravit *Dionysius. Tibull. 2, 3, 67.* qui peragrato 3. In India.
orbe, Græciam intrans, tēporibus Deucalio- 4. in Græcia
nis hospiti suo in terra Attica vitium plantationem monstravit, unde post mortem Deus habitus est, *August. 18. de Civ. D. 13.* Hinc à Græcis *Bacchus* dictus est, & infinitis aliis nominibus à Poëtis ad ravim usq; decantatus. Idē *Ægyptios* hac arte instruxit, *Tibull. 1, 7, 33.*

ſub nomine *Oſiris*, ita enim ab Ægyptiis vocatum, ut Liber à Romanis, Dionyſius ab
5. in Inſulis. Indis, Adoneus ab Arabibus &c. teſtatur *Auſon. Epigr. 29.* Bacchi filius *Oenopio*, Incolas
1. Chio. inſulæ *Chio* poſteà tanto commodo plantandæ vitis beavit. *Athen. 1. 20. Athenienſes* in ſpecie *inventorem Vitis* tradunt *Icarum*, filium Oebali, Penelopes Patrem, qui ab ebriis colonis poſtea occiſus eſt. *V. Diod Sicul. l. 4. Hiſt. & Propert. 2, 32, 29. Item Dan. Heinſ. not. ad*
2. Creta. *Hymn. Bacch. v. 403. ſeq.*

Saturnus primas vineas coluit in *Creta*, &
6. in Italia. cum eo traductis viribus *in Latium*. Janus, unde *Italia* à vini cultura *Oenotria* dicta. *Virg. 1. Æneid.* v. 536. & Janus Oenotrius. *Cato in*
7. In Gallia. *fragm. Orig. & Plutarh. in Collat. Hiſt. Rom. & Græc. Gallis* monſtravit *Arunſ. Tyrrhenus*, qui à Lucumone ad Gallos confugit, eiſque dulcedine vini Italici perſvaſit, ut ſibi auxilio in Italiam venirent, quod & factum eſt, *Plutarh. in vit. Camill.*

8. in Hiſpaniâ. *Hiſpanis* tandem *Geryon*, alii aliis nationibus traductis *vitibus*, monſtrarunt, adeò, ut jam paucæ Univerſi Orbis oræ ſint, ubi *vitis* non luxuriet.

Inventores Putationis Vitis. *Putationem* autem monſtravit Naupliæ incolis primũ *Aſinus*, in cujº honorem lapideus poſt erectus eſt: Cum enim Pampinos abraſiſſet, oſtendit putationem ſarmentorum utilem

lem alias vitis tanquam humidiſſima plura gignens ſupervacanea ligna abſque putatione rurſus periiſſet, *Natal. Comes Mythol. l.* 5. *cap.* 13. *p.* 493. adeò à Brutis caſu vel naturali magnetiſmo multa facta laudabili inventioni anſam dederunt: Hinc Pſittaci & Picæ Rhetoricam, Cynocephalus Muſicam, Aper Geometriam, Hirundines Architecthonicam, Ogyges Aſtronomiam, Araneæ textoriam artem, Ibes exhibitionem Clyſteris, Hippotami Phlebotoniam, Cervi Chirurgiam, homines docuerunt. Plura exempla apud *Kircher.* 3. *de Magnet. part.* 1. *prælus,* 1. *pag.* 468. *Harsdörff. ſpeculo Hiſtorico. c.* 167. *Camerar. c.* 1. *Memor.* § 5. *usq.* 16. & *c.* 10. § . *Baracelſ. Theſ. Secr. c.* 71. 72. 76. 88, 89. 95. 103. 110.

CAPUT IV.

VITIS DESCRIPTIO EJUSQUE PARTIUM EXPLANATIO.

ANtequam *Anatomiam Vitis* inſtituam, & curioſâ mentis acie ſingulas perluſtrem partes, rudi penicillo priùs Vitis adumbranda eſt.

Ambigit *Vitis* teſte *Cæſalpin. de Plant.* an inter arbores, an frutices ſit reponenda, cum hermaphroditicæ ferè naturæ ſit, ſed pro diverſitate Specierum Vitis modò Arbori, modo fruticibus magis reſpondet. Hæc alienæ opis Vitis deſcriptio generalis

opis fulcimentorum indiga, tortuosa innititur stirpe, fusco rimosoque cortice hiulca: quæ ubi tepidiorem benignioris cæli auram sensit, gemmas protrudit in pampinos abituras, virore læto splendentes: humo sublata capreolorum beneficio, adminicula sua complexa, ascendit, flosculorum suaveolentium quinque fibrillis herbidis, luteolos apices sustinentibus, compactilium racemis divitem Colono spē fruct⁹ excitat, uvarū magnâ saporum viriumque varietate: florem non in summo fructus habet, sed in sede, ac plura semina in communi conceptaculo; brevi tempore, ad magnam altitudinem succrescit, ut nisi crebrâ amputatione coërceatur, multitudine Viticularum luxurians, silvescat: folia fert ampla, ferè laciniata, ut Ficus: flores parvos & candidos, ut olea, Racemos suos granis onustas *uvas* dictos.

In Specie Vitis Partes sunt 1. Radix Caput.

Partes vitem constituentes variæ sunt, singulæ paucis enodandæ.

1. *Radix* est infima pars Vitis, quando surculus mense Octobr. vel Novemb. in terram transfertur, in terra delitescens. Eruditi *radices* has *capita Vitis* vocant, quibus ceu ore alimentum è terra trahant. *V. Taubm. Comm. ad Virg. 2. G. 355. Turneb. 15. Adv. cap. ult.* Alii tamen cum *Bauhin. T. 2. Hist. Univ. f. 76.* Caput

pet Vitis vocant, ultimum & productisſimum flagellum.

2. *Truncus* eſt pars Vitis, quæ ſurſum è terra aſcendit, ſuccum è radice excipit, coquit, ſarmentis communicat. 3. Truncus.

3. *Cortex* craſſus, truncum ambiens, ab aeris aliarumque rerum externis injuriis defendit. 3. Cortex.

4. *Sarmenta* in ſpecie ſunt ramuſculi lignoſi, quibus ſtipatim Uvarum acini affiguntur ſunt inſtar brachiorum, daran die Beeren hangen / die Kämme / Vocantur etiam *Pediculi* à quo folia & racemi dependent. 4. Sarmenta.

In genere autem *Sarmentorum* nomine veniunt *Palmites*, prælongæ luxuriantis vitis virgæ, geſtantes folia, palmites, capreolas & uvas. Gallis Un *ſarment*.

5. *Palmites* nomen habent à Palma humana virgulas, quaſi digitos, edentes. Suntque ejus varia nomina, variaque officia. Alii *Palmites Focanei* in bifurco medii proſilientes Eine Beygarten / alii *fructuarii*, *racemarii*. alii *Orbi*, qui nihil pariunt blinde Reben / alii *pompinarii* Gallis les jeunes *rejettons* Rebenſchoß / qvi primo año frondem ſine fructu fundunt. Hi *palmites* cum in arbuſto trahuntur, ad proximas arbores *Traduces* dicuntur, ſi autem breviores ſarmento inter ſe jungantur à junium ſimilitudine Funeta. *Palmites putati*, *Ze-* 5. Palmites, cuj9 diverſæ Species

ti, Zemis. Es. 25, 5. *Nahum.* 2, 2. à quibus materia luxurians & sylvescens resecta est. *Dalioth* autem *Ezech.* 17, 6. & *Nethiscoth Es.* 18, 5. palmites sunt longiores in altum exilientes. Fit Sationis Vitis modus, vel per *vini radicem* vel per *sationem per sarmenta* inutilia à Vite deputata, quæ vocantur *Palmites resectes*, Subsidiarii Colum. *Præsidiarii*, Varr. *Vinarii*, & *Custodes*, suntque sarmenta annotina quæ, putantur ad fructificandum. Ein geschnitten Garten accipienda è media *vite* rotunda, levia, solida, oculis densa, novas gemmas plures habentia. Dicitur *Palmes Resex* à numero gemmarũ, bigemis, trigemmis. Dicitur etiam *Malleolus*, quòd in ea parte, quâ ex Vetere sarmẽtó deciditur capitulat⁹ prominẽs utrinq;, malleoli speciem prębeat; Colum. quoq; *virga mallearii* dicitur. Junger Reben Schoß / Sunt malleoli vel *palmipedales*, vel *præsidiarii*.

Flagellum est summa palmitis pars & cyma: *Sagitta* autẽ novissima pars surculi, ita dicta, sive, quod longiùs à matre recesserit, sive, quia cacumine attenuata teli speciẽ gerit, dz oberste am Schoß. Dn. du Pradel *Le bout de Sarment*.

Palmes furunculus est palmes propè palmitem alium, qui custos dicitur, & à vicino palmite succum attrahit. *Custos* est novellus palmes nõ longior trib⁹ gemmis si vitis luxuriârit, proximo anno materiam, id est, inutile sar-

[illegible]mentum præbiturus. *Mergus* est palmes, qui declinat ad terram, Gallis un *Courson:* quidam enim utuntur hac propagandi ratione ut in terram vitis caput immergant, nec prius à matrice abscindant, quàm radices egerit V. Heresbach. l. 2. R. Rust. p. 145.

Nepotes palmitès sunt, qui seriùs nascuntur. *Dracones* sunt indurati multorum annorum, *Emeriti* à quibusdam dicti: *Spadones*, tandem surculi, qui nihil attulerunt. De his posterioribus ita *Dan. Rhagor.* Pflantzgarten/ *l. 3. c. 3 p. 35 36.* Surculi in vite qui nihil adferunt, & nullo fructu ferendo proprii sunt & habiles, ab agricolis antiquis eleganti metaphora *spadones* appellabantur. Vnfruchtbar Schoß/ *Gall. des Jettons. inutiles.*

6. *Capreoli*, quod serpendo capiant locum aut instar caprearum ascendant, nomen habent, sunt in Vite partes, quæ se inuicem involuunt, *Viticuli*, Gäblein/ Hefftlein. Notat *Spigel. Isag. Rei Herb.* 1, 7. à Cæl. Aurel. in specie vocari *Annulos vitis*, quæ Partes in Brionia & aliis volvulis à *Cic. l. de senect.* & *Colum.* vocentur *claviculæ*, *Plin. Procem. ad lib. 23. Viticulæ & Crines*, à tortuositate vero Græcis ἕλικαι. 6. Capreoli.

7. *Internodia Vitis* vocantur *articuli*, seu illud, quod inter nodos seu Art° sine genicula sarmentorum intercedit sicut intervenium 7. Internodia.

 spa-

ſpatium illud, quod inter venas intercipitur, *Ruell, l.1. de Nat. Stirp. c.3.* Facetè internodia ſtaturæ proceriori applicat. *Ovid. 11. Metam. v.795.* memorans, Æſaci lōga internodia crurum & *T. Calpurn. Sicul. Ecl.1. v. 26.* longa ſatis pater internodia largus Procerumque dedit mater non invida corpus.

8. Pampini. 8. *Pampini*, ſunt folia Vitis, quibus veſtitur, & quibus fructus à Sole aliisque Aëris injuriis teguntur. Rebenblatt. Hinc verbum *pampinare* cacumina defringere, & frondium luxuriam tollere, interdum *Pampinus* ſumitur pro ramo folioſo. Hinc Virg. *2. G.335. Pampinus* trudit *gemmas* & frondes explicat omnes.

9. Gemma. 9. *Gemma* ex ſarmentorum articulis concepto humore velut animalis erumpit, ex quâ ineunte Vere oriens uva ſe oſtendit, quæ ſucco terræ, & calore Solis augeſcens, primo eſt guſtatu peracerba, dein matura, dulceſcit.

10. Uva, quæ conſtat. 10. *Uva Vitis* ab Uvido fonte, qui *Gemma* dicitur primordium Uvæ *Cantic. 7, 12.* Hebræis Semadar. *Cantic. 2, 13.* Germ das Aug am Reben/ Gall. L'œil ou bouton, inde gemmare, trucken/ treiben/ Gall. boutonner, Latex eſt dictus, *Racomus, alias betrus, & Mart. 11, 28. Botryon.* Græc. σαφυλὴ die gantze Traube. Gall. *Raiſin.* Ital. *uva* Conſtat

1. Scapo

1 *Scapo* Trago *ſcopeo*, Ruell. *Scopo*, qui ramu- 1. Sca-
lus unde acini dependent. der Trapp am Trau- po.
ben/ der Kamm/ Gall. *la grappe*, Ital. *grappulo*,
racemo. *Latinus* autem nunquam racemum
ſcapum eſſe vult. *Taubm. Comm. 2. G. 102.* Ga-
len. βότρυχος:

2. *Pediculo* qui petiolus eſt, ſeu extrema 2. Pedi-
productio ſcapi. culo.

3. *Acino* ſeu *baccis Vinaceis*, *Acinus, a. Vi-* 3. Aci-
naceus, Græcis ῥὰξ κόκκος eſt granum uvæ, no ha-
Gallis *grain de* Raiſin Weinbeer/ conſtat. bens.

1. *Folliculo*. Græc. ϛέμφυλον, *Hymen*. Plin. 1. Folli-
Corium, *Cutis*, *Cortex*; culum.

2. *Carne*, Plin. in uvis duracinis *callus*. 2. Car-
nem.

3. *Succo* per carnem diſperſo. 3. Suc-

4. *Semine*, *nucleo* Kern/ Græc. γίγαρτον, cum.
Arillus, quem Columell. & Pallad. quidem 4. Se-
vinacea vocant, tamen *vinacea* potiùs ſunt men.
folliculi membranoſi, qui ab uvis expreſſis
ac prelo ſubjectis reliqui manent, die Hülſen.

Quidam volunt *Racemos* dici uvas mino-
res, & qui ſub pampinis fallant, *uvas* vero ma-
jores illas, & craſſioribus acinis, notante
Taubm. Comm. ad. 2 G. 102.

CAPUT V.

VITIS CULTURA, ET LOCI PROPRIETAS.

AMpliſſimus nunc ſe afferret dicendi cam- Vitis
pus, ſi ex profeſſo vinearum plantanda- Cultura gene-
darum ralis.

darum & colendarum modos, & officia Vinitoris ab optimis Authoribus descripta, coacervare animus esset: Sed cùm hæc tractatio potiùs constitutam, quàm constituendam Vitem perlustrare, propositum habeat, *brevibus de vitis cultura*, &, velut canis Nilum lambens, agendum. Qui *compendiosam vitis culturam* addiscere gestit, ex *Virgil. 2. Georg. lib.* inveniet, quomodò *pastinandum novellum. v. 260.* quod *solum pro vitibus* eligendum, & quomodo *vites disponendæ. v. 273. tempus serendi* vites. *v. 315.* quæ *circa vitem sint, vel non sint* serenda *v. 299. & 370. de fœcundandis vineis* agit *v. 346. de repastinatione vineæ* novellæ. *v. 392. de putatione v. 358. de frondatione. & pampinatione. vers. 362. de oblaqueatione. v. 403. & variis vinitoriis officiis. v. 408. seq.*

Laboriosi fuerunt in plenaria, & omnibus numeris *absoluta vitium culturâ* describenda Quatuor-Viri apud Romanos Rei Rusticæ scriptores: *Cato, Varro, Columella, & Palladius:* ex *Recentioribus* autem *Carol. Stephanus in Vineto, Joh. Liebant. de Agric. L. 5. à c. 36. usq; 49. Petr. de Crescentiis. l. 5. Agric. à c. 1. ad 14. Heresbach. de R. R. L. 2. à p. 142. usq; 151.* quibus addendi *VVecker. 9. de Secret. c. 5. Mizald. c. 2. §. 20. Memorab. & Lemn. l. 2. Occ. Nat. 52.* Et de cultura vinearum ex S. Script. plurima quoque collegit *Jan. Cornar. de Past. Hab. Theol.*

Theol. Vinit. l.1.c. 17. à p. 178. usq; 209. item *M. Georg. Horn* Paſtor itidem Hammelburgi in Franconia Orientali in *Tract. Hierampelos* dicto Schmalcald. 1585. excuſo.

Vitis rariſſimè ex ſemine ſeu acinis proſeminatur, experientia enim docuit tantùm florem, nunquam autem fructum ferre, niſi poſt fructiferæ inſeratur. *Fioravant Compend. Secret. Rat. l.5.c.2.* Vitis rarò ex ſemine:

Communiſſimè fit *plantatio Vitis vel per uviradicem, vel per ſarmentum*, cujus modos eleganter & copiosè deſcribit *Heresb. l.2.d.R. R.p.146.* Concinnè admodùm *vineæ in Franconia cultæ* rationem nuperrimè Dn. *D. Fehr. Pract.* Schweinfurt. *celeberrimus, Collega Curioſus* velut *Lynceus*, Amicus integerrimus per litteras exhibuit, cujus verba cum velut ἐν τύπῳ plurimis nunc locis adhibitam curam doceant, excerpere placuit. Ex ipſa *Matre Vite, inquit, talea* valida nullique vitio obnoxia, vere adulto ſub terram defoditur proximâ, ubi per ſemeſtre fibris, villisque plurimis ex ſingulis, Embryonis inſtar, protuberat, quæ circa autumnum reſecta (unde & *Reſex* dicitur) in ſcrobiculum quadratum duos pedes altum *traducitur* (*traduci* inde nomen eſt) terrâque fertili obruitur, ut vix ſummo capite promineat, idq; pulcherrimâ ſerie (nec enim *maritantur* nobis *vites* aut *junguntur* arboribus, Sed per Uvi radicem, aut ſarmētum propagatur. Exemplū de Vite Franconica.

bus, quod Italis, nec *aptantur pergulis* aut *Cantheriis* quod Athesinis & quibusdam Rhenanis familiare) & justo ordine instructissimæ aciei instar disponuntur accommodè. Undè nostratibus *Vinea* ein Weingarten. cognominatur. Primo statim anno exilibus quibusdam ac tenellis *stolonibus* eluctatur in auras, secundo ac tertio sylvosior quodammodò fruticescit, sed quotannis artificiosè putatur, & nudatur omnibus istis sarmentis: quæ qvidem *Vitis quasi infantia* est, & quoddam robur seu fundamentum: quarto vero quintóque annis, ubi ex capite, ut vocant, seu disco sensim ampliato illa plurimis luxuriatur palmitibus jam fructuariis, ne nimio fœtu effœta mox fatiscat, pereatq; *vitis novella* quibusdam eorum demptis, quibusdam accisis ridicisque firmatis *adolescit* liberiùs, quæ ipsius *quasi juventus* est, ætas ad omnia extrema proclivis, & ubi severâ lege Naturæ libido arctiùs compescenda. Insequentibus porrò annis Coloni libertate fruitur, ejusque labores *quasi in ἀκμὴ*, & vigore summo constituta, uberrimo fructu compensat, solo præsertim læto ac tenaciori seu glareoso gaudens, levior enim terra & frigosus ager ταχυθάνατον reddunt vitem, ut & culturæ neglectus, cujus unius vi nobilissimum hoc cremii genus brevi spatio exolescit, sideraturque, quod *Senio* com-

comparamus. Summo vere dùm resolvitur putaturque, ubertim plærumque-*lachrumat* sua gaudia palmes: Junio florem profert in racemo minutissimum quidem, sed suaveolentem, ut cum Catullo exoptes nasus fieri totus, qui si Solstitium æstivum antevertit, Augusto mense *fructus maturationem* (hinc iste der Kochmonat dicitur) & in sequenti vindemiam plærumque accelerat, si idem sudus fuerit ac serenus, sin secùs & maturatio ob aëris injurias, & obliquiores jam Solis radios diutiùs protrahatur, vilius quandoque vinum legitur. *Hactenus Dn. D. Fehr.*

Ratio Culturæ in specie est.

Apud quosdã populos præcipuè *Italos*, quibus solis suo tempore hunc modum voluit concessum *Plin. 17. 23. Vites arboribus jungunt*, adeò ut unus ager idemque triticum, ligna, vinumqve ferat. Cùm enim vites naturaliter in sublime procedant, fit ut arboribus sustentatæ, lœtiùs crescant. Vocantur tales vites *Anadentrides. Brunfels. Onomastic. Arbores quibus maritantur vites* vocat *Virg. 2. G. 2.* Sylvestria virgulta, quod alii *arbustum*: unde *Columell. 13, 16. arbustare* agros i. e. arbores idoneas vitibus jungere. & *Plin. 17, 23.* nobilia vina in arbustis gignuntur, laudatiora in summis, uberiora in imis, adeò excelsitate proficitur. Idem *Plin.* recensens *arbores vitibus amicas* primo ponit Ulmum, apud Venetos

1. Vitis Arbustiva arborib9 maritata.

netos salicem, in Transpadana Cornum, Populum, *Acerem*, Ornum, Quercum: admitt Ficum, Oleam, Fraxinum, modò non sin umbrosæ ramis; ideò etiam, ut optima fie ret vini coctura, frondibus solebant arbore denudare, ut radiis Solis valentiùs matura rentur uvæ, frondibus enim obtectam ma nere Vitem, Uvis nocuum. *Virg. 2. G. 40*, Hinc Corylus, Laurus, Juglandes minùs apt propter foliorum densitatem, & latitudinem *Inprimis* autem *Ulmus* confert *Venust. Cons L. 28.* tum propter folia perexigua, tum propter proprietatem occultam & amicam. Hin crebrò apud Poëtas *Virg. 1. G. 2. ulmis* adjun gere *vites*: & *2. G. 221.* lætis intexere *vitibu ulmos. Mart. 4, 13, 5.* jungere *Vitibus Ulmo Ovid. 2. Amor. Eleg. 16. Ulmus* amat *Vites*, *Viti* non deserit *ulmos*. Et eleganter *ulmus viti maritus* dicitur. *Catull. c. 65. v. 54.* & *vidu vitis 16. c. 63. v. 49.* nudo quæ nascitur arvo.

Vitis & Ulmi Conjugium.

Nunquam se extollit, nunquam mitem e
ducat uvam
Sed tenerum prono deflectit ponder
corpus.

Ut *Juven. S. 8. v. 78. vidua Ulmus. Manill. in A stron. Vitis nubens* dicitur, quod *Ulmo* nubat Hinc *Ulmus* mas, *Vitis* fœmina censetur, e quo conjugio nascitur Equus Poëtarum, lu dente *Taubm. Comm. ad Virg. Culic. vers. 134*

Hin

Hinc abusivè *Ulmi* vocabulum pro *vite* quoque accipitur apud *Jun. 6, 146. & Horat. 2. l.15, 4.* Adhuc *hodiè propè Bononiam* in Ulmis, & aliis populetis suspensæ uvæ ostendunt suo tempore uvas pingvissimas: Ad *Placentiam, Parmam, Rhegium* in agris Vites infinitâ serie arborumque potiùs nemora populnearum ac Ulmorum sunt, in quibus sublevatæ ab humo arenoso Vites cum pendulis racemis jucundissimo propendent spectaculo. In itinere *Pistoiâ Florentiam usque*, in agrorum margine luxuriantes *vitibus arbores* ad milliaria aliquot ipse cum summa oblectatione vidi. Ut de *Campania* aliisque *Italiæ* locis jam nihil dicam, & in aliis quibusdam Regionibus hæc *Vitis maritatiò* usitata est. Refert *Dodon. in Hist. Plant.* in quibusdam *Galliæ Narbonensis locis* usitatum, ut vites conscendant arbores ordine consitas, inter vites crescente gramine: *Genevæ* etiam quosdam ita coli, vocarique *des Hutins. J. Leo in descript. Afric. l. 2. p. 204.* testatur in *Hascora Africæ* Regione, vineas omnes in arborum ramos rejectas, pergulas efficere elegantissimas. *Petr. Martyr ab Angleria dec.* 1. *l. 3. Rer. Ocean.* p. 41. recenset, in itinere Almiranti *in America* ipsum invenisse, sylvam, serpentibus per altas arbores passim *vitibus* suapte natura productis consitam, racemos tulisse ponderosos

Exempla Vitis Arbustivæ.

rosos & succi plenos, Tales *arbustivas vites ad Mare Caspium* observavit. M. Olearius in Itin. Persic, p. 2. p. 279. & in *Astara Hyrcaniæ* Provinciâ. *ib. p. 3. p. 476. Quomodo* autem *Vitis maritetur, v. Plin. l. a. Columell. de. arbor. c. 16. Cato de R. R. c. 35.* Vocatur hæc species *Vitis arbustina.*

2. Vitis erecta. Alibi *vitis perse arboris* instar succrescit nec ullo adminiculo arboris, Pali &c. opus habet, Vocatur *Vitis erecta*; hæc species sola *in solo Andeganensi* & *Gasconia* uberrimè provenit, habet truncum durum, & statim ramis sese invicem implicat & sustentat. Apud *Monspeliens*: ita coluntur vites ut stipites vix excedant cubitum, non utuntur pedamentis, quotannis omnes ferè ramos abscindunt, relictis stolonibus parvis. *In Candia aliisque Insulis vites* absque ullo fulcro coluntur, statim sese ipsæ implicantes referente oculato quondam teste *Dn. D.* Deutschländer *Reg. Maj. Polon. Aulæ Medico in Litt. ad me datis.*

3. Vitis Prostrata. Alibi *Vitis prostrata*, quæ à trunco enata, statim humi serpit, profert fructus jucundissimos, crebra *apud Andegav. & Rupellenses.* In *Asia* quoque multis in locis Terra cubilia præbet uvis. Quomodò autem *arte culturam suscipiat, v. Columel. l. 5. c. 5. m.*

Tandem

4. Vitis fulcris innixa.

Tandem *Vitis fulcris innititur*, & quidem secundum Varr. 1, 8. Si *vitis transversè* erigitur & applicatur, dicitur *Jugum*, si *rectè*, *Pedamentum* & est munimen & palus ad fulciendam vitem caducam *Alex. ab Alex.* 2, 10. undè *pedatio* dicitur *Colum.* 4, 12. *f.* & *Impedatio* *Eid.* 4, 16. sequiturque putationem. *Plin.* 17, 2.

1. Jugata.

Jugum est quadruplex, *vel Pertica*, ut in Falerno: *vel Arundo*, ut in Arpino, vel *Restes*, ut in Brundusino, *vel Arbusta* ut in Mediolanensi. Ipsa autem *jugatio* duplex *una directa*, dicta *Cantheriatha*, altera in longit. & latitud. protensa. *Compluviata*, ubi jugum est quadruplex, ducta â canis ædium compluviis similitudine. Cæl. Rhod. 8. 4. *Unijugas Vites* appellant Galli Vignes ordonnees par treille à une perche.

2. Pedata.

Cùm autem *Vitis pedamento* fulcitus, quæ ostendit uvam & à terra sustentatur, subjiciuntur ipsi bipedales furculi, olim in usu apud Reatinos Varro, 1, 8. hodie apud Romanos, & Neapolitanos. Dicitur *Vitis Pedata*, *Palata* & *Characata* (χάραξ enim pedamentum) *Cæl. L. a. Columell.* 5, 4. & 5. *Vitis Pedata*, *Impedata*, *statuminata* & *palata*, Gallis dicitur vigne eschalassee. Adhibetur autem *Pedamentum quadruplex*.

C 2 1. Ful-

1. *Fulcimen* ex *Querna* arbore, junipe aut Olea, vocabatur *Ridica* Varro. 1, 8. C lum. 11. 2. Plin. 17, 2.

2. *Ex pertica Palus. Alex. 2, 10.* hinc *Tib* 1, 7, 33. teneram palis adjungere vitem.

3. *Ex arundine.* 4. *pedamentum nativu* cùm ex arbore in arborem fit traductio Vit quæ *traduces* in specie *Romphi* dicuntur. *Pl* *l. 14. c. 1.* ubi Vitis arbustinæ aliarumq; me tionem injecisset, etiam *tàm erectæ*, qua *prostratæ* meminit: *de priori* ita; stat provi ciarum aliquarum per se vitis sine ullo p damento, artus suos in se colligens, & bre tate crassitudinem pascens: *de posteriori* rò, excrescere ultra suos pollices prohibi vites, semperq; pastinatis similes, herbaru modo vagantur per arua ac succum ter passim uvis bibunt. *Et hæc Usitatiores s* *vineæ colendæ modi.*

Vitis Differentia ex Loco in quo colitur.

Variat autem Vitis ex loco potissimùm quo propagatur natura & quidem

1. Ratione Mundi Cardinum

1. *Ratione cardinum mundi*: Vitium en positus ad Orientem vel meridiem magis h roicum producere vinum putatur, quàm c ad Occasum vel Septentrionem. *Merz.* *Oenopol. cap. 3. V. Faber. l. 4. de Secret. Chy* *cap. 2.*

2. Ratione

2. *Ratione Ventorum*, qui regiones p flant, Vites magis exuberant Aquiloni pr

næ, generosiora vina proveniũt, sub Austro, Colum. 3. 2. Aminea Vitis hilaris, inter æstivos Favoni flatus, Austris affligitur. *Id. Ib.* Nomentanæ ventos & imbres valenter sufferũt, omnis incommodi patientes, præter caloris. *ib.* In locis calidis, qui non expositi Aquilonaribus injuriis, vina crescunt potentia, vinosa, fulva, vel flava, ut in in Hung. Italia, Hispania, Gallia: in frigidis autem locis vina aquosa, oligophora, debilia, rubra, vel alba. Venust. Conf. 28. vel etiam omninò ἀμέθυσον, quale est, quod Lovani & apud Brabantos, item apud Bohemos, & vicinos Saxones crescit. *Bauhin. T. 2. l. 15. f. 77. H. Plant. & Dodon. de Vit. Viniqué Hist. c. 1. p. 4.* Ventorum.

3. *Ratione Astrorum influxus*, in his vel illis locis *Vitis* variat, de quo Astrorum necessario influxu, ad producendam Vitem specialia collegit *Jan. Cornar. l. 1. Th. Vinit. c. 9. a. p. 56. usque 69.*

4. *Ratione vitis speciei*, Vina Pucina in Saxo coquuntur: Cæcubæ autem vites in Pontinis paludibus màdent. Plin. 17, 4. adeoque quædam species sicciùs altera requirunt solum. Pingvi & uberi agro gracilis Vitis, macro ferax convenit *Colum. 31.*

5. *Ratione ipsius soli. Virg. 2. G. 238.* Salsa autem tellus, & quæ perhibetur, amara Frugibus infelix & Baccho. Est enim admodùm

macra. *Plin.* 17,5. Plurimas sanè vitis mutationes accipit à terræ qualitatibus, quod pluribus testatur *Porta in Phytog.* 2,6. adeò, ut ejusdem speciei vites, in alienum solum deductæ, totam naturam mutent, quod ex speciali vinorum historia, vel ex solo Hispanico vino Petri Simonis dicto, patebit. *Quale* autem *solum requiratur* ut plurimùm, docet *Hereso. de R.R.c.* 2.*p.*142. *In genere* solum arenosum, saxosum, vel alioquin aridius fortiora vina profert; quàm sabulosum, pingve ac humidum, quia priùs solum faciliùs Solis radios admittit, *Merz. Benop.c.*3. Eandem ob causam loca montosa, acclivia & aprica solaribus radiis exposita, generosiora producunt vina. Hinc Virg. 2. G. 112. apertos Bacchus amat colles. Et *Colum* 3. 2. ferè omni statu locorum *campestria* largius vinum, sed jucundius afferunt *collina.* Inprimis *terræ quæ mineris scatent* calidis & 🜍 lentis aquis idoneum præbent fomitem vitibus, undè vegetalem concipiunt Spiritum gignendis vinis nobilissimis, quod vel vina Hungarica, Vina Græca ad Vesuvium, Sicula ad Æthnam testantur. *Bacc.l.*6.*de Vin.f.*342. Corsica, quia copiosissimas habet thermas, fortissima gignit vina. *V. Bacc.* 4.*de Therm.* 9.*f.*233. Vicentinorum & Patavinorum vina tanquam sincera laudat *Læl. à Fonte* cons. 14. ob loci naturam,

ad

ad Euganeorum Collium radices, cum ſint *Vites* conſitæ, 🜍 eo fomite totque calidarum circa illos montes aquarum halitu perflantur, ac fœcundantur. Colles Rhenenſes fiſſile lapide ſcatentes vina laudatiſsima generant, ob radiorum ſolarium repercuſsionem *Heresb. l.2. R.R. p. 143.*

Absque *radiorum ſolarium* vi fruſtra nobile exſpectatur vinum, maxima etenim *Viti* cum *ſole* & *auro* eſt *ſympathia*. Hinc fit, ut vinum generoſum vires recreet, augendo ſpiritus ſolares, vitales, & corroborando: Cor autem, utpote Solare rectè confortatur ſolaribus, & triſtitia, utpote Saturnina rectè propulſatur ſolaribus Saturno antipathicis *V. Ezler. Iſag. Mag. Med. c. 4. p. 90.* Indè Cla. quondam Chymicus *Joh. Hennemannus Reyſing. Imp. Rudolphi Archiater*, conjugis meæ Avus maternus in erudito ſuo *de Peſte tract.* cujus *tit. Idea Loimodes* inquit: Inter vegetabilia, quæ cordi humano correſpondent, aut Spiritibus ipſius inſitis, ſunt ea, quæ vires primi mobilis aut firmamenti, vel ☉is influentior obtinent, ut ſunt vinum, ejus Spiritus & Acetum. *pag. 25.* Quàm *admiranda ſit vini auriq;* cum *corde* ſympathia, ſatis docet *Joh. Tackius Phil. & Med. D. Med. & Eloq. Prof. Gieſſæ in tract. ſub Anonymi nomine Gieſſ. 1659. edit.* qui inſcribitur *Conſangvinitas Auri*, ♆ &

Admiranda Vitis, Solis, Auriq; Sympathia, Cō ſangvinitas, & Triumviratus.

& *Sacchari* ex quorum Triumviratu *Tinctura* ☉i maximè *cardiaca* præparetur, dum 🜍 ☉ *externum* (internum ☿° ſuo arctiſsimè concluſum diſſolvi nequit) *per* 🜍 *Sacchari φλογιsov* enim eſt totum, volatile & inſtar 🜍 ardens Saccharum) & *Q. E. Vini*, in quo latet ☿, 🜍, & ⊖ recluditur. Cui præparationi anſam præbuit locus *Theophr. l. de Princip. Nat. & Art. p. 37.* pro certo, inquit, inter Spiritus Vini & ☉i maxima eſt convenientia ſeu participatio, cum utrobique ſint naturæ calidæ, & vini Spiritus inſeparabiliter figuntur cum ☉° Ipſa Mammarum maxima Mamma *Natura* dum adhuc gremio fovet *Vitem*, quibusdam in locis *indiſſolubilem* hanc ☉i *Viniq; ſocietatem* atteſtatur. Notatu dignisſima eſt Hiſtoria *à Petr. Matthieu Hiſt. Gall. T. 2. l. 5. narr. 1. p. 209.* deſcripta: *in Gallia*, inquit, Ao. 1602. *in Lugdunenſi territorio* propè Pagum de S. Martin la plaine, *in Vinea* ruſtici cujuſdam fructuoſiſsima fodiens Vinitor terram, eruit ſilicem auro ſcatentem: Hinc, cùm diligentiùs inquireretur, ditiſsima *Mineræ* ☉i inventæ fuerunt: ex erutis particulis una Regi Henrico Magno oblata à P. Mattheo, quæ *Aurum* artificioſiſsimè exhibuit virgineum & *ἄπυρον*, hoc eſt purum putum, quod Natura in gremio artificioſiſsimè elaboraverat, ut pro-

Crebrò in Vineis Auri mineræ Exemplum in Gallia.

protruderit gemmas quasi palmitis. (comme de bourgeons de Vigne) adeò, ut dici posſit, pergit laudatus Author, intra 5. mille annorum ſpacium, Solem in terræ viſceribus nihil perfectius efformâſſe. O mira Naturæ ſolertia, quæ in latente Sinu Vitis vicinæ foràs protruſæ ſimulachra jucundisſimo ſpectaculo æmulari anniſa eſt! *O mira* ☉i, *Solis, Vini Sympathia!* Sunt, qui pro certo affirment ante paucos annos *in Vineis Germaniæ circa Dreſdam Albi* adjacentibus, vinitorem *ex Vineæ* cujusdam fertilis admodùm terra prominentem funiculum vidiſſe, quem dum lentè extrahit ad aliquot Ulnarum longitudinem, diſrupto tandem funiculo, Aurum obryzum eſſe funiculum, Lapis Lydius teſtatus eſt. Mira hæc Naturæ Arcana, majora tamen adhuc revelanda. Refert *Alex. ab Alex. Gen. D. 4. 9. Gaudent. Merula Coſmogr. 10, 27. Mizald. 2. Memor. 1. Porta Phytog. 2, 6.* in citeriore Germania intra Danubium, etiam in toto Mœni tractu & Nicri, minùs autem in Alſatia, Vites cum per hiemem nivibus humo contectæ jaceant, liquatis pòſt nivibus, calore cœli redeunte, mirificè germinare & frondes geniculatas emittere, ſed vini parum effundere. Inter eas quasdam *claviculas, & plerumque candicantia folia ex puro* ☉° *germinantia* habere, & ſimul coaleſcere, hasque Principibus

Aliud in Germania.

Vites aureæ in Hungariâ, & quibuſdam Germaniæ Locis.

uua cum palmite Vitis rimoſo cortice dono datos ingenti miraculo fuiſſe. Cauſa latet in vicinia Aurifodinarum, *inquit Alex.* dum Succo Vitium in radicibus coaleſcunt ☉i *Spiritus* hinc unâ ingeniti & condenſati occultâ vi & origine dum *Vitis* germina emittit, mirabili Naturæ inſtituto & decreto ſtellarum. ☉m *ſimul erumpit.* Dubitavi de Rei Veritate cum hæc apud *Alex.* legerem, quamvis teſtetur, ſe hæc referre ex teſtimonio eorũ, qui ſe non audiſſe vel legiſſe, ſed oculis vidiſſe & manibus tractâſse, probaverint. Itaque ut omnis ſcrupulus animo eximeretur, per Litteras conſuli *Dn.D.Martin. Henric. de Franckenſtein Phyſic. Eperienſem in Superiori Hungar. Amicum candidiſſimum,* qui non ſolùm in Reſponſoriis Alex. Authoritatem confirmavit, ſed & propria experientia calculum ſubjecit. Refert enim antè biennium ipſi raritatis cauſa exhibitos tales quoſdam *botros* ☉i *granulis circumveſtitos.* Præcipuè *in Toccaviensi tractu,* ubi generoſiſsima naſcuntur Vina, videri non raró ☉m *ex terra ſimul inſtar funiculi* (Dratt) modò rotundi, modò angulati *cum trunco enaſci,* adeò arctiſsimè, ut videatur ſimul progerminâſſe, imò inſtar Convolvuli, bonam trunci partẽ amplecti, cujus ſe ſæpiùs oculatum teſtem fuiſſe affirmat: & hoc accidere præcipuè iis in locis ubi terra

Tocca-

Toccavienſis alexipharmaca quæ in ſe ☉i △ copioſum continet, eruatur, ibi & generoſiora Vina & ☉m obryzum crudum inveniri. Addit plura alia exempla ex Authoritate & relatione amicâ *D. Procopii, Bonani, Camer. Regiæ in Civit. Sup. Hung. Med. Ordinarii*, qui hæc & plura alia *in libro ſuo de Admirandis Rebus Hungariæ*, qui ſumtibus Archiepiſc. Palatini Hung. & Comitis Nadaſti fauſtam Lucinam propediem exſpectat, annotavit. Noviſsimè Dn. *D. Matthæus Held. Celſ. Princip. Tranſylvan. Ragozii quondam, poſteà Ducis Januſii Razevilii in Lithuania Archiater, nunc Phyſicus Guranus meritiſſimus* oretenus fideliſsimè retulit, ipſi cum Ao. 1651. in Arce Batak propè Toccavium aſsideret Menſæ Principis, præſentibus ſimul Georg. Ragozii Princip. matre, Sigiſm. Ragozio fratre una cum ejus Conjuge Frider. Principis Palatini ad Rhenum Filia *Botros apportatos fuiſſe*, quorum *acini compactis auri atomis mirè ſplenduerint*, adeò, ut folliculi ſeu membranæ exteriores auro quaſi obductæ fuerint, quos racemos non ſolùm manibus tractaverit, ſed & de iisdem judicium ſuum depromere ab aſſidentibus Principibus juſſus fuerit. Non impoſibilis ergò videri poteſt *ipſa interdum granulorum ☉i Uvis impactio* cum Natura multò

majora

majora Secreta in intimis suis penetralibus perficiat: hujus enim artificio in duro marmore multiplices conchas vivas simul concretas in unum corpus coaluisse, observavit *Alex. ab Alex. 5, 9.* serpentes vivos marmori inclusos, productos *Nardius in Ann. 1. Noct. Genial. 4. p. 266.* & ranas rubras lapidibus molaribus circa Tolosam nascentes, quæ ob motum molæ incalescentes inflentur, & molas disrumpant. *Melch. Guilandin. Comm. in Plin. de Papyr. p. 11.*

Tales Vites aureas ob imprægnatos ☉i Spiritus vina reficiendis Spiritibus & cor roborando utilissima fundere, nullum est dubium, cum Aquas saltem quasdam ☉i qualitatibus, quod superficialiter saltem fit, infectas, dum Mineras ☉ præterlabuntur, ad plurimos morbos commendet *Bacc. l. 6. de Therm. c. 3.*

CAPUT VI.
VITIS MORBI ET CALAMITATES.

Vitis licet sit Longæva.

VItis longæva admodùm est, adeò, ut sexagenaria esse posſit & ferax etiam in Senectute. *Fr. Bacc. de Verulam, in Hist. Vit. & Mort. p. 34.* hinc, quia vitalis maximè ad longævitatem vitæ conducit.

Porta

Porta Phytog. l.5.c.1. Non eſt Ligno ulli, inquit *Plin.14,1.* Vite æternior natura, creſcit ſine fine, & nulla eſt tam procera arbor, quæ à Vite non ſuperetur dum modò ei poſsit adhærere.

Sunt tamen *Vites plurimis injuriis* quoque *expoſitæ*, præcipuè, ſi negligens Vinitoris cultura quoque accedat, ut hinc ſæpiùs fatum & ætatis juſtæ terminos anteverrant. Plurimis tamen Calamitatibus obnoxia, quarum aliæ accidunt.

Famoſiores calamitates paucis enarrabimus, quæ *vel ab internis vel Externis* proveniunt *cauſis*.

Ab Internis. I. Ex Cauſis Internis.

1. *Vermiculatio*, cùm ex Vitis pampinis enaſcuntur Vermiculi, qui prærodunt pubeſcentes Uvas. Talis Vermis in Sacris *Deut. 28,39.* mentio fit, qui à LXX. Interpr. ὁ σκώληξ dicitur. *Plin. 17,28.* vocatur *Volvox*, *Cat. de R.R. c. 95.* *Convolvulus*, *Colum. de Arbor. c.15.* *Volucrum*, *Plaut. Ciſtell. 4.11.63.* *Involvulus*, beſtia damnifica, quæ in pampini folio intorta implicet ſe, *Theophr. Ereſio 3. de Cauſ. Plant. c.27.* nominatur ἶψ. 1. Vermiculatio.

2. *Luxuria*, cum Vitis nimia pabuli ubertate ſilveſcit foliis & ſarmentis. 2. Luxuria.

3. *Lacrymatio*, cum Vites marceſcunt ex nimiâ humoris abundantia, & quando circa ver nimio liquore deſtillant, Remedium habet *Pallad. in Febr. c.30.* 3. Lachrimatio.

4. *Tabes*

4. Tabes. 4. *Tabes*, cum commoda Vitis destituta pabulo quasi emaciata arescit. *V. Ezech.* 17, 14.

5. Vites ægræ. 5. *Vites* ἀσθενῶς ἔχουσαι sunt malè habentes, cujusmodi indicium folia subrubra. *V. Cœl. Rhod.* 26, 2.

6. Vitis calamitas ob Antipathiam. 6. *Antipathia Vitis* cum qvibusdam *Plantis* ejus succretionem impedit. *Brassicam* solùm refugit Vitis, & propè eam se sentiens in adversam se torqvet partem. *Rud. Goclen. de Ungv. armar. p.* 30. *Mizald.* 1. *Memor.* 37. & 3. 25. hinc *fabulantur* Poëtæ ex Lachrymis Lycurgi qvi Bacchum persecutus est, prognatam Brassicam, undè remaneat adhuc capitale inter Vitem & Brassicam odium. *V. Dan. Heins. Not. in Hymn. Bacch. v.* 177. Hanc *occultam noxam Vitis à Brassica* in dubium vocat *Henr. Smetius in Miscell. Medic. l.* 2. *c.* 53. *p.* 121, seritur & plantatur, *inqvit*, Brassica in his locis freqventer admodùm in vineis & antiquis & novellis, adnascitur majoribus minoribusqve propaginibus, imò inter nuper plantatos palmites aut defossos tantùm, ut radices nec dum egisse potuerint, plantatur in magnâ copiâ, & nihilominùs utraqve felicissimè proveniunt. *Et post:* vitibus aliqvando nocere posse Brassicam facilè credo, sed ob subtractionem alimenti, qvia namqve Vitis copioso opus habet succo, ideò præcipuè in exsucca

ſucca & ſterili terra Brasſica ipſi alimentum ſubtrahit, hâc de cauſa vinitores diligentiores, ex vineis omnis generis alias plantas exſtirpant. *Vitis Laurum qvoqve odit* & ejus odore deterior evadit. *V. Zimar. in Antr. Mag. c. Med. T. 1. p. 525.* Cum Lauro.

Ab Externis Cauſis læditur *Vitis, ratione* 2. A cauſis externis ratione

1. *Hominum, qvi vel* Viticulturam negligunt, *aut* eam imprudenter & negligenter exercent, *aut* deniq; qvi *vel* vi vineta tempore potisſimùm belli vaſtant *Judith. 2. v. 17. vel* ex malitia aut invidia vicini vites exſtirpant, in quos pœnam amputationis Manuum ſtatuit Juſtinianus Imp. *V. Camerar. in Legib. R. R. t. 10. § 3. 4. 5.* 1. Hominum.

2. *Ratione Beſtiarum* & ſunt *vel Inſecta*, vel *Animalia Majora & Minora. Ex Inſectis.* 2. Beſtiarum

1. *Erucæ Plin. 16. 24.* dirum animal, Hebræis *Gazam*, quarum mentio *Amos 4, 9. Joël. 1. v. 4. 7.* Germ. Raupen. Hæ frequentisſimæ propè Alagniam in Lomellino agro Urbem, ubi depaſcunt folia Vitis, quibus ablatis areſcunt exiles & immaturi racemi ſine umbrâ relicti. *Bern. Saccus in Hiſt. Ticin. l. 4. Id. l. a.* refert, Erucas has à guloſis ac uvarum cupidis ſturnis poſt caſtigari, dum turmas Erucarum coacto agmine invadant, & Domini propriumque vindicent damnum. 1. Inſectorum. 1. Erucæ.

2. Locuſtæ

2. Locustæ. 2. *Locustæ*, quæ denso agmine per aërem volantes in res nascentes irruant; crebræ in Orientalibus regionibus. *V. Judic. 6. v. 5.* *Psalm. 105. v. 4.*

3. Scarabæi. 3. *Scarabæi*, Käfer hostes quoque sunt Vitis. *V. Psalm. 105. vers. 34. 35. & Nahum. vers. 15.*

4. Bruchi & Chesil. 4. *Bruchi*, insecti meminit *Joël. 1. vers.* quod quidem Limacem vestiunt, item *Chesil* cujus nomen à vastatione fructuum, de quibus *Cornar. in Theol. Vit. l. 1. c. 17. p. 205.*

5. Formicæ. 5. *Formicæ*, Radices Vitis sæpiùs ad medullam usque consumunt. *Carol. Stephan. in Vinet.*

6. Apes 6. *Apes*, quæ Muscatulam præcipuè Uvam appetunt. *Ex Animalibus Minoribus.*

2. ex Animalibus. 1. Minoribus. 1. Mures 1. *Mures*, & est species, quæ Gallis *Mesiragne*, radices vitium rodēdo, damna inferunt *C. Steph. l. a.* & Vites, quæ secundum ædificia sunt, à *Soricibus* infestantur. *V. Zimar. Anim. Mag. Med. T. 2. l. 1. p. 33.*

2. Echini. 2. *Echini*, hinc *Tomasin. de Donar. c. 27. p. 19* ex Antiquitate docet, vinitores olim Echinos, vinis nocivos, Baccho suspendisse vivos & mortuos.

2. Majoribus. *Ex Animalibus Majoribus.*

1. Jumenta. 1. *Jumenta* varia, Vineis damnum inferunt V. in Sacris *Exod. 22. 5, Psal. 80, 14.* In Legibus Justiniani Georgicis cautum, ut si Bos a

Asin

Afinus in vineam irrumpere contendens palis affixus fit, vineæ dominus indemnis maneat. *V. Camer. in Leg. R. R. t. 6. §. 6.*

2. *Vulpeculæ* Viti infensæ præcipuè in terra Sanctâ olim. *V. Cantic. 2, 15.* 2. Vulpeculæ

3. *Lepores* Uvarum hostes, præcipuè ejus speciei quæ Lageos inde seu Leporaria dicitur, Refert *Tomasin. l. 4.* vinitorem olim Lepori cerebrum elisisse, & Leporem victimam Baccho obtulisse. 3. Lepores.

4. *Apri seu Verres* Uvis ad Vesuvium præcipuè nascentibus damna inferunt, quæ Uvarum species inde *Mangiaqverra* Italis dicitur. 4. Apri

5. *Sues domestici*, quos inde Ægyptios ante privatas fores in honorem Bacchi jugulasse, attestatur *Herod. l. 2. p. 122.* 5. Sues.

6. *Hirci* rodendo & decerpendo sarmenta, plurima creant damna. Inde apud Gentiles *Hircus, damna* illata, *vitâ luebat*, dum tanquam Vitibus noxium animal *in sacrificiis Baccho* immolabant; *V. Mart. 3, 24.* (ubi *Tomasin. de Vet. Don. c. 4. p. 46. ex MSS.* Birchaim, pro tuis sacris legit, tuis victima grata Satis, de vitibus enim Sata rectè proferri:) *V. Id. Mart. 13, 39. Ovid. 1. Fast. v. 366. & 15. Met. v. 113. Virg. 2. G. v. 378. Varr. 1. de R. R. 2. Petron. Satyr. p. 78. & Gonzal.* Et depingit *Fortun. Licet. l. 6. de lucern. Ant. c. 27. f. 755.* 6. Hirci inde Baccho immolati.

Lucernam cui sacrificium Capræ libero Ægobolo oblatum, affabrè insculptum. In iisdem sacrificiis, super unctos excoriati Hirci, Utres (ἀσκὸς) inflatosque uno pede saltabant, delabentes, risum excitabant, dicebanturque hæc festa *Ascolia*, & saltum indigitabant ἀσκωλιάζειν. *V. Dan. Heins. Not. ad Hymn. Bacch. v. 156.* Ob Hirci noxam, *Domitianus* Imper, cùm in Provinciis dimidiam vinearum partem exstirpare jussisset, *Hirci* nomine à Satyricis fuit notatus. *Sveton. in vit. Domit. c. 71. & Zvving. Th. Vit. f. 3640.*

Lusus cum Hirci sacrificatipelle.

Domitianus Hircus dictus.

3. Ratione Injuriarũ Cœli.

3. *Tandem ratione vi Cœlestis & Injuriarum Cœlestium, Vitis* Calamitates patitur, *vel à Cœli vi Majori*, secundum Colum. 1, 11. *vel à vi Silente.*

1. Cœli Vis Major exhibet.

Cœli vis Major exhibet.

1. Ventos.

1. *Ventorum importunitatem*, undè germina Vitis patiuntur morbum, qui *Articulatio* dicitur, aliàs *Tragus*, Gazæ *Hirculus*, quanquam & *Articulatio* Vitibus accidat, culturæ imperitia. *J. B. Porta* ob hanc articulorum Vitis læsionem, Uvam passam articulis conducere arbitratur. *l. 5. Phyt. c. 9.* Dicitur quoque *Exacinatio*, quando acini à racemis decidunt, vel ventorum vi, vel per grandines & nimias pluvias. Ventorum calamitates experiuntur inprimis incolæ propè Abellam in Campania, itaq; Vites citò inserunt, ut mense

Augusto præcoquant; & pridie exortum venti(qui illis regionibus stato tempore flat) vindemiam colligunt; alias Ventus omnes Uvas cõcutiendo,reliquas quoq; Vitis partes destruit. Vocant hanc præcocem Vitem jocosè *Ingannaventum*, quod præcocitate tempestiviorem præstans vindemiam, ventum quasi decipiat. *Ambr. Leo in Descr. Nolæ l. 1. c. 1. f.*

2. *Grandines*, de quibus *Psal. 78, 47. 105, 33.* tales in agro Lumellino frequentes, sine imbribus ruentes, ac præcipiti casu vites petentes, non solùm fructus excutiunt, sed sternunt simul racemos, frondes, pampinos, ac palmites etiam ictibus comminuunt. *Bern. Succ Hist. Ticin. l. 4. c. 12.* 2. Grandines.

3. *Imbrium Impetus*, Describit hunc eleganter *Ovid. 5. Fast. v. 322.* 3. Imbres.

Florebant Oleæ: venti nocuére protervi.
Florebant segetes: grandine læsa seges:
In *spe Vitis* erat, cœlum nigrescit ab Austris;
Et subitâ frondes decutiuntur aquâ.

Cœli vis Silens, quod silente cœlo fiat: inducit *Vitibus*. 2. Cœli Vis Silens.

1. *Gelicidium & Pruinam*, quando pòst continuas pluvias, frigore, Pruina, sarmenta & grana Vitis conficit. *V. Syrac. 43, 21. Ps. 78, 47.* Accidit quoque. 1. Gelicidium.

2. Nivatio. 2. *Nivatio*, quando Vites dum florent, nive infeſtantur.

3. Pallor. 3. *Pallor* ſeu *Aurigo* à Vento ſicciore flante, *V. Amos. 4. v. 9.*

4. Cauſatio. 4. *Cauſatio il Crampo* Ital. quando pôſt continuatas pluvias nimius ardor Solis & Caniculæ æſtus Vites corrumpit.

5. Carbunculatio. 5. *Carbunculatio*, quando vitis pampinis deſtituta ab ardore Solis corrumpitur.

6. Sideratio. 6. *Sideratio, Sphacelismus*, cum per putrefactionem calor extinguitur vel toto cœlo vel ex vulnere: hinc ex ſignaturâ Uva paſſa ſine nucleis trita cum ruta impoſita gangrænas curat. *Porta Phyt. 5, 7.*

CAPUT VII.
VARIÆ VITIS SPECIES.

Variæ Vitis Species. RECTè Plin. 14, 2. eos ſtatuere cenſet, qvi innumera atque infinita Vitium genera eſſe prodiderint, nec mirum, cum non ſolùm propria ſpecie, ſed etiam propter diverſam culturam, varias Cœli conſtitutiones, ſoli & regionis diſcrimen maximè inter ſe diſcrepent. Ex uberrima hâc Meſſe igitur famoſiores ſaltem Vitium Differentiæ demetendæ nobis erunt, reliqua ex ſpeciali vinorum Hiſtoria pôſt pateſcent.

Ratio-

Ratione Culturæ, Vitis est *vel Arbustiva, vel Jugo*, vel *Pedamento* fulcita, vel *Erecta*, vel *Prostrata*, de quibus supra c. 5. *Pertinent huc Vitis Calvata, Caton. R. R. 36.* cum in vinea Vites sunt paucæ ranæque velut in Calvitio Capilli Columell. dicitur *Glabreta*. Ratione Culturæ vitis Arb. Jug. Pedat. Erecta Prostrata, Calvata Capitata.

2. *Vinea & Vitis Capitata*, quando Vites crescunt in caput, & robur crassitudinis in stirpe accipiunt: Gallis vigne à grosse souche quæ verò Brachiorum & ramorum incrementis adolescunt *Bracchia. Colum. 5, 3.*

3. *Vitis flexuosa*, Vigne tortue, & *Cicatricosa* Vigne pleine de Cicatrices & come rogneuse.

4. *Vitis Pergulata*, cum villas & domus Vitis palmitibus ambit ac sequacibus loris, aut cum subdiales hortorum inambulationes umbrosis frondibus opacat, qui modus Judæis olim usitatissimus, ut patet ex *Reg. 1, 4, 25. 1. Maccab. 14, 12. Mich. 4, 4. Psal. 128. 3.*

5. *Vitis in quincuncem metata* meminit *Colum. 3, 5.* Gall. vigne plantée en eschiquier.

6. *Vitis Tripedanea* ita dicta, quod tres pedes alta erat, aut quod spatium unius vitis ab altera trium pedum, meminit hujus *Colum. 3, 2.* Tripedanea.

7. *Vitis Coronaria, Stephanites*, cùm in coronam Vites ponuntur ut in Gallia Narbonensi refert, *Car. Stephanus in Vinet.* Aure- Caronaria.

lianéses Vites jugatas ita collocare, ut unu quodque jugum aut cantherium vites in Co ronam ducant, non tam ornaměti, quàm uti litatis gratia.

Ordinaria. 8. *Vitis ordinaria*, quæ seminata est æqua li ordine, in quincuncem ferè dispoſita *Co lum. 3, 16.*

Vehemens. 9. *Vitis Vehemens & frondens*, quæ creſcit i terra denſa, & eſt Robuſta, quoad vinum & quoad materiam.

Luxurioſa. 10. *Vitis Luxurioſa*, quæ quaſi ſilueſcit, & nimium abundat, vel fructu, vel foliis. Qu foliis abundat, *Pampinoſa* dicitur, Gall. *Vign fucillue*, quæ autem numeroſo fœtu exuberat, in Sacris *Sorek* dicitur. *V. Hyeron. in c. 5. Eſ.*

11. *Vitis Vacua* Hebr. *Borek. Oſ. 10, 1.* inan palmitum pampinorumque luxuria absqu fructu ſilveſcens.

12. *Vitis Moroſa*, quæ lentè & difficulte creſcit.

Ratione Adjunctorum. *Ratione variorum adjunctorum.*

1. *Vitis novella*, eſt tenera paucorum, n contra *Veterana*, multorum annorum: media dicitur *Valens & firma*. (1. Vitis Novella.)

2. Gemella. 2. *Vitis gemella*, quæ uvas ſemper duplice gignit, auſterioris quidem ſaporis, ſed inſi gnis roboris, Veſuvii Surrenti colles veſtiens.

3. Inſana. 3. *Vitis Inſana*, florem pòſt fructum produ cens. *Plin. 16, 27. Trifera* dicta.

4. Viti

4. *Vitis præcox*, quæ citò fructum maturat, Græcis *Dracontia*, Plin. *Prævia*, quasi præmatura. *Colum. 12, 37. Præcoqua.* 4. Præcox.

5. *Vitis deflorescens*, quando defluunt flores & fit transitio ad fructum. 5. Deflorescens

6. *Vitis Saxatilis.* Refert *Zinschotan. p. 3. Navig. Ind. Or. c. 6* in Insulis Arores, vites super meras rupes crescere, radices in medias saxorum rimas immittere, quibus succum necessarium sibi proliciant: & has lætiùs crescere, quàm quæ in planitie sint. Notat etiam Stat. 2. Sylv. 2, v. 99. madidas Baccho natare rupes. 6. Saxatilis.

7. *Vitis fructu semper onusta*, qualem Bellon. observavit in Thraciæ Callipoli, in Augustinian. monasterio, quæ septies in anno fructum eumque maturum protulit. *P. Faber. in Panchymic. l. 3. c. 17. sect. 6.* causam rejicit in fortius calidum innnatum hujus Speciei vitis & proprium temperamentum. 7. Fructu semper onusta.

8. *Vitis Apiifolio* quàm profundè dissectis foliis, Vesontii vidit *Bauhin. T. 2. Herb. Univ. l. 15. pag. 33.* cujus uvæ similes illis, quas Burgundi vocant *Raisins fendantes* Gutt Edel Reben. 7. Vitis Apiifolio.

9. *Vitis monstrosa, barbata* in Palatina 1599. inventa & Dorlacum transmissa, ubi nunc excolitur. *Bauhin. l. a.* 9. Vitis Monstrosa.

10. V. Arbori implantata. 10. *Vitis arbori implantata*, adeò, ut monstrum hoc Naturæ, sed sine vitio protulerit simul uvas, persica, Rosas &c. *V. Porta Mag. l. 3. c. 19. §. 21. Rosenb. Rhodol. p. 2. c. 10.*

11. Fœcunda. 11. *Vitis fœcunda* abundans fructu & fænore beans possessorem. Talis erat olim *Tricenaria*, quod unum quodque jugum hujus vitis fundebat 30. amphoras vini. *Varro R. R. 1. 26. Cœl. Rhod. 9. 12.* Adhuc *propè Vesuvium* reperiuntur vites, quarum una interdum profert metretas vini X. vel XII. hoc est nostræ mensuræ urnas 5. vel 6. *Henzner. in Itiner. p. 324.* Idem testatur *Foliet. in laud. Neapol. f. 767. prope Neapolim.* vites arbustivas in patentissimis populi ramis adeò esse feraces, ut una arbor conferat vini vim tantam, quæ clitellariorũ quinq; mulorũ justum onus sit. Aut ut scribit *Leand. Albert. l. 5. Descr. Ital. f. 203.* vites arbustivæ in *Campania* singulæ interdũ Urnas vini duodenas, quandoque denas senas præbent. *In Sicilia* ad Cameratam Urbem, Vites robustæ toto caudice arboris instar, adeò fæcundæ, ut illarum 100. impleant dolium 10. cadorum, imò in quibusdam locis decem vites unum musti dolium præbere *Baccius. l. 5. de vin. f. 273.* Apud *Vestrinos* Vites Pantasticæ tam copiosum exhibent vinum, ut nisi incolæ vinũ coquerent ad tertias, loco doliorum cisternas pro reponendis vinis

nis fabricare cogeretur. Undè etiam proverbium ortum est; vineas alere fantasticas, qui non colant pantasticas. *Id. l. 6. f. 289.* In *Keilan* Persiæ Provincia, una vitis integrum vini Cadum adhuc hodiè fundit. *v. Olear. pag. 3. in Itin. Persico. p. 484.*

12. *Vitis lanata* nomen habens à lanugine acinos contegente, Marcello dicitur *Caniculata*, quasi canescens. 12. Lanata.

Ratione Virium. Ratione Virium.

1. *Vitis inerticula*, Plin. *Sobria*, Græcis *amethystos*, vinum quidem fundit optimum, non tamen inducit ebrietatem, ita dicta quasi iners ad nervos tentandos. Ad hanc speciem V. Sobriæ refert *Camer. in Hort. Med. p. 129.* *Uvam Allobrogicam* nigram seu purpuream. Kleb rote Trauben. 1. V. Inerticula.

2. *Vitis exitiosa*, qualis circa Capniam Achaiæ Urbem, quæ partum fæminis abigit. aut in Herea Arcadiæ loco, cujus vitis fructus viris insaniam, mulieribus sterilitatem inducunt. *Athen. 1, 24.* 2. Vitis exitiosa.

3. *Vitis Theriaca*, ex antidoto radicibus infusa, quæ contra morsus serpentum valet, modum parandi docet *Pallad. in Februar. c. 28.* *Porta. l. 3. Mag. N. c. 20.* §. *1. v.* quoque de ea *Mercurial. Var. Lect. 2, 17.* & *Marsil. Cagnat. 2. Var. 24.* 3. V. Theriaca.

4. Vitis Cathartica. 4. *Vitis Cathartica, Purgans*, fiebat palmite scisso, & helleboro mox injecto. *Cœl. Rhod. 6,16.* Mindæi pendentes, in vineis uvas elaterio rigabant, pro mollienda alvo. *Athen. 1, 23.* quia tamen abortum faciebat vinum inde expressum, *Phtorium* dicebatur, *Porta 3. Mag. 206. 2.* Plurimos modos, quomodo *vites* & earum uvæ *medicandæ*, ut vina ex illis expressa clementer alvum moveant, *v. Porta. l. a. §. 7, 8. Mizald. tract. de artific. parandi fructus purg. c. 11. p. 32. seq.* & ex eo *Guibert. in fine Medici officiosi.*

5. Vitis Diuretica. 5. *Vitis diuretica*, teste Teoph. Eresio fit, si nascatur, Eleaticus inter vites, adeò copiosè movet urinam, ut bibentes hujus vitis vinum, graciles fiant. *Porta 2. Phytol. 6.*

6. Vitis Somnifica. 6. *Vitis somnifica*, cujus medicandi modum docet *Mizald. l. a. c. 12.*

Ratione certæ vitis speciei. *Ratione certæ vitis speciei sunt.*

1. V. Basilica. 1. *Vitis Basilica*, quasi vitium Regina, ob abundantem copiam vini & fortitudinem. Olim Hispanis *Cocoloben* dicta. *Colum. 3. 2.* imbres & ventos fortiter patitur, hodiè teste *Chr. à Vega* in Regno Granatensi copiosissima, ex quibus longo acino contortis pediculis sub sole, fiunt passæ suavissimæ. *Delachamp. in Plin.* putat esse eandem vitem, ex qua vinum Monspesulanis *Piquardant*, aliis *Muscat de Lanquedoc*, exprimatur.

2. *Helue-*

2. *Helvenaria*, cujus tres sunt species, sola fæcunditate commendabiles. *Colum*. 3, 1. ad hás *Camer. Hort. Med. p.* 129. refert Francam Genische Trauben. 2. V. Helvenaria.

3. *Spionia, Spinea. Plin.* 14, 2. uvarum magnitudine & vini copia celebris, per pluvias, nebulas, sumit incrementa, estque peculiaris regioni circa Ravennam. *Camer. l. a.* nomen accepisse putat ab agresti pruno spino, quem gustu refert saporis acerbi & austeri, solùm copiâ commendabilis. 3. V. Spionia.

Plures Vitium, præcipuè *ratione uvarum*, dantur *species*, de quibus differentiis *in uvarum speciali Historia* tractabitur.

Diversitatis in vitibus causam scitè reddit *P. Joh. Faber Naturæ Scrutator acerrimus.* Vitis, *inquit. l. 4. de Secret. Chym. cap. 2. pag. 466.* attrahit per radices in terram defixas, semen istud universale, quod expansum est per universam terram, aquam scilicet quandam viscosam, & glutinosam, pingvem, repletam quinta essentia omnium Elementorum & Q. E. omnium astrorum. Illud attractum, digerit, coquit per calorem suum naturalem, separans purum ab impuro, convertens purum in suas purissimas partes, & impurum in suos crassos cortices. Tempus & loca particularia ipsi præstant organa, quibus tanquam instrumentis utitur propriis & convenien- Causæ Diversitatis in Vitibus.

nientibus ad præparandam ſuam materiam. Spiritus autem Univerſalis mundi (qui eſt illa quinta eſſentia diſpoſita in illa loca propria & commoda ad ſuam nutritionem & alimentum)opera extrahit ex ſuo centro ipſo formam particularem, & viti ſpecificam omnibus illius proprietatibus ditatam.

Unde Colorum & Saporũ in Vitibus Diverſitas?

Coloris & saporis diverſitatem in Vitibus explicat *Idem in l. 3. Panchym. ſect. 6. c. 12.* 🜂 *ait*, cauſa interna materialis & efficiens colorum omnium calore ſuo & lamine naturali quo exiſtit & vivit ex ☿. & 🜍 ex ſe ipſo educit colores pro diverſitatis coctionis *imperfecte & imbecilliter* coquens producit colorem viridem & album, *ſi perfectè, in principiis puris* colorem rubeum ſaporem dulcem: *ſi imperfectè, in principiis puris* flavum, viridem, album ſaporem ſubacidum: *ſi imperfecte in principiis impuris*, colorem nigrum, idque prunorum exemplo oſtendit. *Idem* pergit *l. a. Panchym. c. 16.* Fit racemorum vitis diverſitas dum 🜂 vinarium ſeu Calidum illud cœleſte, quod in vite reſidet, variè concoquit vitis alimentum & ſemen, hinc variæ vitis oriuntur qualitates, rubeſcentes, albeſcentes, & ex his mixti colores, ſaporesque diverſi ſecundum variam illius calidi innati & humidi primigenii Vitium concoctionem. Hinc in calidis Regionibus

nibus ob fortiorem concoctionem ſucci ſeu ☿ ij vitis uvæ duceſcunt, hinc videmus etiam, ſi æſtas aut Autumnus pluinoſus ſit, qui impediat abſolutam coctionem in botris, vinum dari auſterius. *V. Eund. l. a. Panchym. c.6.* itaque Vitis nec in locis frigidis ſeptentrionalibus provenit; quod cùm abundet quidem ſpiritu vitæ hæc planta, attamen ille nequit elaborari & digeri ad ſuam perfectionem in Climatibus frigidis. *Faber. l. 4. ſecret. Chym. c. 2.*

Vere autem ut reliqua vegetabilia *vitis progerminat*, dùm ſpiritus intus concluſos à calido & humido ambiente ac mixti compagem laxante ſolutus avolare innititur: Verùm à craſſioribus reliquorum particulis detentus clauſtra ſaltem expandit, in longum latumque protenditur. Spaciola à dilatatione Spiritus relictâ, & velut excavata â materia proximâ usq; in vacuitates propulſo implentur: Adeòqve Spiritus architectus cum 🜍 & 🜔 adminiſtris ſe eousqve protendit donec figuram deſtinatam & molem à Natura elaboraverit. *Decidunt* autem *folia Autumno*, dùm ſpiritus *Vitis* cum humore aqueo per fores ab æſtivo Sole patefactas ſenſim evaporant, una cum purioribus 🜔 partibus, rema-

Quomodo Vitis progerminet vere.

Cur Autumno rurſus folia decidant.

p.320. aut qualem *Albert. M.* in horto hyberno tempore amœnissimam exhibuit Imp. *v. Zeiler. in Itin. German. c. de Colon.* sed cum hæ vites non sint reales & naturales, sed saltem phantasmata oculos & sensus glaucomate corrumpentia, ex vinea hâc Litterariâ penitùs proscriptas esse volumus.

LIBER II.

IN QUO

Specialis Partium Vitis Consideratio

SECTIO I.

DE FOLIIS SEU PAMPINIS.

CONsideratâ hactenus *Vite* ejusque *partibus summatim*, nunc in specie demonstrandum, quantas utilitates humano generi hæc egregia Planta exhibeat.

Pampini, Capreoli. Auspicamur à *Pampinis* seu foliis, quibus includimus *caprealos*, *Claviculas & palmites pampinarios* tanquam unius cum foliis efficaciæ. In genere refrigerant & validè adstringunt. Hinc internè, & externè adhibentur.

1. Temperamentum. 2. Usus. 1. Internus Simplex. *Internè Succum foliorum* & *Pampinorum* expressum potum Dysentericis mederi, sangvinem excreantibus utilem, mulierum à conceptu

ceptu defectionibus, appetituique corrupto prodesse, laudat *Fumanell. in Sylv. Bacch. l. 1.* qui & *claviculas* aqua potas consvetas sistere Vomitiones, testatur.

Ex *foliis Vitis*, ubi rubuére, & sponte defluunt, extrahitur *Extractum* adeò adstringens, ut nullum remediū excellentius inveniatur, teste *P. Fabro in de Secret. Chym. 4. 2* ec, ad sanationem Dysenteriæ, & dejectionem alvi, qui etiam *pulvis* ex foliis ad △ lentum siccatus miraculosus ad eundem effectum ab eodem laudetur, mixtus cum Cydoniat. ad Dosin ℈i. — Compositio, sit inde Extractum.

♀m è *palmitibus* & *pampinis* refrig parat *Ang. Sala* ♀*rol f. 2. c. 1. Folia vitis* à vaccis comesta svavissimum, & delicatissimum pressô post ubere suppeditare Lac, author *P. A. Canonher. de vin. effect. l. 1. c. 6. §. 5.* — Tartarus.

Ex *tenellis vitis foliis* mense Majo *aqua destillatur*, quæ gravidis, cùm cibum aliquem expetunt, neque ejus participes esse possunt, ne fætui inde aliquid accidat, ad præcavendum adhibetur. *Sennert. Instit. Med. 4, 2, 2.* — Aqua.

Externus Foliorum usus communissimus est. *Trita*, cum polentâ mistâ, imposita *capiti*, ejus dolores â bile aut febribus mitigant, *ventriculo*, ejus inflammationem leniunt, & tumorem omnem reprimunt. *Fumaneli. l. a. corpori* applicata calorem febrilem miti- — Externus Usus. pro refrigeratione.

 gant.

Lucernam cui ſacrificium Capræ libero Ægobolo oblatum, affabrè inſculptum. In iisdem ſacrificiis, ſuper unctos excoriati Hirci Utres (ἀσκὸς) inflatosque uno pede ſaltabant, delabentes, riſum excitabant, dicebanturque hæc feſta *Aſcolia*, & ſaltum indigitabant ἀσκωλιάζειν. *V. Dan. Heinſ. Not. ad Hymn. Bacch. v. 156.* Ob Hirci noxam, *Domitianus* Imper, cùm in Provinciis dimidiam vinearum partem exſtirpare juſſiſſet, *Hirci* nomine à Satyricis fuit notatus. *Sveton. in vit. Domit. c. 71. & Zvving. Th. Vit. f. 3640.*

Luſus cum Hirci ſacrificatipelle.

Domitianus Hircus dictus.

3. Ratione Injuriarũ Cœli.

3. *Tandem ratione vi Cœleſtis & Injuriarum Cœleſtium, Vitis* Calamitates patitur, *vel à Cœli vi Majori*, ſecundum Colum. 1, 11. *vel à vi Silente.*

1. Cœli Vis Major exhiber. 1. Ventos.

Cœli vis Major exhibet.

1. *Ventorum importunitatem*, undè germina Vitis patiuntur morbum, qui *Articulatio* dicitur, aliàs *Tragus*, Gazæ *Hirculus*, quanquam & *Articulatio* Vitibus accidat, culturæ imperitia. *J. B. Porta* ob hanc articulorum Vitis læſionem, Uvam paſſam articulis conducere arbitratur. *l. 5. Phyt. c. 9.* Dicitur quoque *Exacinatio*, quando acini à racemis decidunt, vel ventorum vi, vel per grandines & nimias pluvias. Ventorum calamitates experiuntur inprimis incolæ propè Abellam in Campania, itaq; Vites citò inſerunt, ut menſe

Augusto præcoquant, & pridiè exortum venti (qui illis regionibus stato tempore flat) vindemiam colligunt; aliàs Ventus omnes Uvas cõcutiendo, reliquas quoq; Vitis partes destruit. Vocant hanc præcocem Vitem jocosè *Ingannaventum*, quod præcocitate tempestiviorem præstans vindemiam, ventum quasi decipiat. *Ambr. Leo in Descr. Nolæ l. 1. c. 1. f.*

2. *Grandines*, de quibus *Psal. 78, 47. 105, 33.* tales in agro Lumellino frequentes, sine imbribus ruentes, ac præcipiti casu vites petentes, non solùm fructus excutiunt, sed sternunt simul racemos, frondes, pampinos, ac palmites etiam ictibus comminuunt. *Bern. Succ Hist. Ticin. l. 4. c. 12.* 2. Grandines.

3. *Imbrium Impetus*, Describit hunc eleganter *Ovid. 5. Fast. v. 322.* 3. Imbres.

Florebant Oleæ: venti nocuére protervi.
Florebant segetes: grandine læsa seges:
In *spe Vitis* erat, cœlum nigrescit ab Austris;
Et subitâ frondes decutiuntur aquâ.

Cæli vis Silens, quod silente cœlo fiat: inducit *Vitibus*. 2. Cœli Vis Silens.

1. *Gelicidium & Pruinam*, quando pòst continuas pluvias, frigore, Pruina, sarmenta & grana Vitis conficit. *V. Syrac. 43, 21. Ps. 78, 47.* Accidit quoque. 1. Gelicidium.

 2. *Niva-*

2. Nivatio. 2. *Nivatio*, quando Vites dum florent, nive infestantur.

3. Pallor. 3. *Pallor* seu *Aurigo* à Vento ficciore flante, *V. Amos. 4. v. 9.*

4. Causatio. 4. *Causatio il Crampo* Ital. quando pôst continuatas pluvias nimius ardor Solis & Caniculæ æstus Vites corrumpit.

5. Carbunculatio. 5. *Carbunculatio*, quando vitis pampinis destituta ab ardore Solis corrumpitur.

6. Sideratio. 6. *Sideratio, Sphacelismus*, cum per putrefactionem calor extinguitur vel toto cœlo vel ex vulnere: hinc ex signaturâ Uva passa sine nucleis trita cum ruta imposita gangrænas curat. *Porta Phyt. 5, 7.*

CAPUT VII.
VARIÆ VITIS SPECIES.

Variæ Vitis Species

RECtè Plin. 14, 2. eos statuere censet, qvi innumera atque infinita Vitium genera esse prodiderint, nec mirum, cum non solùm propria specie, sed etiam propter diversam culturam, varias Cœli constitutiones, soli & regionis discrimen maximè inter se discrepent. Ex uberrima hâc Messe igitur famosiores saltem Vitium Differentiæ demetendæ nobis erunt, reliqua ex speciali vinorum Historia pôst patescent.

Ratio-

Ratione Culturæ, Vitis est *vel Arbustiva, vel Jugo*, vel *Pedamento* fulcita, vel *Erecta*, vel *Prostrata*, de quibus supra c. 5. *Pertinent huc Vitis Calvata, Caton. R. R. 36.* cum in vinea Vites sunt paucæ ranæque velut in Calvitio Capilli Columell. dicitur *Glabreta*. Ratio-neCulturæ vitis Arb. Jug. Pedat. Erecta Prostrata, Calvata Capitata.

2. *Vinea & Vitis Capitata*, quando Vites crescunt in caput, & robur crassitudinis in stirpe accipiunt: Gallis vigne à grosse souche quæ verò Brachiorum & ramorum incrementis adolescunt *Bracchia. Colum.* 5, 3.

3. *Vitis flectuosa*, Vigne tortue, & *Cicatricosa* Vigne pleine de Cicatrices & come rogneuse.

4. *Vitis Pergulata*, cum villas & domus Vitis palmitibus ambit ac sequacibus loris, aut cum subdiales hortorum inambulationes umbrosis frondibus opacat, qui modus Judæis olim usitatissimus, ut patet ex *Reg.* 1, 4, 25. 1. *Maccab.* 14, 12. *Mich.* 4, 4. *Psal.* 128, 3.

5. *Vitis in quincuncem metatæ* meminit *Colum.* 3, 5. Gall. vigne plantée en eschiquier.

6. *Vitis Tripedanea* ita dicta, quod tres pedes alta erat, aut quod spatium unius vitis ab altera trium pedum, meminit hujus *Colum.* 3, 2. Tripedanea.

7. *Vitis Coronaria, Stephanites*, cùm in coronam Vites ponuntur ut in Gallia Narbonensi refert, *Car. Stephanus in Vinet.* Aure- Coronaria.

lianẽses Vites jugatas ita collocare, ut unu quodque jugum aut cantherium vites in Co ronam ducant, non tam ornamẽti, quàm uti litatis gratia.

Ordinaria. 8. *Vitis ordinaria*, quæ semin ata est æqua li ordine, in quincuncem ferè disposita *Co lum. 3, 16.*

Vehemens. 9. *Vitis Vehemens & frondens*, quæ crescit in terra densa, & est Robusta, quoad vinum & quoad materiam.

Luxuriosa. 10. *Vitis Luxuriosa*, quæ quasi siluescit, & nimium abundat, vel fructu, vel foliis. Quæ foliis abundat, *Pampinosa* dicitur, Gall. *Vigne fucillue*, quæ autem numeroso fœtu exuberat, in Sacris *Sorek* dicitur. *V. Hyeron. in c. 5. Es.*

11. *Vitis Vacua* Hebr. *Borek. Os. 10, 1.* inani palmitum pampinorumque luxuria absque fructu silvescens.

12. *Vitis Morosa*, quæ lentè & difficulter crescit.

Ratione Adjunctorum. *Ratione variorum adjunctorum.*

1. *Vitis novella*, est tenera paucorum, ut contra *Veterana*, multorum annorum: media dicitur *Valens & firma*.

1. Vitis Novella. 2. *Vitis gemella*, quæ uvas semper duplices gignit, austerioris quidem saporis, sed insi-

2. Gemella. gnis roboris, Vesuvii Surrenti colles vestiens.

3. Insana. 3. *Vitis Insana*, florem pòst fructum producens. *Plin. 16, 27. Trifera* dicta.

4. *Vitis*

4. *Vitis praecox*, quæ citò fructum maturat, Græcis *Dracontia*, Plin. *Prævia*, quasi præmatura. *Colum. 12, 37. Præcoqua.* 4. Præcox.

5. *Vitis deflorescens*, quando defluunt flores & fit transitio ad fructum. 5. Deflorescens

6. *Vitis Saxatilis.* Refert *Zinschotan. p. 3. Navig. Ind. Or. c. 6* in Insulis Arores, vites super meras rupes crescere, radices in medias saxorum rimas immittere, quibus succum necessarium sibi proliciant: & has lætiùs crescere, quàm quæ in planitie sint. Notat etiam Stat. 2. Sylv. 2, v. 99. madidas Baccho natare rupes. 6. Saxatilis.

7. *Vitis fructu semper onusta*, qualem Bellon. observavit in Thraciæ Callipoli, in Augustinian. monasterio, quæ septies in anno fructum eumque maturum protulit. *P. Faber. in Panchymic. l. 3. c. 17. sect. 6.* causam rejicit in fortius calidum innnatum hujus Speciei vitis & proprium temperamentum. 7. Fructu semper onusta.

8. *Vitis Apiifolio* quàm profundè dissectis foliis, Vesontii vidit *Bauhin. T. 2. Herb. Univ. l. 15. pag. 33.* cujus uvæ similes illis, quas Burgundi vocant *Raisins fendantes* Gutt Edel Reben. 7. Vitis Apii folio.

9. *Vitis monstrosa, barbata* in Palatina 1599. inventa & Dorlacum transmissa, ubi nunc excolitur. *Bauhin. l. a.* 9. Vitis Monstrosa.

10. V. Arbori implantata. 10. *Vitis arbori implantata*, adeò, ut monstrum hoc Naturæ, sed sine vitio protulerit simul uvas, persica, Rosas &c. *V. Porta Mag. l. 3. c. 19. §. 21. Rosenb. Rhodol. p. 2. c. 10.*

11. Fœcunda. 11. *Vitis fœcunda* abundans fructu & fænore beans possessorem. Talis erat olim *Tricenaria*, quod unum quodque jugum hujus vitis fundebat 30. amphoras vini. *Varro R. R. 1. 26. Cœl. Rhod. 9. 12.* Adhuc *propè Vesuvium* reperiuntur vites, quarum una interdum profert metretas vini X. vel XII. hoc est nostræ mensuræ urnas 5. vel 6. *Henzner. in Itiner. p. 324.* Idem testatur *Foliet. in laud. Neapol. f. 767. prope Neapolim.* vites arbustivas in patentissimis populi ramis adeò esse feraces, ut una arbor conferat vini vim tantam, quæ clitellariorũ quinq; mulorũ justum onus sit. Aut ut scribit *Leand. Albert. l. 5. Descr. Ital. f. 203.* vites arbustivæ in *Campania* singulæ interdũ Urnas vini duodenas, quandoque denas senas præbent. *In Sicilia* ad Cameratam Urbem, Vites robustæ toto caudice arboris instar, adeò fæcundæ, ut illarum 100. impleant dolium 10. cadorum, imò in quibusdam locis decem vites unum musti dolium præbere *Baccius. l. 5. de vin. f. 273.* Apud *Vesitrinos* Vites Pantasticæ tam copiosum exhibent vinum, ut nisi incolæ vinũ coquerent ad tertias, loco doliorum cisternas pro reponendis vinis

nis fabricare cogeretur. Undè etiam proverbium ortum est; vineas alere fantasticas, qui non colant pantasticas. *Id. l. 6. f. 289.* In *Keilan* Persiæ Provincia, una vitis integrum vini Cadum adhuc hodiè fundit. *v. Olear. pag. 3. in Itin. Persico. p. 484.*

12. *Vitis lanata* nomen habens à lanugine acinos contegente. Marcello dicitur *Caniculata*, quasi canescens. 12. Lanata.

Ratione Virium. Ratione Virium.

1. *Vitis inerticula*, Plin. *Sobria*, Græcis *amethystos*, vinum quidem fundit optimum, non tamen inducit ebrietatem, ita dicta quasi iners ad nervos tentandos. Ad hanc speciem V. Sobriæ refert *Camer. in Hort. Med. p. 129.* *Uvam Allobrogicam* nigram seu purpuream. Kleb rote Trauben. 1. V. Inerticula.

2. *Vitis exitiosa*, qualis circa Capniam Achaiæ Urbem, quæ partum fœminis abigit. aut in Herea Arcadiæ loco, cujus vitis fructus viris insaniam, mulieribus sterilitatem inducunt. *Athen. 1, 24.* 2. Vitis exitiosa.

3. *Vitis Theriaca*, ex antidoto radicibus infusa, quæ contra morsus serpentum valet, modum parandi docet *Pallad. in Februar. c. 28.* *Porta. l. 3. Mag. N. c. 20. §. 1. v.* quoque de ea *Mercurial. Var. Lect. 2, 17.* & *Marsil. Cagnat. 2. Var. 24.* 3. V. Theriaca.

4. Vitis Cathartica. 4. *Vitis Cathartica, Purgans*, fiebat palmite scisso, & helleboro mox injecto. *Cœl. Rhod. 6,16.* Mindæi pendentes, in vineis uvas elaterio rigabant, pro molliendâ alvo. *Athen. 1, 23.* quia tamen abortum faciebat vinum inde expressum, *Phtorium* dicebatur, *Porta 3. Mag. 206. 2.* Plurimos modos, quomodo *vites* & earum uvæ *medicandæ*, ut vina ex illis expressa clementer alvum moveant, *v. Porta. l. a.* §. 7, 8. *Mizald. tract. de artific. parandi fructus purg. c. 11. p. 32. seq.* & ex eo *Guibert, in fine Medici officiosi.*

5. Vitis Diuretica. 5. *Vitis diuretica*, teste Teoph. Eresio fit, si nascatur, Eleaticus inter vites, adeò copiosè movet urinam, ut bibentes hujus vitis vinum, graciles fiant. *Porta 2. Phytol. 6.*

6. Vitis Somnifica. 6. *Vitis somnifica*, cujus medicandi modum docet *Mizald. l. a. c. 12.*

Ratione certæ Vitis speciei. *Ratione certæ vitis speciei sunt.*

1. V. Basilica. 1. *Vitis Basilica*, quasi vitium Regina, ob abundantem copiam vini & fortitudinem. Olim Hispanis *Cocoloben* dicta. *Colum. 3. 2.* imbres & ventos fortiter patitur, hodiè teste *Chr. à Vega* in Regno Granatensi copiosissima, ex quibus longo acino contortis pediculis sub sole, fiunt passæ suavissimæ. *Delachamp. in Plin.* putat esse eandem vitem, ex qua vinum Monspesulanis *Piquardant*, aliis *Muscat de Lanquedoc*, exprimatur.

2. *Helue-*

2. *Helvenaria*, cujus tres sunt species, sola fœcunditate commendabiles. *Colum.* 3, 1. ad hâs *Camer. Hort. Med. p.* 129. refert Francam Geunische Trauben. 2. V. Helvenaria.

3. *Spionia, Spinea. Plin.* 14, 2. uvarum magnitudine & vini copia celebris, per pluvias, nebulas, sumit incrementa, estque peculiaris regioni circa Ravennam. *Camer. l. a.* nomen accepisse putat ab agresti pruno spino, quem gustu refert saporis acerbi & austeri, solùm copiâ commendabilis. 3. V. Spionia.

Plures Vitium, præcipuè *ratione uvarum*, dantur *species*, de quibus differentiis *in uvarum speciali Historia* tractabitur.

Diversitatis in vitibus causam scitè reddit *P. Joh. Faber Naturæ Scrutator acerrimus.* Vitis, *inquit. l. 4. de Secret. Chym. cap. 2. pag. 466.* attrahit per radices in terram defixas, semen istud universale, quod expansum est per universam terram, aquam scilicet quandam viscosam, & glutinosam, pingvem, repletam quinta essentia omnium Elementorum & Q. E. omnium astrorum. Illud attractum, digerit, coquit per calorem suum naturalem, separans purum ab impuro, convertens purum in suas purissimas partes, & impurum in suos crassos cortices. Tempus & loca particularia ipsi præstant organa, quibus tanquam instrumentis utitur propriis & convenien- Causæ Diversitatis in Vitibus.

nientibus ad præparandam suam materiam. Spiritus autem Universalis mundi (qui est illa quinta essentia disposita in illa loca propria & commoda ad suam nutritionem & alimentum) opera extrahit ex suo centro ipso formam particularem, & viti specificam omnibus illius proprietatibus ditatam.

Unde Colorum & Saporũ in Vitibus Diversitas?

Coloris & saporis diversitatem in Vitibus explicat *Idem in l. 3. Panchym. sect. 6. c. 12.* 🜂 *ait*, causa interna materialis & efficiens colorum omnium calore suo & lamine naturali quo existit & vivit ex ☿. & 𝔬 ex se ipso educit colores pro diversitatis coctionis *imperfecte & imbecilliter* coquens producit colorem viridem & album, *si perfectè, in principiis puris* colorem rubeum saporem dulcem: *si imperfectè, in principiis puris* flavum, viridem, album saporem subacidum: *si imperfecte in principiis impuris*, colorem nigrum, idque prunorum exemplo ostendit. *Idem* pergit *l. a. Panchym. c. 16.* Fit racemorum vitis diversitas dum 🜂 vinarium seu Calidum illud cœleste, quod in vite residet, variè concoquit vitis alimentum & semen, hinc variæ vitis oriuntur qualitates, rubescentes, albescentes, & ex his mixti colores, saporesque diversi secundum variam illius calidi innati & humidi primigenii Vitium concoctionem. Hinc in calidis Regionibus

nibus ob fortiorem concoctionem ſucci ſeu ☿ ij vitis uvæ duceſcunt, hinc videmus etiam, ſi æſtas aut Autumnus pluinoſus ſit, qui impediat abſolutam coctionem in botris, vinum dari auſterius. *V. Eund. l. a. Panchym. c. 6.* itaque Vitis nec in locis frigidis ſeptentrionalibus provenit; quod cùm abundet quidem ſpiritu vitæ hæc planta, attamen ille nequit elaborari & digeri ad ſuam perfectionem in Climatibus frigidis. *Faber. l. 4. ſecret. Chym. c. 2.*

Vere autem ut reliqua vegetabilia *vitis progerminat*, dùm ſpiritus intus concluſos à calido & humido ambiente ac mixti compagem laxante ſolutus avolare innititur: Verùm à craſſioribus reliquorum particulis detentus clauſtra ſaltem expandit, in longum latumque protenditur. Spaciola à dilatatione Spiritus relicta, & velut excavata â materia proximâ usq; in vacuitates propulſo implentur: Adeòqve Spiritus architectus cum 🜍 & 🜔 adminiſtris ſe eousqve protendit donec figuram deſtinatam & molem à Natura elaboraverit. *Decidunt* autem *folia Autumno*, dùm ſpiritus *Vitis* cum humore aqueo per fores ab æſtivo Sole patefactas ſenſim evaporant, una cum purioribus 🜔 partibus, Quomodo Vitis progerminet vere. Cur Autumno rurſus folia decidant.

rema-

remanet interim θ fixus cùm crasſiore $\triangle$ in radice, ſequenti vere vitem redintegrare valens. *v. Thom. roillis in de Fermentat 6; cap. 4.*

Mira Vitis in Animali generatio.

Tandem notetur *admirandus Naturæ luſus.* Refert *Fortun. Licet. in de Luc. Antiq. l. 4. c. 2.* ex *Athen.* & *Hecateo in Utero Canis Oriſtei genitum fuiſſe truncum Vitis*, quod fabula videri poſsit, cum & *Lucret. l. 2. v. 699.* commentum eſſe putet - - - - - - altos:

Vegetabilia in Corpo ribus Animalium producta.

Interdum ramos enaſci corpore vivo,

Niſi. *Idem Licet. ex Ariſt. 9. H. A. 5. Theophr. 2. de Cauſ. Plant. c. 23. Plin. 8, 32.* adduceret exemplum Ederæ enatæ è cornibus Cervi viventis: *ex Plutarch. 8. Symp. q. 9.* in veſica hominis, culmum hordeaceum geniculatum exortum: ex *Conr. Rubeaquenſe*, ſpicam farris genitam è naſo mulieris vivæ: niſi quoque *Id.* propria experientia confirmaret, muſcum, herbam, algas, aliaſque ſtirpes oriri paſſim è dorſo balænæ & teſtis Cancrorum. *V. Eund. Licet. l. 3. de ſpont. vivent. ortu c. 82.* alia *exempla* recenſet *Th. Barthol. Cent. 2. Hiſt. Anat. Rar. c. 20. & miranda Hiſtoria*, quæ noſtro ſeculo *A. 1634. in Hiſpania, Saguntina diœceſi contigit, ubi* Paſtori ex Spini Endini Arbore dicta, in os ventriculi multæ ſpinæ ingreſſæ fuerũt, Latuerunt per aliqvod annos, tandem facto tumore & ſuperato eo, inventa ramorum copia in

Abſceſ-

Abſceiſſe cum radicibus, duravit per 4. annos & continuo curſu multi rami exierunt tempore Veris præcipuè & Autumni cum foliis viridibus. Hanc *Hiſtoriam Joh. de Gonzalo R. Hiſpan. Archiater & ProtoMedicus Exercituum Hiſp.* oculatus teſtis, transſcripſit ſingulari Epiſtolâ *Luberto Erbenio R. Maj. Polon. Archiatro*, quam Exc. *D. Chriſtian. Lange. P.P. Lipſiæ Miſcellan. Curioſ. Medic. Gymnaſm.* 5, §. 4. prolixiori narratione inſeruit. Quod de *Vegetabilibus* jam dictum, quidam *Rei Metallicæ Scriptores*, & præcipuè *Matheſ. in Sarept.* notarūt, etiam *metalla* compacta ſæpiusculè *in metallariorum corpore & pulmonibus* præcipuè, in ſectione pòſt mortem inventa fuiſſe; ſed hunc nodum Gordium poſteriorem, facilè ſolvit doctrina Atomorum per Aërem ſparſorum, & cum aëre in pulmones attractorum; quam exemplo carbonum foſsilium apud Anglos uſitatorum, aliisque exemplis demonſtrat *Rovelm. Digbœus Comes & Angliæ Cancellar. in Theatr. Sympathet. pag.* 54. *ſeq.* & Metalla quoq;

Sermo quoque nunc fieri poſſet *de Vite Magica*, qualem *Fauſtus* famoſus ille Magus, in Menſâ alieno tempore, plenam Uvis maturis exhibuit, ubi evaneſcente Vite, quisque ſpectatorum loco botri cultrum proprio naſo admoverat. *V. Camer. Hor. Succ. T. 1. c. 70. p. 320.* Vitis Magica

p.320. aut qualem *Albert. M.* in horto hyberno tempore amœnisſimam exhibuit Imp. *v. Zeiler. in Itin. German. c. de Colon.* ſed cum hæ vites non ſint reales & naturales, ſed ſaltem phantaſmata oculos & ſenſus glaucomate corrumpentia, ex vinea hâc Litterariâ penitùs proſcriptas eſſe volumus.

LIBER II.

IN QUO

Specialis Partium Vitis Conſideratio

SECTIO I.

DE FOLIIS SEU PAMPINIS.

CONſideratâ hactenus *Vite* ejusque *partibus ſummatim*, nunc in ſpecie demonſtrandum, quantas utilitates humano generi hæc egregia Planta exhibeat.

Pampini, Capreoli. Auſpicamur à *Pampinis* ſeu foliis, quibus includimus *caprealos*, *Claviculas & palmites*

1. Temperamentum. *pampinarios* tanquam unius cum foliis efficaciæ. In genere refrigerant & validè adſtringunt. Hinc internè, & externè adhibentur.

2. Uſus. 1. Internus Simplex. *Internè Succum foliorum & Pampinorum* expreſſum potum Dyſentericis mederi, ſangvinem excreantibus utilem, mulierum à conceptu

ceptu defectionibus, appetituique corrupto prodesse, laudat *Fumanell. in Sylv. Bac. h.l.1.* qui & *claviculas* aqua potas consvetas sistere Vomitiones, testatur.

Ex *foliis Vitis*, ubi rubuére, & sponte defluunt, extrahitur *Extractum* adeò adstringens, ut nullum remediū excellentius inveniatur, teste *P. Fabro in de Secret. Chym. 4 2 ec*, ad sanationem Dysenteriæ, & dejectionem alvi, qui etiam *pulvis* ex foliis ad △ lentum siccatus miraculosus ad eundem effectum ab eodem laudetur, mixtus cum Cydoniat. ad Dosin ℈i. Composito, fit inde Extractum.

♀m è *palmitibus* & *pampinis* refrig para *Ang. Sala* ♀*rol f. 2. c. 1.* *Folia vitis* à vaccis comesta svavissimum, & delicatissimum pressò post ubere suppeditare Lac, author *P. A. Canonher. de vin. effect. l. 1. c. 6. §. 5.* Tartarus.

Ex *tenellis vitis foliis* mense Majo *aqua destillatur*, quæ gravidis, cùm cibum aliquem expetunt, neque ejus participes esse possunt, ne fœtui inde aliquid accidat, ad præcavendum adhibetur. *Sennert. Instit. Med. 4, 2, 2.* Aqua.

Externus Foliorum usus communissimus est. Externus Usus.

Trita, cum polentâ mistâ, imposita *capiti*, ejus dolores â bile aut febribus mitigant, *ventriculo*, ejus inflammationem leniunt, & tumorem omnem reprimunt. *Fumaneli. l. a.* *corpori* applicata calorem febrilem mitigant. pro refrigeratione.

E

gant. *P. Crescent. de Agric. 4, 2.* vulnerat: mundant & sanant in aqua decocta, & spleniis imbibitis adhibita. *Id. ib.* Ad *uteri inflammationes* fol. vitis cum fol. plantag polygon. portulac. aa: pistis pro Catapl. exhibet *Rod. à Castro de morb. mul. part. l. 2. cap. 21.*

pro conciliando somno.

Cineres pampinorum cum sale nitri mixti & aceto &c. ad excrescentias virgæ mirè conducunt. *Penot. de Remed. Chym. p. 138.* Inprimis, dùm à capite calidos vapores revellunt, efficiũt, ut vigiliis fatigati, marcentesq; oculi *adblandum* demittantur *soporem*. Fit autem potissimùm per *pediluvia*, quale est sequens, quod componitur ex Fol. Vitis, Salic. aa. m. iij. Chamom. summit. Aneth. aã. m. ij. fl. Rosar. Nymph. aã. m. j. capit. papav. alb. cum sem. n° X. M. pro coct. in Aq. pro Pedil. *D. Petrus Castro famosus Veronæ Practicus* nostra ætate in mss. Praxi laudat Decoct. somniferum ex fol. lactuc. portulac. Solan. Lentic. Palustr. Umbil. ♀ aã. m. ij. Vitis, Salic. hyoscyam. Mandrag. papav. alb. aã. m. j. pulp. inter. Cucurb. cum semin. ℔. ß. fl. nymph. viol. aã. pii cujus decoct. colat ℔. j. addit succ. Lactuc. ℥iv. Opii in hoc dissol. ℥j imbibit hoc decocto spongiam, siccat, & (usq; tempore rursus madefactam) tepidè naribus ægri admovet.

Folia

Folia diversis *cutis vitiis medentur*. Foliorum succus, additô thure, *impetigines* tollit. *Fumanell. l. a.* Imposita in *scabie sicca* primò eam emolliunt, sed majori adstrictione iterum exsiccant, repellunt & planè sanant. *Horst. de Vit. Vinif in Herb. Horst. p. 315.* Cutis Vitis medentur.

Quibusdam venenis specifica vi resistunt folia elixa cum melle contusa & eliquata imposita *morsum serpentis hæmorrhoi* sanant. *Henr. à Bra de Remed. ad Venena c. 32. Scorpionum ictus* cum oleo *folia Vitis* arida curant *Id. ib. cap. 41.* Venenis resistunt.

Pulvis *Pampinor.* in nares missus, aut potus in hæmorrhagia narium mira præstat, notante *D. Laur. Scholtz. in Euporist. mss.*

SECTIO II.
DE FLORE.

Profert *Vitis* sub finem veris flosculum minutum & stellatum festucis ramentisq; orbicu!atis obsitum, colore subspiceô, eximiæ svavitatis, odore tam svaveolenti, ut sapientissimus Regum *Cantic. 2, 13.* dulcedinem hujus odoris Amasiæ suæ commendet, & *Mart. 3, 64.* inter maximè odorifera referat odorem, quem fundit Vinea --- primis floret cùm cana racemis. Flos Vitis. Odoris svavitas.

Hoc odore mirificè cor & cerebrum recreat, contra tanti effectus abigendo vene- Vis.

natas beſtias, ſerpentes, colubros, bufones, ut cùm odorem ejus perferre nequeant, & remotiſsimè ſe ſubducant, eo tempore ſecurè absque metu ſerpentum in herba latitantium, ſomnum ſub arbore in toro herbido captare liceat. *Lemnius in Explic. herb. Bibl. c. 2. p. 9.* & non ſine ſingulari Naturæ inſtinctu, circa ſolſtitium duo nobiliſsimi frutices, ſine quibus vita non vita, Vitis & Triticum ſimul florent, notante *Heresbach. l. 2. R. R. p. 151.* Hinc

Si benè floruerint Segetes, erit Area dives,
Si benè floruerit Vinea, Bacchus erit.

Ovid. 5. Faſt. v. 264. (laudet nunc aliquis

Qvicqvid thuriferis ſpirat Panchaia ſylvis,
Quicqvid odoratus longè blanditur Hydaſpes.
Quicqvid ab externis ales longeva colonis
Colligit. (*Claudian. 2. de Rapt. Proſ. v. 81.*)

Laudent alia plumbea Niceroniana (*Mart. 6, 55.*) & Coſmianas ampullas (*Id. 3, 81.*) attamen tali fucatô & adulteratô odore malignum Angvium virus non propellent. Ob hanc ſingularem vim alexipharmacam *Marſil. Ficinus in Antid. Epid. c. 5. p. 273.* in peſte multùm conferre putat, ſi vitis Flores cibo, potui, Electuariis miſti crebrò exhibeantur. Non dubito quin ex *flore Vitis* ad modum quem beneficiô Ol. amygd. dulc. *J. B. Porta Mag.*

Vis alexipharmaca.

Mag. 11, 3, 2. aut rectiùs *Tob. Aldin.* describit in *Horto Farnes. c. 61. f. 78.* cum Ol. de Been. seu Balani Myrepſ. (quali methodo ex flore Jaſmini Catalon. Namphæ, ſ. Aurant. Viol. Hyacinth. Narciſſor. Dipiadi vulgò Moſchi grati, Acaciæ, & præcipuè Narcisſi junci fol. perfumata quaſi & impraegnata olea Romæ A°. 1650. olfeci, & antè aliquot annos cum flor. Roſar in tali vaſculo imitatus ſum) *oleum maximè odoriferum* parari poſsit, quod viribus oleo Magni Ducis Hetruriæ contra Venena æquiparandum, ſi non præponendum ſit. Imò ipſum *Ol.* Genuenſibus pro fumo ſvaveolente habitū *Citraben.* (quod Ol. de Been, Ambr. & moſcho conſtat) vinceret, cùm illud præcipuè haut fœminis convenìens, hoc *ex vitis flore* omni ætati & ſexui acceptiſsimum foret. Laudent alii ob admirandam Naturæ texturam, Floræ ſolertiam in producenda Granadilla, ſeu Maracot Indico, Italis *Fior di paſsione*, quæ rudimenta Paſſionis Dominicæ repræſentat, clavos ſcilicet contortos, atris punctis maculatos, ſpongiam, columnam in pediculis; quinque vulnera in ſemi aperto flore, fuſtes ſangvine perfuſos in filamentis, Coronam ſpineam ſangvine madidam in circulis filamentorum purpureis, folia unica, qvia Deus unus eſt, trigona, quia tres perſonæ &c. de qua nova

Comparatio Flor. Vitis cum aliis floribus.

 planta

planta *Tob. Aldin. in Hort. Farnes. c. 3. pag. 49. Monard. in Hist. simpl. Nov. Orb. 1, 66. Petr. de Cieza part. 1. Hist. Peruv. c. 28. Jacob Bosius in Cruc. Triumphant. l. 2. c. 6. & J. B. Ferrara in Flora Italica l. 2. c. 11.* Laudent alii monstrum illud Naturæ, sed sine vitio, *florem Aloes Americanæ*, qui centesimô saltem dicitur florescere annô, cujus miraculum (referente per liter. Dn. D. *Leon. Ursino P. P. & Botan. Lips.* dignissimo, amico integerrimo) ante biennium exhibuit hæc Planta in horto Ducali Stutgardiæ, A°. 1583. eò traducta, ex uno trunco enumerans ramos 40. in plerisque ramis flosculos 400. saporis admodùm delicati, adeòque in una hâc planta ultra 12000. flosculos. Laudent alii argentea *lilia*, purpurescentes *Rosas*, *Narcissorum* nivem, & ebur *Hyacinthorum* sangvinem & aurum, *Tulipas*, multivariô colorum lenociniô abblandientes: Laudent alii, quicqvid Florum extremus Oriens, aut (positus quasi extra orbem) Nov⁹ Orbis ad nostras transmisit oras, aut quæ Florum prodigia variô artis mangoniô alũtur in Hortis Regiis Imperatoris Viennæ, Regis Hispanorum Toleti, Galliarum Parisiis, Turcarum Constantinopoli, Ducum Brabantiæ Bruxellis, Gontzagarum Mantuæ, Medicéorum Florentiæ, Farnesiorum Parmæ, Principis *de Caserta* in Neapoli, Romæ Horti Pon-

Pontificis, Cornarior. Matthæorum, Perretti, Pii, Ludovisii, Borghesii, Aldobrandini, Bentiuogli, Barberini, extra Romam Viridaria di Bagnaja, di Caprarola, di Frescati, di Tivoli ostentant, attamen oculis saltem & naribus abblandiuntur; ast Vitis flos sensus adeò permulcet, ut non solùm oculus fieri cum Argo, aut nasus cum Catullo exoptemus, sed simul lætam spem successuri fructûs summæ Utilitatis propinat. Deflorescens enim ex tumulo, instar Phænicis lætior resurgit, hoc est, in botrum trâseundo, Nectar exstillaturum jucundô promittit spectaculô, gutturi, ut *Plaut. Curc. 1, 2.* jocatur, gaudium daturum. Adeò, quod de Rosa Sapho apud *Achill. Tatium, l. 2. de Leucipp. & Clitoph. Amoribus* judicat, si floribus vellet Jupiter imponere Regem, vitis flos regnum obtineret; perversa saltem hominum mens ut alia, ita & flores, nòn tàm utilitate, quàm novitate & sumtu judicat, ignotum ipsis semper promagnifico. *Tacit. Agric. 3, 4.* & quicquid domi, *teste Senec. 3. de Benef. c. 3.* vile est; causam addit *Id. Ep. 68.* quia patet. Sic etiam continuus, & creber *flosculorum vitis* aspectus, minùs admirandos ipsâ satietate facit.

SECTIO III.
DE LACHRYMA VITIS.

Lachryma.

Cum palmites Vitis inciduntur ex amputatis palmitibus liquor exstillat multijugæ in re medica utilitatis.

Historia de Vitis Lachryma.

De Lachryma Vitis scitam refert Historiam *Jan. Cornar. in Theol. Vit. l. 2. c. 4.* in Gallia sacrificulum emisse statuam, duo foramina ad oculos imaginis perforasse, iis quô tempore lachrymant Vites viridiũ palmitum resectos ramos ita solerter accommodasse, ut effigies plorare visa fuerit, sed patefactô dolô sacrificulus Curiæ Paris. judiciô capitis damnatus est.

Usus. Internus.

Quoad Usum Medicum.

Internè optimè cum successu ad ℥iv. pro dosi in calculo Renum & vesicæ exhibetur, *Dominic. Leo l. 5. Prax. s. 3. c. 6.* Eadem *Lachryma* concrescens gummi instar in vitium truncis vino soluta & pota calculos pellit. *J. B. Theodos. ep. 9. p. 103. Schenck. Experim. Exoteric. Cent. 3, §. 28. Eadem* temulento oblata Ebrium curat, & noxæ, quam vinum intulit, medetur. *Porta Phytogn. 3, 2. Imò* perenne vini odium bibitam inducere, vult *Idem Porta Mag. 14, 12, 3. Fr. Hildesheim. spicileg. l. de morb. cap. p. 85.* eadem assumtâ venenum Colchici

chici reſtingvit. *Henr. à Bra de Remed. venen. 2, 18.*

Externè, quia inſtar gummi caudicibus concreſcit exſignatura illitam lepras,& Pſoras ſanare, vult *Porta 5. Phytogn. 13.* & ſcabiem, *Plater. de dolor. p. 874.* Eadem auri indita auditus difficultatem in causâ calida tollit. *Id. l. 1. de læſ. Funct. c. 8. p 304.* oculis inſtillata caliginem aufert. *Lonicer. in Herbar. c. de Vite* illita cum oleo miſta pilos aufert *ib.* & quia pingvitudinem ſubſtantiæ habet, fœminarum facies valdè illuſtrat. *Chr. à Vega de Art. Medend. l. 2. ſ. 3. cap. 5.* Perſæ ad denigrandos capillos, Lachrymâ Vitis adhibent. V. *Olear. in Itin. Perſ. l. 5. c. 13.* Troch. de Camphor in ea ſoluti, cum linteis applicati uteri pruritum curant. *R. à Caſtro 2. de morb. Mul. ſ. 1. c. 9.* Exter-nus.

Ex hac Vitis Lachryma paratur. Com-poſita ex La-chryma

1. *Balſamus* ἀμπελοσάλαγμα dum vitro excepta operculato annum integrum ſoli expoſita concreſcit in mellaginem, quæ vulnera optimè glutinat, carne implet, cicatricem ducit. *Holler. 2. Inſtit. Chir. 5. p. 67. Camer. Cent. 3. memor. §. 41.* 1. Balſa-mus.

2. *Aqua deſtillata* quæ externi potiſsimum uſus ad refrigerandum, hinc quidam feliciter ſeq. Miſturam ad inflammat. cum linteis applicant. Rec. Aq. Roſar. ℥iv. Vitis lachr. deſtill. ℥iij. Ovi albû. conquaſſ. n. iij. ⊕ ʒijß. M. 2. Aqua Deſtil-lata.

Eandē aquam *Finck. in Enchir. Dogmat. Hermet. c. 18, p. 93.* adhibet pro genuino *menstruo ad Tinct. Croci*, factâ tamen rursus ad medietatē abstractione, cùm aliàs facilè putrescat.

3. Menstruum 3. *Menstruum quoddam* secretum, nō inconveniens qvidem, falsò tamen sub *Helmontii Alkahestico* titulo communicatum. Ad *extrahenda mineralia* utuntur qvidam Chymici acet. Antimon. ex ejus minera extracto: *Ad animalia* ex sero lactis cum ✱ & ♀° per crebras imprægnationes acuto & igneo reddito: *ad vegetabilia* verò *Lachrymas Vitium* tempore vernô colligunt, iis tenerrima vitis folia infundunt, factâ fermentatione Spiritum inde eliciunt, quem ✱ sæpiùs imprægnāt per plurimas cohobationes, tandem additione ♀ i rursus cohobādo igneum prorsùs reddunt & penetrantissimum.

SECTIO IV.
DE PARTIBUS VITIS LIGNOSIS ET CORTICE, ET SARMENTIS.

Sarmētorum. Tempe ramentum. Usus. PArtes *Vitis lignosa* in genere refrigerant, exiccant, adstringunt, fluxiones repercutiūt, in cinere tamen ex eis caliditas acquiritur adstrictionem temperans.

1. Historicus. *Veteres Romani* ex Sarmenti ligno nodoso *vitem* parabant *Centurialem*, seu insigne Centurio-

curionum, de qua suprà l. 1. c. 1. Hancquoq; Emeriti tanquam donaria Deorum templis suspendebant. Hinc cùm Trajanus de exitu belli Jovem Heliopolitanum consuleret, Oraculum *Vite centuriali* sumta, ea fractâ, sudario involuta, responsique loco transmissa ejus obitum significavit, teste *Macrob. 1. Saturn. 23.* *Sarmentis olim Christianos exustos* fuisse in persecutionibus, refert *Tertull. Apolog.* indeque sarmentitios & Sarmentarios opprobrii locô dictos. *Cæl. Rhod. 30, 21.* quod tamen mystico sensu maximi honoris (utpote cùm Christiani sint palmites Viti Christo implantati) ipsis cesserit. Ex *trunco Vitis*, quòd æternitate cum cedro & marmore contendat, Ethnici pararunt in Urbe Populonia Jovis simulacrum, Massiliæ Pateram, & columnas templi Junonis in Metaponto. *V. Plin. 14, 1.* *Sarmenta* ipsa sunt tenuia & *mechanicis structuris ferè inidonea.* Causam scitè reddit Jean Liebaut. in Agricult. inquiens: Le Bois de la vigne par une certaine providence de Dieu est faict, si foible, si delicat, si langvissant, à fin que ceste plante ne servist à autre chose qu à produire l' excellente precieux liqueur du Vin. car s'elle estoit apte à faire autre chose, come le Bois des autres Arbres, on luy pourroit employer, dont le vin en seroit beau-

Vitis Centurialis.

Sarmẽtis Christiani exusti.

Structuræ ex Vitis Ligno.

Alios Mechanicis structuris inidoneũ.

beaucoup plus cher, que ne la voyons estre.

Cum tortuosum Vitis Lignum sit & aspectu ingratum, fructum tamen proferat utilissimum Gallorum proverb. Bois laid & inutile porte le fruit pretieux fœminis applicatur quibusdam, quæ cùm ipsæ non sint scitulæ formæ, liberos tamen liberali aspectu & concinnâ facie decoros progenerent.

In remedica variq admodũ *sarmẽtorũ* usus est

Internè, cum summo fructu *Excell. Dn. D.*

2. Usus Medicus Internus In Hydrope. *Joh. Michaël P.P. & Decanus Acad. Lips. Præceptor olim fidelissimus in Hydrope* pro evacuando per urinam sero exhibet nodulum *ex cinerib. Sarmentor. Vitis,* genist. stipit fabar. aã. m. j. rad. vincetox. ℥ij. Urtic. Maj. ℥ß. cinnã. el. ʒiii. infuso in vino Rhen. vel succo betulæ aut Rec. Ciner. genist. Tiliæ, stipit. Fabar. absinth aã ℥i. affuso s. q. vini Rhen. digerit, filtrat, Saccharo vel Syrup. appropriato edulcorat. Dos. ab ℥i. ad ℥ii valdè pellit urinam.

In Ictero. *Icterum* decoct *sarment.* curat ex vino albo potum. *Bra. Catal. Med. ad Icter. p. m. 57.*

Ad Venena. *Ad Varia venena lixivium Sarmentorum* intro assumtum svadent; *Cerussæ* Venenatam vim obtundit, teste *Scribon. Largo de compos. cap. 52. §. 182. Henr. à Bra de Venen. cap. 78. pag. 353.* contra *gypsum quoq; valet. Id. Larg. c. 50. §. 182. Gal. de Antidot. 2, 7. Guainer. de Venen. c. 8. ad fungos. Largus, c. 66. §, 198. Bra de Venen. c. 19. ad sangvinem taurinum. Id. Bra*

cap. 26. Tandem *Fiorav. in Capricc. Med. l. 2. c. 22. Decoct.* parat *ex Sarment. Vitis*, Acet. Aq. comm. & mell. addendo Juleb. simpl. illudque ad colicos dolores, ad restaurandum langventem appetitum, ad tussim &c. deprædicat.

Externè plures præstant utilitates. Usus Sarmentorum Externus

Venenatos morsus serpentum curat *Cinis sarmentorum* cum aceto Empl. modo impositus. *Bra de Venen. cap. 27. p. 188.* ut & *canis rabidi. ib. c. 76. p. 348.* ad Venena.

Ad sedandas Inflammationes Exc. *D. Melch. Sebizius* Argentorati Præceptor olim charissimus, crebrò utebatur mistura, quam *lac aureum* vocabat, lixivio *cinere Sarment.* constante & ol. sambuc. vel ros. benè simul agitatis, ut lactis acquirat colorem, applicabatur cum linteis eo imbutis, sed expressis & nonnihil siccatis. *Adrian. Spigelius Anatomicorū facilè Princeps nostro* seculo *in inflammationibus* gangrænam minitantibus utilissimè adhibuit *Lixiv. Sarmentor.* Vitis med. ℔j. ℈ʒiß. θ. comm. ʒj. Acetū destillatū ℥j. quod loco affecto spleniis duplicatis applicuit spatioq; 3. aut 4. dierū mira præstitit. D. *Laurent. Scholzius* ob edita consilia de Re medicâ meritissimus Anthor *in Euporistis* MSS. quæ Bibliothecæ meæ concredita *ad inflammationes* Ad Inflammationes.

Mam-

Mammillarum laudat Linim. ex *cinere sarmentorum* cum ol. lini mistum.

Ad lienis inflammat. cum rosaceo, ruta, & aceto: *ad ambusta* cum aceto, item ad *condylomata sedis cinerem Sarmentorum* inspersum commendat. *Fumanell. Sylv. Bacch. c. 1. f. 179.* Eodem modo curat *Intestini recti prolapsum. Scribon. Largus c. 91. §. 232.*

Ad Ulcera & Ambusta. *Ad manus à morbo Gallico exulceratas*, quò plures author restituit *Joh. Petr. Pacius Bonon. Prof. D. Laur. Scholzio* laudavit sequens remedium: ℞. Perforat. Stæchad. Arab. rad. urtic. ana m. j. Axung. suis mascul. ℥iij. Ciner. *Vitium sarmentor.* ℔. iij. in cacabis 3. aq. fluviat. bulliant ad consumt. tertiæ partis, in quo decocto manus per unam horam maneat, dein extracta, per se siccetur, pòst inungatur Linim. ex butyr. rec. loto in Aq. plantag. ℥ß. Mercur. sublimat. ℈j. contegatur cum chirotheca linea per 15. dies *Item Lixiv. sarmentor.* simplex mixtum cum sapone linteo madefacto *Erisipelati* applicatum dolorem lenit, & erysipelata tutò sanat. *Horst. de vite vinif. §. 546.* Ad *Oedema manuum Guido de Cauliaco* paravit chirothecam repletam *lixiv.* è cinere ficulneo, Vitis, ac filicis sarmentis, aceto saleque commistis *V. M. Aur. Severin. de Effic. medic. l. 1. part. 3. cap. 13. f. 10.*

Ad Tumores varios.

Ob vim adstrictoriam & exsiccatoriam.

D. Lau-

D. Laurent. Scholtz. in Euporist. MSS. ad pedum *Tumores* post febres commendat Pediluvium *ex cinere sarmentor.* cum Chamom. malv. origan. & Calamenth. *D. Mich.* Döringius primùm *Giessæ Prof. post Vratisl. Physic.* laudatissimus in *Euporist. suis mss. pag. 66. in Podagra* laudat pediluv. *ex cinere Sarment.* cui calidè suprafusa fuit aqua exstinctioni & Tumentib⁹ *hydropicorum pedib⁹ L. Scholtz. consil. 133.* commendat *Lixiv. de Ciner. Vitis* cũ Origan. Calamenth. serpyll. Ebul. rut. bacc. Laur. Cum Lixiv. Sarmentor. vitis paratur *Liquor Antipodagricus Mynsicht. s. 20. pag. 339.* Abdomini item, reliquisque partibus *in Ascite* tumefactis pro certo experimento svadet *Henr. à Bra Catalog. Med. ad Hydrop. pag. m. 1. 05.* spongias actu calidas optimè expressas priùs imbibitas *Lixiv. ex Sarment.* cum stipitibus caulium admotas. Alii pari fructu adhibent in Hydrope *Lixiv.* Sarment. ℔. xij. Vin. alb. ℔. ij. cort. citr. siccat ℥ij. C. C. limat. ℔. j. fol. calam. origan. puleg. Sambuc. ãã. m. ii. furfur. macr. m. i. ℔m ß. coq. pro fotu crurum œdematos. & aqualiculi; post fotum F. Inunctio Ungu. de Arthanit. ℥iv. ☿. viv. ʒii. Alum. ust. bacc. Laur. pulveris. ãã. ʒj. M.

Ad humiditates Cerebri exsiccandas & capitis imbe- Ad exsiccandas.

Cerebri humiditates. imbecillitatem emendandam *Lixiv. ex Sarment. Vit.* in quo Maioran. Bacc. Laur. Puleg. calamenth. Ozym. & agaric. incoct. extollit *Montan. Consf. 31, 130. & 165.* Pari ratione *J. Zecchius Consf. 9. & 89.* in Lixiv. dulci *ex sarment. vitium* cinere cum 2. Vini albi partibus parato ebullire finit Rof. Viol. Malv. Myrtillor. grana cum mastiche. pro lotione imimbecilli capitis. *V. quoq; J. B. Theodos. ep 26.*

Ad Oculorú mala. *Ad curandam suffusionem Salom. Alberti. in consil. Brendel. 30.* pro lavando capite svadet *Lixiv. è ciner. Sarment. Vit* cum cymis absinth. sem. absinth & rut. stæchad. major. & Eufras. Imò. *P. Borellus Med. R. Christianiss. in Cent. 4. Observ. med. Physic. 41.* Collyrium *ex Lixivio sarmentor.* paratum, reliquis ad visum præcellere affirmat, cum omnia quæ à vite prodeant, oculis utilia sint, utpote lachryma, Aqua vini inter duos lances exstillata, & vini ipsius usus.

AdCutis vitia. *Nitidissimam reddere faciem* Lixiv. *ex ciner sarment.* ℔. j. cui ♀ calcinat ℥i. & gummi Junip. ʒij. incoct. vult *Fiorav. Secret. Rat. 4. 26.*

Ad Varios Capillorú affect9. *Ad Strones Capillorum* die Mülben/ pro certo experimento notavit *L. Scholtz. Euporist. MSS. p. 195.* Decoct. Absinth. cum sem. Abrotan. item & Atar. in Lixiv. *sarment.* bullitum: aut Rec. ♀ ℥i. Vitriol. ℥ß. Bacc. Laur. ℥i.

coq.

coq. in Lixiv. Cin. Sarment.eo imbuantur crines.

In Capillorum Defluvio Hier. Mercurial. de morb.Cutan. l. 1. cap. 3. f. consulit Lixiv. ciner. Sarm. cum fol. chamom. melilot. fol. rosar. malabathr. & ladano.

Si Capillorum denigrationi studendum *Joh. Assuerus in Hect. Aff. capill. p. 103. §. 24.* monet adhibendum *Lixiv. ciner. Sarm.* & succ. cort. virid jugland. aã. ℔. iij. in quo litharg. ☉ ℔. j. fol. Laur. Salo. Gall. Alum. fissil. aã.℥ß. caryophyll. ʒij. lento △ ad consumt. ʒ. part. agitando incoct. quo calente decocto fricentur per horæ quadrãtem bis in hebdomade Pili. *Lixivio Sarmentorum* utuntur puellæ, Genuenses bis in hebdomade, indeque cæteras orbis terrarum fœminas capillorum longitudine, & pulchritudine antecellunt. *Canonher l. 1. de vin. fac c. 6. §. 3.* *Idem Lixiv.* aliis mistum flavum admodum reddit capillitium. *Assverus l. a. p. 112. & VVecker. Syntax. Med. l. 1. part. 3. & Antid. spec. l. 2. f. 4.* præscribit pro capillis colorandis *Lixiv. Sarment.* in quo bullierint flor. Verbasci. Stæchad. & rad. Chelid aã. p. 1. Idem *Assuer. p. 113.* eidem *Lixiv.* incoquit hordei paleam; cortic. liquirit. rasur. buxi, croc. & cumin: *& p. 116.* Bononiensibus in usu *Lixiv. sarment.* in quo Rasur; buxi, & cort. citr. macerati.

&p. 117. lix. Sarment. cui ſapo alb. cum Croc. incoct. refert.

AdCauteria. Tandem ex *cinere ſarmentorum* uſitatisſimum eſt parare *Canteria potentialia* quale eſt *VVelandi* apud *Glandorp. Gazophyl. Fontic. c. 4. p. 25. & p. 31.* ex Lixivio eodem deſcribit ſibi uſitatum. Cùm iisdem Cineribus paratur *Aq. Cauſtica v. Barthol. de Cauter. c. 18. §. 1. Lixivium pro fontic. ib. cap. 19. lapis ruptorius c. 23. §. 9. & 27. & ruptorium. Deodat. Panth. Hyg. l. 3. c. 12.*

Cortex Vitis rimoſus ſponte rumpitur & abjicitur, inde hominis cutem mundare & renovare vult *Porta 5. Phytogn. 13.* ſangvinem inſuper ſiſtit vulnera, glutinat, & contuſa curat.

Sarmentorum Lixivio, & *Mechanici* & *Chymici utuntur.*

3. Uſus Mechanicus. *Mechanici* quidem ♂ per 14. ♀. *ciner. ſarment.* Vitis & Calc. imponunt, quotidiè calefaciendo iſtud Lixiv. fit mollis & ſcisſilis inſtar cupri, ad varios uſus notante Illuſt. *Comite Scioppio in Collect. MSS.* Fiorov. in Capricc. Med. l. 3. c. 77. ex Lix. ſarment. Vit. ficus &c. cum 🜔 & melle alb. ℥. parat materiam, qua ☿ in Luna redigere conatur.

4. Uſus Chymicus. *Chymici* autem *Sal Philoſophicum* ex hoc Lixivio cum aq. cal. facto, cocto, inſpiſſato, rever-

reverberato parant, cui si jungatur, Spiritus Vini rectif. digeratur, & per destil. uniantur, fit menstruum Basili Valent. ad ☉ potabile. *Tenzel. Exeg. Chym. p. 687.* Excell. *D. J. Michael Chymicorum in* Germania *facilè Antesignanus,* antè aliquot menses, ut per litteras fidelissimè retulit, ex sarmentis in maxima copia in Glaub. furno, quem vocant den Preß-Ofen / destillavit, *spirit. acidum* 🜿? *haut absimilem*; in rectificatione exhibuit copiosum θ volatile pluribus aliis liquoribus inserviens, spiritum autem ab ol. & phlegmate separatum 🜿 supra fudit. Nullum dubium, quin propter homogenum menstruum hic Spiritus penetrantissimus 🜿i multarum virium sit proditurus. θ Philosophicum. Spir. singularis.

Sal Vitis viniferæ, velut Diaphoreticum tempore pestis commendat. *Pénot. de Medic. Chym. p. 248.*

Beneficio *Sarmentor. Ciner.* & ol. 🜿. fit ol. 🜿 splenecticum. *V. infra. l. 2. s. 9. c. 4.*

Fit quoque supra cineres sarmentorum optima fit rectificatio Spiritus Vini, *V. infra. l. 2. s. 7. cap. 4.*

SECTIO V.
DE FRUCTU SEU RACEMO ET UVIS.

CAPUT I.
DE FRUCTU VITIS IMMATURO.

Fruct9 Vitis est Uva. Uvæ Homonymia.

FRuctus, quem Vitis producit *Racemum seu Botrum*, eine Traube vocari, ejusque granula uvas supra dictum est. Ubi notandum *Uvæ* Vocabulum multæ esse significationis: sic *uva* est pars affecta in oris intima parte & morbus ipse *V. Cæl. Rhod. 4, 13. Mart. 10, 56. Uva marina* est piscis cujus meminit *Hippol. Salvian. præfixo Indic. Tom.1. de Piscib.* eumque depingit *Ambr. Paræus 24. 21.* quamvis & *uvæ marinæ* nomen competat Equiseti speciei, quæ in Horto Medico Lugd. Bat. monstrabatur, eandem Uvam marin. ad Tragum referat *Camer. Hort. med. pag. 171.* & ad plantam in mari nascentem, *Porta. 4. Phyt. 4.* quæ uno pediculo dependeat extrema sui parte Uvæ flores referens. *Sic Uva lupina* est Solanum, *Uva Crispa* seu spina est Grassularia *Lonicer. p. 1. c. 58. Uva versa* Aconitum seu Herba Paridis. *Id. 2, 162. Uva Amomi* in Indica Labruscâ frutice venoso palmi altitudine ex *Plin. 12, 13. Brunfels. in Onomast. Uva quercina* in radicibus quercus hærens

sub

ſub terra, foris purpurea, intus candida optimum in Dyſenteria remedium. Et *labruſca* habet ſuas *uvas*, ex quibus vinum Oenanthinum exprimitur, de quibus *ſupra l. 1. cap. 1.* Admirandam refert *Nic. Tulpius l. 4. obſ. 7. hiſtoriam* infantis, cui *loco digitorum uvæ & Acini* enati, quæ vix fidem mereretur, niſi alia quàm maximè admiranda ex *Imaginatione matris*, ut etiam hîc factum, oſtenta potiùs, quàm exempla optimi & fide digniſſimi annotâſſent Authores, quæ videri poſſunt apud *Plin. 7, 12. Cæl. Rhod. 20, 15. Vullœſ. Phil. Sacr. c. 11. Andr. Laurent. de ſtrumis. 1, 7. p. 113. Del. Rio diſquiſ. mag. 1, 3. quæ 3. Athan. Kircher. de Magnetiſmo Imaginat. in de magnet. l. 3. p. 7. c. 2. p. 725. Harsdörff. Theatr. Comic. h. 145. § 8. 10, 11.* & ex Medicis *Paræus 24. 7. Schenck 4, 129. Lemn. de Occult. Nat. 1. 4. Unzer. de Peſt. 1, 20. Renelm. Digby. in Theatr. Sympathet. à p. 138. usq. 145. Roder. à Caſtro de morb. mul. pag. 1. l. 3. c. 11. Hildan. c. 6. obſ. 65. 66. Zacut. 3. Pr. Princip. Med. h. 12. Bartholin. Junior. Hiſt. Anatom. Var. Cent. 2. h. 44. Cent. 3. Hiſt. 43. & Cent. 4. cap. 3. h. 5.* Hoc in loco conſideratur *uva Vitis Viniferæ*, quæ eleganter à *Plaut. 2. Trin. 4. v. 125.*

Mira de Imaginatione Prægnantium.

Vinum Pendens vocatur, vindemia nondum collecta, cui opponitur *Vinum doliare* ſeu *Vinum de Cupa*, & hoc, quia novum eſt mino-

risq; pretii, opponitur *vino diffuso* quod maturitatem habet & ſvavitatem. v. *Turneb. 1. Adv. c. 1. & Taubm. Comm. in Plaut. l. a. & Cruq. Comm. ad Horat. 1. Ep. 5. v. 4.* Notat *Andr. Sanfleben in de Nucib. Saturn. c. 2. p. 5.* Uvas olim ſub generali *Pomi* appellatione comprehenſas fuiſſe, ſed comeſtibiles ſaltem ſeu τρωξίμυς, non quæ vini cauſa habentur. *V. etiam Panciroll. l. 1. Memor. t. 51. p. 242. Virgil. 2. G. 89. & 522.* Poëticè pro *uva vindemiam* ponit canens.

Mitis in apricis coquitur *Vindemia* ſaxis.

∴|: *Uva.*

UvæEtymologia. *Nomen* habet *ab uvido*, quòd intrinſecus plena ſit humoris: humidum enim propriè quod extra humorem habet, uvidum, quod interius. *Isidor. 17. de Orig. c. 5.*

Differentia in genere. *Variæ ſunt uvarum differentiæ* de quibus capite ſequenti.

Botri ſeu Uvæ conſiderantur *vel integræ vel Partes earum*: *Integræ* quidem vel *immaturæ*, vel *maturæ*, & hæ quidem *vel ſuccolentæ*, vel *paſſæ*: *ex partibus* verò *vel ſuccus, vel Acini, vel Vinacea* de quibus omnibus ſigillatim.

Uva immatura. *Uvæ* antequam blando ſolis calore maturentur merito *immaturæ, acerbæ*, Græcis ὄμφακα dicuntur. Eruditè annotavit *Joſeph. Anton. Gonzales de Salas. Comm. in Petron. Satyr. p. 88.* Veterum proverbium, Siculos imitari

Uvas

Uvas acerbas legentes, de iis Virginitatis florem præmaturius delibare satagant, intelligendum esse, adeòque *Horat. 2. Cs. 10.* Immitem uvam vocare quæ *Varr. in Satyr.* Virgo acerba & *Nicet. Choniat. in Hist.* Virgo ὀμφακίζουσα. *Erasm. in Adag. f. 587.* Siculus omphacissat saltem explicat, in eos quadrare, qui ut sibi pusillum lucelli faciant ingens damnum aliis inferant. *Idem Erasm. Adag. f. 187.* ab immaturis uvis translatione petita ὀμφακίαν significare dicit apud Græcos durum, præfractum, & moroso ingenio asperum hominem. Item ἐόμφακα in oratione durum hominem.

Adagiū de Uva immatura.

Veteres olim *ex Amineâ* & *Thasia Vite* parabant ante canis ortum *Omphacium seu Agrestam*, Gallis du Verjus, Anglis Verjoyse Ital. Agrest. Hisp. Agraz. Germ. Agrest / expresso succo ex immaturis uvis, & insolato in sole, quem modum jam exoletum describit *Dioscor. 4. 6. Hodiè* paratur in Gallia novo invento, hoc modo docente *Bruyerin. de Re Cibar. 10, 5.* Legitur uva acerba sub cane, & ante canem, rotâ ligneâ versatili teritur, torculari imposita premitur, fluens succus doliis conditur, per aliquot dies insolatur donec efferbuerit sub dio, pòst sale addito ne putrescat reponitur in cellas vinarias, sic si tempestivè saliatur ad aliquot annos durat.

Modus præparandi Omphacium. Apud veteres, apud Recentiores.

Est ergo *modernorum* Omphacium dilutius & pro condiendis cibis embamma: *Veterum* erat potius medicamentum, & quasi quoddam concretum. Inde *Omphacii aridi* meminit *Scribon. Largus cap. 14. §. 65.* & friabilis. *Oribas. Synops. 2. 36.*

Temperamentum Omphacis seu Agresta.

Quoad temperamentum Agrestam in qua digestio non processit completè frigidam valdè & fortè usque ad 3. grad. & siccam in secundo ponit *Joh. Mich. Savanerol. tr. 2. c. 3. §. 23. Differt* ab aceto, quod nec calorem habeat, nec acrimoniam, quod crassarum partium sit, & multo imbecillius aceto. *Gorraus Defin. Med. f. 335.* Hinc cum in ea, ut in Citri succo aut aceto non tanta tenuitas ut membrorum intimos permeet recessus, siccandi tamen adstringendiq; vi non impeditâ egregiè stomachi, & reliquarum partium corrigit calorem. *Jul. Alexandrin. 18. Salubr. 10.* Nec *per se adstringere.* Omphaicum ex mente *Hipp. l. 2. de Diat.* vult *Prosp. Martian.* alter Hippocr. Genius ut *à Nardio in Noct. Gen.* vocatur *in Comm. f. 89. sed per accidens*, dum scilicet humiditas cum acri facultate purgatrice à solis vel ignis calore consumta evanuit, botris enim immaturis comestis Diarrhæas, & Dysenterias excitare compertum esse.

Adhi-

Adhibetur *Omphacium* vel *ut alimentum*, vel *ut medicamentum*. Usus

Ut alimentum & cibus adhibetur cum aliis cibis pro excitando appetitu, experientia enim testatur langventem stomachum nullis remediis utilius refocillari, quàm acidis, utpote quæ fermentum illud stomachi proprium, partim à liene transmissum excitare possint, quod vel esurinus spiritus ex ♀. aliique acidi spiritus testantur. 2. Culinaris Alimentosus.

Brudus Lusitan. 3. *de vict. acut. c.* 29. *p.* 907. relaxationi Ventriculi frigido humori conjunctæ allia fernefacta cum *succo Uvæ acerbæ* commendat Jodoc. Willich. in Arte magiric. c. 66. p. 194. *Moretum* seu Emtamma parari docet.

Viride dictum ex *Uvis immaturis*, quibus suavis acor inest, cum vino, aceto, libocui desunt aromata & pane semidalite contusis, ad proritandum appetitum. Hodiè *Itali* pro eadem intentione admovendam orexim Embamma parant, cui nomen *Compostæ*, quasi compositi ex pluribus, dederunt. *D. Petrus Castro Practicus Veronens. famigeratissimus* sequenti modo parandum in *Collect. MSS.* docuit: Sumunt Uvas immaturas, aliosque fructus immaturos olivarum, phaseolorum, pyror. persicor. cerasor. cacumer. pepon. angur. cucurb. Amygd. artischoki, cardui, Embamma Viride. Composta.

cardui, Malanzani ac pomor. aureorum qui Hiſpanis dicuntur. Thomates, item fœniculi dulce quo tempore ſemen emittit ante maturationem, & cum plurimum germinat per caulem: Hos fructus acerbos in ☉ per diem alterumve exponunt, donec aliquantiſper flaccefcant, mox in vas figulinum quod ſatis amplum, uno fructuum ſtramine, & alio ſalis ac piperis confracti reponunt. Repleto vaſe ſuperfunditur *acetum* fortiſsimum ut ſupervalet, vas benè clauſum collocatur ad Solem per plures dies, donec quotidiè ſecundùm fructuum proventum novi jungantur ſemper acerbi; acetum aliquoties renovetur cum pipere, omiſſo poſteà ſale, tandem rurſus ſoli exponitur, & ſervatur ad alteram æſtatem Vaſe benè clauſo. Et talem miſturam Itali ex diverſis fructibus acerbis parant, ut more Hiſpanorum quoque ex variis eſculentis in unum coctis carnium ſimul, avium, piſcium, olerum, cerealium ſelectis generibus cibum *Oglio Poderida* dictum (Germanis corruptè *Olipadri*) ab oleo ut ponderoſa quod eſt abundans & gratioſa dupes, nominatum.

Olipadri Cibus.

2. Uſus Medicus ſimplex.

Vel medicamentum intra & extra conducit *Omphacium*.

Internus.

Internè exhibetur pro *refrigeratione in febribus ardentibus. Dioſcor. l. a.* contra *tonſillas, uvam,*

uvam, oris ulcera, gingivarum vitia laudat: exhibebat quoque *sangvinem exscreantibus*, multa tamen aqua dilutum, quia Veterum *Omphacium* ob Cocturam in Vasis cupreis accimoniam contraxerat. In *æstatis calore* pro refrigeratione Hispani crebrò utuntur cucurbita cocta cum Saccharo & *Omphacio*. *Castro. l. 2. de morb. Mul. s. 1. c. 4.*

In præservatione pestis crebrum *Omphacii* usum svadet *Manard. l. 5. ep. 3. Bruyerin. 10, 5. p. 429.* item iis qui *phthiriasi* laborant *Mercurial. de morb. cutan. 1, 7. p. 19. In dolore capitis calido Leonell. Favent. Prox. 1. 1.* in Italia usitatum esse, notavit, exhibere ægris cibum ex milio cum modica *agresta* & aceto aut pullum coctum cum agresta, aut panem coctum aquâ & succo uvæ Omphacinæ. In dysenteria *Leonell. Pr. 1. 56. p. 185.* laudat Cyathum *agrestæ* qui modicè ebullierit, clare factum, & infrigidatum pro potu. *Omphacio* multos in *Calculo*, quia vi adstringendi pollet, abhorrere refert *J. B. Theodos. Ep. 9. pag. 94.* sed *Id. cum Jacob. de Partib.* admonet ejus usum non esse pertimescendum, quia agresta cum Sale condiatur, undè ratione Salis non habeat vim adstringendi.

Ex *Uva Acerba* antè laudatus *D. Petrus Castro Pract. felicissimus in Praxi* MSS. remedium parat *ad fluxum hepaticum* saluberrimum;

mum, quo multis sanitatem reduxisse se, no neglectis externis, testatur. Sumit Uvam ru bram quam Insubres *Pignolam* dicunt (V.cap seq.) acinis non magnis, racemis adstrictis, quæ tardiùs maturescit, & vinum nobile rubellum quod *Piccante* vocant, fundit, hæc colligatur dùm media est inter acerbitatem & maturitatem, quod solet esse, versus festum Nativ. Mariæ mense Sept. Soli per 4. dies primo exponatur mox in furrio semi calefacto exsiccetur, siccata usus tempore pulverisata exhibetur ad ℥ij. per 15. d. in vino rubro 4. hor. antè prandium.

Externus. *Externè Omphacium* clysteribus infusum dysentericis medetur, & contra mulierum uteri profluvia. *Fumanell. Sylv. Bacch. cap.3.* Ex eodem *Omphacio* in aq. pluviali decoctum paratum ad constringendos mulierum locellos & virginitatem reparandam idem *Fumanell. de compos. med. c.54.* prodesse narrat. *Claritati oculorum* confert, genis scabris & oculorum angulis erosis.

Ad Aphthas puerorum *Agrestam Sebast. Austrius de Puer. morb. c.30. p.184.* ori illitam; *ad tabem dorsalem* cum succ. beron. & lacte mistam inunctam *Frotonant. Thes. Vit. Hum.4,39.* cum fructu adhibet.

Inflammatis Hypochondriis admovendum est, Omphacium non Acetum. Ex

Gul.

Gal. 4. simpl. 12. Fortun. Fidel. Contempl. medic. 18, 3.

Varia ex Omphacis parantur composita remedia *tam interna quàm externa.*

Composita ex Omphacio Galenica.

1. Aquæ destillatæ.

1. Aq. Destill.

Ad clarificandum visum cum Omphac. & aloë epat. aquam parat *Fumanell. de Compos. med. cap. 22. p. 305.* & aliam *ad lachrymas oculorum* ex agresta, vino albo acerbo hordeo viridi &c. *G. Ferrar. l. 3. Chirurg. p. 274.*

Ad Guttam Rosaceam præmisso Elect. de cynostbalo per aliquot menses, quidam faciem lavant Aq. destillata ex succ. Agrest. Portulac. Plantag aã. ℥vj. album uvor. n. x. farin. oriz ℔ß. Sem. papav. ℥ß. in Balneum Mariæ f. a.

Ad faciei maculas Itali aquam Cosmeticam, quam mirabilem prædicant concinnant, ex succ. *Agrest.* Angur. aã. ℔.j. Zimon. ℔ß. aq. flor. fabar. ℔. j. Lact. Vacc. ℔.ij. alb. onor. n. x. Acetum destillatum, ℔ß. Cerus. lotæ ℔. Iß. Alum. roch. ℥viij. m. & f. a. ℞. U. ex MB. pro abluenda facie. *Fiorov. Thes. Vit. hum. 4, 39.* ex *agresta* melle & alumin. fœcum. pro illustranda facie aquam componit Vitriolum. ll.

2. Vinum Omphacites ex *Uvis* immaturi expressum, de quo *Diosc. 5, 8.* & *infra* de vino acerbo.

2. Vinum Omphacites.

3. Om-

3. Omphacomeli. 3. *Omphacomeli* erat potus ex melle & succo acerbæ. *Paul. 7.15.* ad p. iij. omphac sumit mel'is p. j. aliter parat *Aët. t. 2. f. 134* *Oribas. 5. Collect. 21.* Usus eius in febribus ardentibus ad restringvendam sitim, in Dysenteria, Diarrhæa biliosâ, Cholera, Anorexia, Linothymia ob raritatem corporis & tenuitatem humorum, oborta. *Sebiz. de Alim. Fa 4, 4. p. 1163.*

4. Syrup. de Agresta. 4. *Syrupus de Agresta.* Augustani ad ℔. V Agrestæ sumunt Sacchar. ℔iij. contra *Fumanell. in sylv. Bacch. c. 4.* ad succ. ℔ij. Sacchar ℔. v. *Vid. Zacut in Pharmac. dist. 2. cap. 1.* adstringit, refrigerat, siccat, à putredine vendicat, imprimis picam prægnantium dejicit, intemperiem calidam stomachi, hepatis, Renum, temperat, sitim delet, sumtus post cibum, vomitiones enormes ab æstuante bile profectas sistit, *Sebiz. de Alim. l. 2. p. 322.*

5. Condita Agresta. 5. *Condita Agresta* sive Uva acerba cum Saccharo, cujus tres modi videantur apud *Guibertum in Medic. Charitativ. de condit. pag. 321.*

6. Oleũ Omphacinum. 6. *Oleum Omphacinum* refrigerat & adstringit, adeoque variis immiscetur formulis. Notetur *communiter* quidem *Ol. Omphac.* ob analogiam dici, quod fit dum vereri Oleo virescentes oleæ tali injiciantur, unde adstringit. *Heurn. Meth. ad Prax. l. 1. p. 42.* potest tamen

amen etiam fieri Ol. Omphacin. additione Ol. uvis immaturis. Ad *dolores capitis D.Laur. Scholtz. in Euporist. MSS.* parat Emuls. ex nucl. persic. ℥ß. Sem. papav. alb. ʒvj. sem. aneth. ℥j. cum aq. ros. viol. nymph. fl. sambuc. aã. ℥iij. addendo Ol. Rosac. omphacin. (pro majori enim refrigeratione Rosah infundunt) ℥ij. acet. Rosac. ℥i. & hoc oxgirhodium linteis applicat temporibus & fronti Pari ratione *Franc. Pona Veron. Med.* in Medic. Anima. Rad. Rhod. sem. phyll. fol. myrt. Virid. aã. ʒij. contundit supra lap. porphyr. cum *Ol. Rosat. omphacino*, capiti admovet instar linimenti, linteolis repetendum. In *frigida fluxione Podagræ Duretus* frictionem cum *Oleo Omphacino*, sale copioso trito non incommodam monet apud *Rhodium* illustre Cimbrorum in Patavino Cœlo Sidus in *Analect. in septal. l. 7. p. 567.*

Ad *Colliquativum sudorem* prohibendum *D. Scholtz. in Eupor.* commendat Linim. ex Argull. ℥iij. cum Ol. omphacin. & myrtin. aã. ℥i. pro inunctione spinæ.

Ibidem in procidentia Ani & Tenesmo Linim. parat ex pulv. hypocistod. mastich. myrh. aã. ʒj. cum ol. rosat. omphacin & mastich.

Variæ sunt *Balsami* 🜂 *Ruland.* descriptiones, quæ videri possunt apud *Gruling. Floril. Chym.*

Chym.p.28.c.5. præ reliquis tamen laudatur illa, quæ fit cum *Ol. omphacino* & describitur *à. J. Dan. Mylio Basil. Chim.T. 5. cap.3. de* 🜂 *p.705. & Rec. Ol. Omphacin.* opt. ℔. j. Flor. 🜂 ℥vj. Sp. Tereb. ℥ij. ferueſcant dum rubente colore tingatur, post colore & Tinctura servetur. fit *Bals.* 🜂 *Omphacinus.*

7.Trochisci Omphacini Ophthalmici. 7. *Trochisci Omphacini compositi.* hos in Italia ad Collyria cùm fructu paratos & adhibitos in *Illustr. Comitis Scioppii Collect.* invenio & parantur seq. modo Rec. succ. omphacin. ℔.36. serva in phiolis n. 24. post Rec. Tutiæ pulv. ℥vj. Corall. pulv. ℥ij. margaric. pulv. ℥j. supra funde in vase succ. ut supernatet, expone ☉i & aëri sereno etiam nocturno per 40. dies, cavendo tamen, nequid extranei incidat, ubi defecerit succus, alium adde, adeò ut semper pulveres succo sint immersi. Transactis 5. diebus adde sacch. alb. ℥ij. Rhabarb. ol.ʒj. fellis lacii n. vj. die 15. adde membranul. ovi Cortic. intus subcingentium in sole siccatorum Pulv. f. & Oss sepiæ mollior. Pulv. f. aã. ℥i. die 15. addo Aq. Rof. alb. Chelidon. fœnic. Eufraf. aã. ℥j. semper addendo simul succum omphacin. & quotidiè agitando ligneo baculo usque ad diem 40. quo transacto adde Mosch. opt. gr.j. optimè misce, donec tota massa fiat instar pul-

pulmenti, quod in Trochisc. formatum in umbra siccæ. Usus tempore solvuntur in Aq. plantag. vel fontis, adhibetur oculis ad omnes ophthalmias, & defluxum cujusque materiæ, valent etiam ad cataractam nondum inveteratam hi Trochisc. pulverisati & oculis inspersi.

Chymici cum *Omphacio* oleum charabes compos. parant per Alembic. quod in sputo sangvinis laudat *Mercurial. T. 3. Conf. 49.* Composita Chymica Oleum.

Theodor. Mayerne Turquetus (notante *D. Schlegel. Hamburg. in MSS. suis*) nobilis ille Gallorum Chymico-Medicus ex *Omphacio* per insolationem *Fæculam*, aut *Sal Agrestæ* optimè refrigerans, adstringēs & hepaticum remedium pararunt. Cum hoc pro corrigenda hepatis intemperie utilissimus fieri posset pulvis addito pulv. epatic. rubro, chrystal. seu θ essential, Acetosæ & Sp. Vitriol. coagulat. Melius etiam esset hoc Sal Agrestæ eodem modo parare, ut salia Essentialia è succis per crebras depurationes, abstractiones & coagulationes elaborantur *V. Sala in* ♁rol. *s. 2. c. 2.* qui ex Agresta ♁m parat. Fæcula. Tartarus.

CAPUT II.
DE FRUCTU VITIS MATURO SUCCOLENTO.

Uva matura succolenta.

POstquā jam adultâ æstate per intensiores Solis radios, & Caniculæ æstus Botri ma-

gis magisque excocto alimento tenerescentes maturuerint, acerbum in dulcem commutant saporem, & mites fiunt; *Quorum consideratio* reliquis annectenda est & præcipuè *ut integræ* considerantur. De Succo autem & reliquis earum partibus in *sectione VI.*

Ejus differentiæ. *Sunt* autem *innumeræ Uvarum*, quot *Vitium differentiæ* & tantus eorum numerus teste *Virg. 2.G.105.*

Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem
Discere quàm multa Zephyro turbentur arenæ,
Aut ubi navigiis violentior incidit Eurus,
Nosse quod Jonii veniant ad littora fluctus.

Ratione ipsius vitis jam *aliquot annotata supra.* l. 1. c. 7. *ratione natalis soli* petendæ erunt *ex speciali vinorum Historia* infra.

In genere quasdam *in Saturnal. 3, 20. p. 429. Macrob.* enarrat species. Brevibus eas saltem recensendo. *Præcipua* autem *differentia sumitur.*

1. à Magnitudine. 1. *A magnitudine*, dum aliæ sunt *vel majores*, vel *minores*. Stupendæ magnitudinis fuit *Uva in terra Canaan*, dum speculatores duo viri reportarunt in vecte botrum unum. *Numer. 13.* Illum racemum allegoricè explicat *Augustin. de temp. serm. 100.* duo viri, *inquit,* qui

qui uvam detulerunt, significant duo testa-
menta, item duo præcepta, quibus diligitur
Deus & proximus, item Judaicum populum
& Christianum, Judæus præcedit, sequitur
Christianus salutem suam Uvam, Christum
scilicet, ante conspectum suum gerens. Sunt
qui putent *Racemum* hunc *Terræ Sanctæ* fuisse
Racemum ex Ficu Indica depromptum, ut-
pote quæ in Arabia, item circa Hierosol. &c.
sequens, ut quidam existiment Adamum de
pomo hoc est ficu prohibitum fructum gu-
stasse. *V. Salmuth.l.2.de Reb. Inv. t.1.pag.119.*
Quidam è *Palma* desumtum autumant *Race-
mum* dactylis suis onustum, qualem præ pon-
dere à terra vix attollere sustinuit *Cl. Vesling.
Not. ad. Alpin.p.18.* cum & exindè *vinum*
feretur *Palmeum* scilicet. Plurimi tamen *ex
vite* decerptum racemum contendunt, ut-
pote cum Judæa vitibus fuerit abundantis-
sima. *V. infra de Vinis Asiæ.* In *Mauritania* seu
Margiana Asiæ seu Persiæ Provinciâ, vites re-
periri, quas duorum hominum amplexus ca-
pere non posit *Strabo. l. 2. Georg.p.50.* nar-
rat; & *Mercator. Atlant. Maj.f.35.* Confir-
mat Strabonis sententiam oculatus testis
Adam. Olearius in Itinerar. Persic. part. 3. p.
. propè *Astaram* se vidisse *vites*, cujus
truncus justum viri ambitum æquaverit, &
huc inMargiana, quæ Provinciæ estChoro-
G 2 san,

ſan. (modò illud à veritate alienum uvas eſſe bicubitales) Vites eſſe ejusdem amplitudinis, ut à Strabone notatæ. In *Madera* inſula Uvæ longiores propendent. 4. palmis ex Aliſio Cadamuſto *Majol. Colloq. T. 1. c.18. p.504.* Ad *Tagodaſtam* Haſcoræ Regionis Africæ oppidum uvas ſubrubras à magnitudine acinorum Uvarum ova gallinacea dictas inveniri, oculatus teſtis eſt *Joh. Leo Africanus in l. 2. Hiſt. Afric. p. 204. Nicol. Chriſtoph. Radzevil in ſuo Itiner.* (referente *Joh. Quiſtorp. Comm. in Num. 13, 24.*) refert Alexandriæ ſe Uvas vidiſſe & comediſſe, quorũ acini fuerint. ad inſtar noſtrarium prunorum, uvas verò longitudinem tres partes Vlnæ noſtratis exæquaſſe. Ejusdem magnitudinis ſunt duæ *Species* hodiè in Perſia *Hallage* & *Enkuri Alalii dereſi dicta*, quarum priores carne, poſteriores ſucco turgent. *V. Olear. Itin. Perſ. l. 5. cap. 9.* *In Inſulis Archipelagi & Candia* racemos naſci octuplo aut etiam duodecuplo noſtris majores antè paucos annos obſervavit Dn. *D.* Deutſchländer/& fidelisſimè per litteras ſignificavit, Vide quoque. *c. 3. de Paſſis uvis.*

Exc. Dn. D. Fehr, Collega Curioſus ſuaviſſimus in Litter. Cal. Jul. ad me datis meminit, ſe obſervaſſe hoc ipſo Anno 1660. in Franconia *inſolitæ magnitudinis* in viciniæ Schwinfurti in pago Forſt prognatam *Uvam* ex Albuoli

ſeu

ſeu vite alba, Elbling dicta è tenui ſarmento prominentem, ſcapo craſſo & rotundo, mox lato, in duas alas majores primum, poſt in 8. juſtæ magnitudinis uvas ſuis quemlibet botrulis ſeu alis minoribus (Francis Oehrlein) ſuisq; acinis tum milii ſemen æquātibus ampliato, exceptâ mediâ, quæ æquabili digiti latitudine & longitudine inter reliquas acinis ſuis circum circa obſita, velut Sycomorus quædam Ægyptia, aut ficus Indica fructibus ſpectabilis ſine alis recta porrigi, fructumque aliquot librarum promittere videbatur, quod Autumno manifeſtum erit. Viderat eam d. 21. Jun.

2. *A Figura Externa* variant, dum *aliæ* rotundantur acino, *aliæ* prælongo porriguntur. Pertinet huc uva *Bumaſte Virg. 2. G. 101.* quod ſimilitudinem habeat τȣ̃ μαςȣ̃ Uberis, indè *Varron. 2, 5. Bumamma*, craſſa eſt, & carnoſa. adhuc in Hiſpania viget ut & *Dactylites* prælongis acinis. Gallis *Raiſins* au grain long. *Columell.* dicta *vitis ad Eſcam. Uva Spongiola* nigra, ſuccoſa, dulcis, in Agro Parmenſi ſpongiam repræſentat. *Baccius de Vin. 6. fol. 312.* Uva *Pignola* in Placentino & ad Ticinum, ſaporis aromatici, compactos in ipſo racemulo, Pinearum inſtar habet acinos ſubrubentes, nigros, ſuccoſos. *Ib. f. 313.* cui ſimilis Brixiano agro vernacula *Uva Greppella* rubicun-

2. à Figura Externa. Uva Bumaſte. Dactylites. Spongiola. Pignola. Greppella.

bicunda, ita dicta ob cumulatos in unum grupum racemulos. *Id. f. 319.* & *uva Groperia* in Veronensi agro, sapore inter Austerum & Amabile, fundens Vinaciola. *ib. f. 322.* *Uva Codacavallo* in Nolano agro prætensos racemulos habens instar caudæ equinæ. *Id. Baccius l. 5. f. 221.*

Grò. peria. Coda. cavallo.

3. à Sapore. 3. *A Sapore alia* dulces, *alia* Austeræ, acerbæ *alia*, item *Vinosa*, imò quædam uvarum species singularem habent saporem de quo *infra in differ. Vinorum quoad saporem* Refert *Olear. Itin. Pers. l. 5. cap. 9.* in Persia propè Taurum & Ordebath *Vvas* nasci *admodùm dulces*, coloris flavi, quæ immodicè comestæ facilè dysenteriam inferant, & appellentur *Keseki*. Ex his *quædam uvæ* amabili suo sapore etiam *bestias alliciunt*, qualis *Vva Lageos, Leporaria*, quod delectet lepores sub ejus maturitatem ibi degentes, dulcis admodùm & caput tentans: qualis quoque *Mangiaguerra* in Vesuvii collibus, durum Uvæ genus, serotinæ maturationis, nigri crassique succi, quam Verres seu Apri avidè expetunt, undè ei nomen: qualis quoque *Apiana* fœcunda, præcoquis fructus, vini dulcis, sed venis neruisque gravis, Apibus, undè nomen habet, acceptissima, plurimùm ad Pausylypum & Vesuvium in Campania provenit; dicebatur olim *Venucula, Sticula, Stica, Stirpula*

Uva Lageos. Mangiaguerra. Apiana

pula, hodiè *Moſcatella*, quia ſvaviter inſtar moſchi ſpirat. *Manard. l. 8. ep. 1. & 2.* quomodò autem arte etiam cum moſcho *Vva Vnguentaria*, & *odorata* fieri poſſint *V. Porta. l. 3. Mag. Nat. cap. 16. §. 5.* pari ratione ut flores odoribus exoticis imbuuntur à *J. B. Ferrara in Flora ſua amœnisſima l. 7. c. 7. f. 501.*

4. *A Colore*, dum *aliæ* purpureo lucent colore, *alibi* fulgent roſeo, nitent viridi, candidæ tandem aut nigræ vulgares. 4. à Colore.

Ex albis eminebat apud Veteres *Aminea* Vinum album fundens, dicta quod ſit *quaſi ſine minio. Brunfels. Onomaſt.* Dicitur Gal. med. ſ. loc. l. 6. c. 1. *auſtera*, hinc ad faucium tumorem commendat eam *Scribon. Largus cap. 14. §. 64.* Meminit hujus Uvæ *Varro R. R. 1, 58. Plin. 14, 2. Colum. 3, 2, & 7. & 12, 38. Scantiana* eſt Uva *Plin.* Sententia *14, 4. v. Auſon. ep. 48. Turneb. Advers. 29. 26.* Ammineam vocat, Dyſenteriam quoque curat *V. Q. Seren. cap. 29. v. 6.* Fundit Vinum Auſterum. de quo *Celſ. 4, 19.* Brodæus Miſcellaneor. *10, 3.* & nos *infra de vinis Italicis.* Albæ. Veterũ Recentiorum

In Hiſpania Chr. à Vega l. 2. Art. med. ſ. 3. cap. 5. f. 250. laudat *moſcatellinas albas*, Hiſpanis *Albulas* dictas dulces, calidas ſuccum generantes crasſiorem, aliæ albæ *Jaënes* dictæ. Hiſpanicæ.

Ex *Gallicis albis Joh. Liebant de Agric. 1, 44.* commendat *Les Frumenteaux, les Muſcats,* Galliæ

les Pinets d' Anjou, les Gloziers, les Foirards, les Mesliers, les Bourdelais.

Helvæticæ. In *Helvetia Albas Dan. Rhagorias* in Pflanzgarten/ *l. 3. cap. 2.* enarrat sequentes. *Vvas alb.* weiße Gattungen/ Berritsch am Bieler See; gutt Lauter/ im Ergow. Weisse Moscateller; Silber Trauben; Elber oder Elbeler/ oder Elsässer; Güntschen oder Gütsch; Klein und groß Bürger.

German. Ex *Germanicis Bauhin. Th. Plant. Vniv. recenset* uvas *albas nobiles* magnas cute durâ ex quibus vinum dulce conficiatur in Alsatia Rangen Wein dictum. Uvas *German. albas Räisins des Alemans*, Elben/ gutt Elben; *Vvas Lausanenses albas*, Würtenberg. Fiderling. Uvas *albas de melons* dictas, cujus folia lomentosa: Uvas albas *Guaches* dictas; Uvas albas *Raisins brulans*, uvas albas acinis minimis böse Hintschen/ Uvas albas *Enfarins* weiß Klammer/ Uvas *albas maximas* groß Lampen Trauben. Qua ratione autem artis beneficiô fieri possit, ut vitis alba rubrum fundat vinum *V. Porta. 3. Mag. Nat. cap. 14. §. 10.* aut ut botriones fiant albi, nigri verò acini *Id. 3, 4. §. 2, & 5.*

2. Flavæ. Ex *flavis* præcipua est uva *Heluola*, aliis *Varia*, Plin. *Variana* à calore Heluo medio inter rubrum & album, hodiè in Picenis præcipuè prope Maceratam frequenter colitur. Hæc

Helve-

Helvetiis dicitur Müßler/ Leibfarb. Sic reperitur *Vva Asinisca* ab Asini colore, item *Ravuscula* colore ad ravum inclinante.

Ex rubris sunt innumeræ. Talis Uva *Rubelliana*, quæ *Nomentanæ* species est; aliæ colore *cerasiolio*, aliæ *purpureo*, aliæ *puniceo*, aliæ *nigricante* conspicuæ. *Joh. Liebault Agric. l. 5. cap. 43.* Vites *rubro-nigricantes* distingvit in *les morillons*, *les Samoireaux*, *les negriers*, & *les nerauts*. *Bauhin.* autem *l. a.* nominat uvas rubras Burgundis *Game rouge*, *Noirins* purpureas, *atras Tramineas*, *Fourmentans rouges*, rothe Trammer/ item *Grappenans*, *Cressans*, *Arbusiacas &c.* 3. Rubræ.

Ex *nigris* præter purpureo-nigras, qualis Italorum *Pergolana* sunt nigricantes ut Uva *mangiaquerra* in Vesuvio, *Spongiola* in Placentino, &c. aut *penitùs nigræ* ut *Uva Corua* dicta à Colore in Parmensi, aut *Arragonensis* in Hispania, quæ succum habet valdè crassum, adeò, ut ejus vinum indelebilem maculam pannis impingat, teste *Vega in Art. Med. l. a. fol. 250.* 4. Nigræ.

Ad *Vvas nigricantes* schwartze und blaue Gattungen *in Helvetia* refert Dan. Rhagorius im Pflantzgarten l. 3. c. 2. Schwartze Muscateller/ kleine Clevener/ Garvagnier/ und Burgunder.

Excell. D. *Laur. Bausch*, *Phys. Schvvinf.* meritissimus, *Præses Coll. Curios.* dignissimus Uvarū in Fran-

conia Differentia. has *Uvarum species in Franconia nascentium* præcipuè ratione coloris mihi per Litteras significavit: Elbling Uvæ virides vel albicantes, acinis minoribus weisse Elbling: acinis majoribus, Elbling. Heunisch colore ex viridi albicante, Uva duracina. Heunisch colore nigro, subrubente, item cœruleo, Rothgrünling/ Blaumäuser/ Propheceyer/ & hæ duæ species Elbling & Heunisch apud Schwinf. vocantur Grobe. Porrò sunt quoque:

Rößling/ grüne oder weisse/]
Schwartze/
Rothe oder braune.
Fränckische/ acinis parvis & majoribus.
Oesterreicher/ Zinendel.
Muscateller/ grüne oder weisse/
schwartze/
rothe oder braune/
Junckersträubel/ gut Edel.
Zibeben/ Uvæ acinis longis.
Welsche oder frühe Träubel/ Uvæ præcoces.
Rothe Wiener/ Traminer / braune.
Brey Wiener / Fleisch Träubel / Uvæ subrubentes ex quibus inprimis Rob Uvarum paratur.
Schwartze/ Uvæ nigræ, varii generis & inter has quæ vocantur Schleeschwartz oder Schleeträubel.

Uvæ

Vvæ nigræ Francofurti vocantur Mengersſhäuſer / acinis ſunt magnis. Hæc ille.

Plures *uvarum differentiæ* ratione coloris ex ſpeciali vinorum Hiſtoria pateſcent, ne una crambe bis recoquatur. *Arte* fieri, ut acinus *feminiger* fiat, alii variis *coloribus miſti* docet *Porta Mag. 3. 37.*

5. *A Subſtantiæ diverſitate* dum quædam *ratione carnis*, quædam *ratione acinorum*, quædam *ratione folliculorum* variant. 6. à Subſtantiæ Diverſitate.

Ratione Carnis Duracinæ, Dactylites, aliæq; quæ ad *Eſcarias* pertinent, duritie acinorum reliquas ſuperant. Refert *Dalechamp. Not. in Plin.* in interiore Africæ parte *Duracinam Uvam* magnitudinem infantium puerorum exuperare caput vulgoque Pigue poulle, & Monſpeſſulanis *Marroquin* dici. *Aliæ Uvæ* contra pauca carne, multo ſangvine ſeu ſucco refertæ ſunt; Qualis *Pantaſtica* in Velitrino agro, ita dicta, quaſi tota ſtica, ſuccoſa, & muſto prægnans. *Bacc. l. 6. f. 289.* 1. Ratione Carnis.

Ratione Folliculorum, quædam habent *membranam craſſam*, quæ non niſi appenſæ edi poſſunt, quales in Hiſpaniâ *Jaënes* & *Torrenteſes* flatuoſæ: quædam *tenuem membranam* obtinent, quales Caſtellanæ, quæ recentes omnes bonitate ſuperant, & facilè tranſeunt alvum. *V. Vega L. 2. ſect. 3. Art. Med. cap. 5. pag. 250.* 2. Folliculorú.

Ratione

Ratione Arillorum, quædam *plures* habent *Arillos* (seu nucleos), quædam saltem *unum gigartum*, quales apud Hispanos *Uvæ* oblongæ *testibus Cattorum similes Vega l.a.* quædam *omni carent nucleo*, qualis *Uva Agigartos*, hoc est *sine granis*. Tales uvas absque nucleo in acinis vidit in Urbe Menin Syriæ, & in Aman Palestinæ *Ludov. Barthema* & describit *in princ. cap. 3. Itiner. sui.* In insula *Madera* Uvas nigras *sine arillis* esse Martio, Aprili, Paschale maturas testatur *Simon Majol. Dier. Canic. F. 1. col. 17. pag. 581. & c. 14. pag. 504.* In *Persia* propè Tabris hodiè Uvæ nascuntur *Taberscb* dictæ oblongæ *sine arillis. Olear. Itin. Pers. l. 5. cap. 9.*

In *Tribu Dan*, prope Torrentem & urbem Sorec Vites fuisse in Palæstina electas, fructu uberrimo & perpetuo, cujus uvæ caruerint arillis, & vinum dederint rubens delicatissimum *Christ. Adrichomius in Theatro Terræ Sanctæ f. 24.* testatur. Quomodo etiam *arte uva Agigartos* parari possit docet *Columella de Arbor. c. 9. Pallad. Febr. c. 29. Porta l. 8. Magiæ. 12. §. 4, 8.*

6. Ab Usu vel ad Effusionem vel ad Escam. Uva Escaria.

6. *Ab Usu*, dum *uva* distingvitur à Columella *in uvam ad Effusionem*, in quâ multum succi, & *uvam ad Escam. De priori* tanquam communi potissimum Sermo est. *Posterior* dicitur *Escaria*, Hispanis *Mollans*, Italis *Pergolana*,

golana, quod in Pergulis & compluviis ornatus gratia enutriatur, acinis purpureo-nigris & formâ magnitudineque pruna æmulantibus; hodiè Tivoli frequenter colitur, ubi *Pergolesia* dicitur. Ad has *Escarias* pertinet *Duracina, Burnaste, Dactylites, Apiana, Venucula*, quia convenit ollis *Horat. 2. S. 4, 71.* ita enim asservabatur; *Vasaria* & *Ollaris* dicitur *Mart. 7, 19.* olim Numesiana dicta, hodiè Venetis Marzemina. Martial. 11, 28. in specie *Botryon* dicitur. Uva *Duracina* ad multã hiemem propè Vesuviũ ab arboribus pendet. *Sanfelic. in descript. Cãpan. t. 753.* illa secũdùm *Mart. 13, 22.*

Non habilis cyathis & inutilis uva Lycæo,
Sed non potanti Nectar

Escarias quæ saltem esui acommodæ Plato *generosas* vocabat, hoc est nobiles, quia torcularia renuunt. *V. Mercurial. 2. Var. 6. Ovid. 2. de Rem. Amor. v. 174.* Escariis annumeranda *Uva Rhodia* bellanis & sacrificiis apta *Virgilius. 2. G. 101.* quæ hodiè ignoratur, nisi forsan illa, quæ *Zibeba* dicitur. *Panciroll. l. 1. memor. tit. 51.* Similisque *Coa. Plin. 14. 8. Politian. l. 7. ep. 35.* Vocat uvam τρώξιμον bellariorum tantùm causâ natam. *Bacc. l. 5. d. vin. f. 256.* Uvam *Maranam* Circa Ananam familiarem Escariis subjungit, quæ succosa, grata gustui, colore albicans, cum maturuerit luteolo, tenuissimo cortice. Uva mangiaquerra,

ra. crassa, pulposa, ex quâ vinum colligitur instar Sapæ succosum.

Panciroll. l. 1. Rer. mem. t. 51. p. 242. Uvas, quibus in secundis mensis utebantur, purpureas fuisse testatur, dulcissimi saporis, Lombardis *Rossate.*

7. à Tempore. 7. *A Tempore in Caxumo* Æthiopiæ Vvas Januario mense maturas, alibi in *Æthiopicis Regionibus* mense Martio ex *Fr. Alvareze*, *tad* urbem *S. Dominici* Decembri Dieque natali Domini maturas decerpi ex *Ovetan. Hist. 4, 2. Majol. T. 1. c. 21. p. 695.* Quædam *uvæ bis in anno* fiunt maturæ, ut in Samo *Athen. 14, 19.* & adhuc hodiè *ad Bajam S. Salvatoris* in America bis in anno exuberantissimè Vites uvis prægnantes esse. Ex *Ambros. Perezio* Idem *Majol.* Imò in *Gallia* & *Hispania* reperiri stipites vinarios in *anno quater racemos ferentes*, inque his semper botros maturos & immaturos inveniri naturali conatu non arte testatur *P. 3. Faber in Pallad. Spagyr. cap. 19.* Caussam putat esse, quod hæ vites calidiores invito frigore trahant à centro terræ copiosè nectar illud, vitæ unicum fertilitatis fundamentum, quod cum non glacietur in poris stipitis, sed semper ipsius vitis calore diffundatur, fit, ut non solùm sufficiat ad alimentum stipitis, sed ad fructum quoque parturiendum. *Uvas arte producere quæ vere* maturitatem

itatem adeptæ docet *Porta. 3. Mag. 4.* §.*1.* & *8.* alias rurſus, quæ *tardiùs* debito provenıant. *Ibid. cap. 10.* §. *5.* Et *hæc de uvarum differentiis* ſufficiant.

Cœl. Rhodig. 18. A. L. c. 9. notat feſtivum Antiquitatis morem pueros luſitantes conſueviſſe in ſublime Uvæ acinos jactare moxq; hiantes ore excipere. Inſuper *uvæ apud Romanos* erant *bellaria* ſecundæ menſæ, docente *Stuckio Antiquitat. Conviv. l. 2, c. 2.* V. etiam *Horat. 2, 2, 121. Sat.* præcipuè aliquatenus ſuſpenſæ, hinc menſæ munera ſecundæ marcentes uvas apellat. *Mart. 5, 29. 11.* aut in vite aliquatenus ſiccatæ ut *Juv. 11, 5, 21.* Servatæ parte anni quales fuerāt in vitibus uvæ. Et *hanc* præcipuè ob cauſam ad ornandas ſecundas menſas olim & nunc *variis modis aſſervantur*, ut quovis anni tempore dubias cumulent cœnas; partim tamen etiam ut exindè fiant paſſulæ aut vinum Paſſum. Uvas Veteres adhibebant ad Ludus, ad ſecundas Menſas.

Olim condebantur Botri reſecti *ollis*, & præcipuè *Eſcariæ*, venucula, *fictilibus* obturato atque etiam picato ore earum. *Varro de R. R. 1, 61. Gal. de Alim. fac. 2. cap. 9.* quanquam interdum etiam doliis. *Cato R. R. cap. 143. Colum. 12, 43.* ollas doliis fuiſſe incluſas manifeſtum *ex Plin. 14. 1.* Meminit hujus Uvæ quæ indè ollaris dicta *Mart. 7, 19.* *Uva ollaris* confortat ſtomachum, teſte *Scrib. Largo cap. 23.* §. *104.* 1. Vitæ exemtæ Uvæ ſervotæ. Ollis.

§. 104. V. quoque *Celſ. 1, 6. & 2. 24. Plin. Valerian. de Remed.* 5. 27. Sed caput ferit, monente *Bruyerin. de re cib. 11. 40.* De hac *Heresbach. 2. R. R. pag. 153.* quædam uvæ continentur ſua tantùm anima ollis fictilibus inſuper doliis incluſæ, ſtipatæ vinaceis circumſudantibus.

Suſpenſione. Quædam *Uvæ* penſili concameratæ nodo *ſuſpenduntur. Horat. 2. S. 2, 121.* dicuntur *uvæ penſiles*, tales ſunt præcipuè *Provinciales* hodiè, quæ omnium ſaluberrimæ, quia aer undique ipſas æqualiter ambiens nullâ factâ compreſſione aut contuſione efficit, ut omne flatuoſum abjiciatur. *Fr. Baco Verulam. Hiſt. vit. & mort. pag. 52.* Suſpenduntur præcipuè in horreis, *Porta Mag. Nat. 4, 14, 7.* ſtomacho gratiſſimæ. *Theodeſ. Ep. 9. pag. 93.*

Additione Rerum ſiccarū, Farina. Straminis conciſi. Quædam *uvæ rebus ſiccis aſſervantur.* Teſtatur *Verulam l. a. pag. 50.* Ruſticos ſervare uvas in racemis coopertis intra Farinam, quæ licet fiant guſtui minus gratæ, tamen humorem & viriditatem ſervent. *D. Laur. Scholz. in MSS. Eupor.* uvas præcipuè rubras ſervare docet, ſi tamen parum ſiccatæ ſint in ſole, facto cum uvis & ſtramine minutim conciſo (Siede vocant.) S S.S. Veteres quoque Paleis

Palearum. aſſervabant, undè uva Palearis apud *Cæl. Aurel. V. Mercur. 4. Var. 2. & Port. Mag. 4, 13, 5. & 12.* Alii in ſcobe ramentisve abietis, populi, fraxini

fraxini servant. *Persæ* uvas *arundine seu junco* asservant. *V. Olear, Itin. Pers. l. 4. c. 9.* Junci.

Quidam *uvas intra liquores suæ speciei* servabant, in *vino* sc. *Verulam. l. a. p. 51.* vel meraco aut aqua diluto ex Athenæo *Port. 4. 10. 7.* cum *sapa* & *musto. Varro R. R. 1, 58. Cato R. R. 9.* fusè *Colum. 12. 43.* Stomacho tamen & capiti noxias fieri hac conditurâ vult *Bruyer. de re cibaria 11, 40. Fumanell. de senum Regim. 10. §. 2.* Hodiè *Turcas* uvas maturas cum sinapi & farina molita conspersas injecto *musto* quàm recentissimô conservare in dolio, easq; admodùm sapidas esse propriâ experientiâ confirmat. *Gisl. Busbequ. Legat. Turc. ep. 1. p. 92.* Asservant in *Defructo* alii. *Porta Mag. 4, 10. §. 11.* alii in *vini fæce ibid. §. 16. J. G. Schenck. in MSS.* suis ab amico communicatis sequenti modô per annum integrum incorruptas permanere docet, *beneficiô Salis Balsamici proprii*: Sarmenta ejusdem Vitis uruntur scilicet in cineres, inde paratur Lixivium, quod colatur, & in ollâ novâ ad ignem ponitur ut ebulliat, cui bullienti ferventique uvæ asservandæ imprimuntur statim ac citò exprimuntur; & suspenduntur in loco qui ob hiemis frigus eas oblædere nequit. *Quosdam ad Solem parum passas aquâ cœlesti* condere, non infrequens est. Sed *de passis cap. seq.* Additione Rerum Liquidarum.

2. In ipsa Vite ad hue servatæ. *Sine ullis vasis* in vite servabiles sunt *Duracinæ*; *Muscatula* verò sive *Apiana* licèt carnosa sit, ut de ea *Poëta* canat:

Cùm referam Moschum meritò *Muscatula* dicor;

Ex me ne quæras pocula, quære cibum.

Attamen maturè legenda est, ne fiat præda apum, ventorum, pluviarum. Meminit *servatarum in vite Juv.* 11, 71. *Alii* quòd sciant picis austeritatem in doliis amphorisve duratricem firmitatem uvis donare, eapropter in vite ipsâ, pediculo infuso pice novam sobolem expectant. V. *Porta Mag. N.* 4, 1, 3. & 4. *qui* 4, 4, 8. & *cap.* 5. §. 12. quoque docet, *quô tempore uvæ colligendæ* sint, quæ asservationi idoneæ? Plures *modos* præcipuè recentium servandarum *V. ap. Pallad.* 12. *Nov. c.* 12. *Plin.* 15, 17. & 22, 1. copiosè apud *Ruell. l.* 1. *de stirp. Histor. cap.* 143, & præcipuè apud *Olivarium Serranum in Theatr. Agricult.* quem Laudat *Isaac. Grangæus Comm. in Juv.* 11, 17. De passis & *calore fumi siccatis infra* cap. seq.

Utendi modus. *Nunc ad Uvarum recentium usum*, ubi notandum, *ante comestionem* diligenter *abluendas* esse, aliàs ab araneis, bufone, serpente infectæ varia inferre possunt Symptomata, ut exemplô illustrat *Hildan.* 5. *obs.* 39. *Rejiciendi* quoque *arilli* & *folliculi*, quia impediunt citum succi transitum; Si enim in ventre diu more-

moretur succus, crudi generantur humores, qui non facilè in bonum transeunt sangvinem, imò exiguam aut nullam in ventre semina & vinacea acquirunt alterationem. *Vid. Joh. Mich: Savanarol. Pract. Maj. Tr. 2, cap. 3. §. 23.*

De *Viribus uvarum* notandum, præsertim cùm perfectè maturuerint, inter autumnales fructus uvas principatum obtinere, quòd plus nutriant, quàm alii, minimumque pravi succi contineant. *Gal. 2. de aliment. facult. 9.* Ex *Diversitate* autem *succi* fit, ut quædam magis nutriant reliquis; quibus parùm succi, multum verò carnis inest, ut Escariis, Muscatulis &c. illæ magis alunt, ut etiam uvæ minutiores, quæ quoque meracius exhibent vinum; quoniam grandiores gulonum ritu plus humoris sibi assumserunt, quàm valeant percoquere, hinc grandiores dilutius & nutrimentum & vinum exhibent. *V. Cœl. Rhodig. 28, 37. f.* Temperamentum & Vires.

Uvas recentes citò nutrire authoritate Galeni, & exemplô eorum qui vindemiæ tempore vitibus conservandis præsint, statim impingvescant, sed paulò pôst ad priorem corporis habitum redeant, docet *Bertin. in Medic. Univ. l. 9. cap. 6. Succosæ* ventrem affatim dejiciunt, *carnosæ* alvô minus idoneæ, licèt valentiùs prioribus nutriant. *Maturæ* Usus Diæteticus Quæ, Quib9, Quando, conveniat.

Uvæ optimæ nota. ergò, aut (si quid maturitati in vite deest) suspensione correctæ, albæ, subtilis corticis, dulcis saporis, rariorum acinorum, montanæ, in locis calidioribus natæ, pro esu omnibus præferendæ sunt.

Uvarū noxa. *V. Fumanell. de senum Regim. 10. §. 2. Austeræ* tamen, *acidæ*, vel aquosioris succi ventriculum & intestina inflant, ructus creant, frigidum succum generant, & si diutiùs in ventre morentur & corrumpantur, Colicam, Diarrhæam, *Dysenteriam* excitant. *V. Forest. 22, 3.*

Nocēt Dysentericis. Sunt quidem aliqui, qui uvas recentes Dysentericis commendent, quòd alvum laxando acres humores Dysenteriam excitantes, simul educāt, sed quia non simul adstringūt, ut myrobal. & Rhabarb; rectiùs earum usum in hoc morbo improbat Eruditiss. *Döring. ap. Hildan. 3. 66. f. 45. Villanovan. Comm. ad cap. 9. Schol. Salernitā. Innoxias pro esu fieri uvas* docet, si ante usum earū ad horam in aquâ fervidâ servētur maceratæ, pòst frigidâ ablutæ comedantur.

Quomodò noxa Uvarū corrigenda.

Nocēt post Cibum. Imprimis ut de omnibus fructib⁹ horariis laxantibus observandum, *uvas cibis præmittendas esse*, ita enim alvum subducunt; Si verò post alios cibos, perversô bellariorum more, adhibeantur, celerrimè unà cum aliis cibis corrumpi. *Christ. à Vega l. 2. art. med. s. 3. cap. 6. f. 250. Amore correptis uvarum* esum prohibet, quia distentô ore ventriculi ex earum

Nocēt Amatoribus.

rum esu cordis fiat compressio, undè suspirare non valeant: *Avicena* tamen *l. 3. Fen. 20. tr. 1. cap. 18.* ad coitum uvas dulces recentes commendat, quòd repleant Sagvinem humiditate, & ventositate cum caliditate & spissitudine cibi.

Ratione temperamenti variant *uvæ*, dum *calidæ* sunt dulces & alvum laxant; *frigidæ* austeræ & acidæ, *mediæ inter* calid. & frigid. *vinosæ*; *Ponticæ* verò *& acerbæ* penitùs ab esu removendæ, quia nunquam mitescunt. Vinosas *Savanarola. l. 4. §. 23. Muzas* vocat, & authoritate *Avicen.* omnes uvas vesicæ nocere affirmat. Uvas plurimis cibis incoqui ab Apicianis apparitoribus, quotidiana confirmat experientia. Uvarum temperamentum.

Pro medicamento alimentoso ægris & sanis acceptissimo condiri solent *uvæ*. *Itali* ex communicatione *D. Petri Castri in MSS.* Uvas benè maturas granulatim separant à botro, ad ignem in pelvi ponunt, donec crepent, & quasi totæ dissolvantur, mox cochleari perforatô separantur folliculi & acini, atque exprimuntur, qui remanet liquor ampliùs coquitur, donec consistentiam acquirat, qui simul comparet gratissimam aciditatem. Paulò aliter *Galli* referente *Claud. Deodato in Pantheo Hyg. l. 1. cap. 30. Uvis* maturis succum exprimunt, sæpiùs colant, donec Uvæ cōditæ, Italorum. Gallorum.

 pellu-

pellucidus evadat, tunc affundunt uvis carnosis rubellis moschatellinis, coq. in aheno, premunt, versant, dein per colum trajiciunt, ut grana succedant cum pelliculis.

Usus Medic. & Composita ex Uvis. *Medicamenta quoque ex Racemis* parantur *integris.*

Acetum ex iisdem parat *Porta 4. Mag. Nat. 22. §. 11.*

Acetū Ungvētum. Ex *Racemis vini* nigerrimi coctis in vase terreo cum butyr. & cera colatisqve omnibus, addendo rad. Anchus. q.s. præparatur *Ungv.* rubrum egregium ad siccitatem & fissuras labiorum, quô fœmina illustris *Cathar. de Compari* in Italia usa est.

Suffumigiū. Ex *Uvis putridis D. Petr. Castro in praxi MSS.* prunis injectis *Suffumigium* adhibet ad provocanda menstrua, Lochia, secundinas probatissimum, exceptum per oblongum canalem infundibulo septies in die quadrantis spatio.

Menstruum secretum. Tandem notetur *Petr. Poterium Chymic.* exercitatissimum *Pharm. Spagyr. l. 2. cap. 6. pag. 122. Menstruum secretum* elaborare ex vitis uvæq; racemis vindemiarum tempore, ad parandos cum eo *Crystallos* balsamicos *Salis* dulces, qui sunt magnus in Chymiâ Thesaurus.

CAPUT

CAPUT III.

DE FRUCTU VITIS MATURO PASSO, SEU DE UVIS PASSIS.

Uva matura, ut ætatem ferat, & ad remotas oras transferri posſit, variis exſiccatur modis, & *paſſa* dicitur, non à patiendo ſolem, ſed quòd expandatur. *Dalechamp. in Plin. 14, 1. Petron. ſat. pag. 81.* vocatur Uva paſsis racemis. *Fumanell. de Senum Regim. cap. 10.* uva ſuſpenſa. Habet eundem reſpectum ad uvam recentem, ut caricæ ad Ficus. Quia rugoſæ ſunt & flaccidæ *uvæ paſſæ, ſenes* invalidi *paſſi* vocantur à Lucilio; *V. Eraſm. Adag. f. 1623.* & de extenuata, quæ perlucet inſtar Lucernæ Punicæ *Virg. in Luſ. Priap. Epigr. 33.* Uvis aridiorem puellam paſsis vocat. Quia autem ut plurimùm *ſuſpenduntur uvæ* cratibus ad exſiccandum, ideò *Plaut. in Pœn. 1, 2, 99, Uvas paſſas penſiles* vocat homines trium litterarum, & Crucis Candidatos. *Gallis* uvæ paſſæ vocantur *Raiſins de Cabaz, Raiſin Confiz.*

Uva matura paſſa. Etymologia. Synonymia. Adagia de Uva Paſſa. 1. 2. 3.

Differunt invicem Uvæ paſſæ.

1. Ratione modi exſiccationis; Vivarienſes populi *Galliæ* Narbonenſis uvas per vindemiam lectas foliis vitium implicitas atque involutas, furnô ſiccare, author eſt *Bruyerin 11. de Re*

Differentiæ Paſſarũ 1. Ratione Exſiccationis. in Gallia.

in Italia. *de Re Cib. 40.* *Italicæ* paucæ à sole, plurimæ in fumo beneficiô ignis calorem ejus leniorem passæ siccantur; qualesRomã deportantur ex agro *Narniẽsi*. exAmeriâRomę vicinâ, quæ tamenCorinthicis minùs humectãt. Habẽt *Itali*

Uvæ coctæ. insuper *uvas coctas*, quas vulgus vehemẽtiori igne exsiccat, & plane perassat, quæ ferè saltem coquorum condimentis relinquuntur.

Olim in Officinis Fabrorum siccatæ. Apud *Veteres furnô siccatæ in Officinis-fabrorum*, quas *Cœl. Aurel. 4. Diuturn. pass. 5. Uvas fabriles* vocat, præcipuè *uvam Albanam* qvam *Horat. 2. s. 4, 72.* inde fumô duratam apellat, & ad Diarrhæas, quia ferè nil præter folliculum habebat adstringentem, adhibebant. *V. Mercur. 4. Var. 2.*

in Silesia. *In Silesia* nostrâ (ubi ferè comestionis gratiâ vites saltem coluntur) singuli acini ligneis furcellis infixi in umbrâ siccantur, & inter Tragemata Conviviorum apparatus claudunt. Communissimi in vitiferis Regionibus sunt modi sequentes, quos

in Hispania. recenset *Cyprian. Eichovius in Delit. Hispan. pag. 43. in Descript: Urbis Castamæ, & Casp. ab Ens in Delit. Apod. Hisp. pag. 59.* Referunt

ad Solẽ in vite. Mauros parare unô modô *in Vite ipsâ* cæruleas Uvas, & vocare *Passa de Sol, Uvam Passam Solis*, quando botrum ad id destinatum sinunt maturescere, dein pedunculum Uvæ abscindunt ad medium, ita ut humor radicalis illam amplius penetrare nequeat, in pampino tamen & vite pensilis maneat, tunc calore

Solis exsiccatur Uva, colligitur & in vasa reconditur. Alterô modô dicitur *Passa di Lexia* dùm ex Sarmentorum cineribus in magnis vasis Lixivium parant, unamquamque Uvam sigillatim huic Lixiviô immergunt, eas dein in aream obductam, beneque purgatam ad id in vineâ adornatam in meridiem collocant, ibique in eas Lixiviò conspersas Solis radii operantur, has siccatas & à Sole sufficientur coctas Corbibus infarciunt, hinc *Uvæ Corbeæ, Passa Gorbea*, dicuntur, quô pactô Ficus Corbeas cum Lixiv. ramorum aridorum ex Ficubus amputatorum parant. Hic modus Colum. quoque usitatus fuit. *V. Colum. 12. R. R. 16. Græcis Passa quæ in Vite* siccatur πατηθεῖσα σαφυλὴ quasi conculcata, dum ob resiccationem conculcatis simills: quæ verò in cratib⁹ aut area dicitur Θηλοπεδευθεῖσα σαφυλὴ. *Gorr. Def. Med. f. 179.* Θηλόπεδον enim *locus* in quo Uvæ siccantur ἀπὸ τοῦ θέρεσθαι ἐν τῷ ἡλίῳ καὶ τῷ πέδῳ. *Apud Monspessulanos* vidi Uvas parare, qui racemos binos hinc illinc ligatos (vitiosis acinis forfice detractis) ferventi Lixivio additô Oleô pauxillô immergunt, ut flaccescant tantùm & corrugentur, dein perticis imponunt, ut siccescant, & pòst biduum triduumve insolant.

extra Vitem in Lixivio.

2. *Ratione Magnitudinis* quædam sunt *Maximæ*, carnosæ ex Uva Bumaste, cujus acini præter

2. Ratione Magnitudinis

Maximæ. præter modum ampli, crafsi oblongi. *Camer. Hort. Med. p. 181. Orientales*, Arab. *Zibib, Zizivæ, & Sclavæ* è Damafco Syriæ afferuntur, unde & *Damafcenæ*, colore nigræ, fine nucleis, quales olim tempore *Gal. Ciliſſæ* coloris fubflavi. Paffæ Magnæ *Paſſæ Magnæ* funt *Scybeliticæ* dulces cum nucleis, *Cypriæ, Creticæ*, hodiè & *Corcyreæ*, quæ eò præftantiores quò generofiores vites ex quibus decerptæ. *Matthiol. l. 5. ep. 17. f. 389.* Ufu *Zizivas* convenire cum Italicis Pafsis vult *Marard. 5. epiſt. 3. f. 67.* nullæ enim in Ufu à colore & magnitudine, fed ratione faporis & arillorum funt differentiæ, *Matthiol. Comm. in Diofc. 5, 4.* Hæ omnes dicuntur *Paſſæ*.

Parvæ, Paffulæ Corinthiacæ. *Parvæ Uvæ*, *Paſſulæ* dicuntur, funtque vel *nigræ ultra marinæ Corinthiacæ* dictæ, Meertraublein/ Gall. *Raiſins de Corinthe* (has *Zazynthias* potiùs dicendas, cùm indè maximâ copiâ Venetias aduehantur, vult *Th. Jordan. de Peſt. phænom. tr. 3. cap. 6. p. 478.*) In *Italiâ* celebres *Romaniæ* (hoc nomine enim Peloponefi pars ubi Corinthus eft, indigitatur) *Manard. l. 11. ep. 2.* ex Ægæi Maris Infulis in vafculis Venetias deferuntur: hæ Uvæ in Peloponefo fub fole per Autumnum relinquuntur pluribus diebus in brevibus Vitibus, fic repercuffu ipsô caloris à genuino Solo exficcantur. *Cruſ. in Turcogræc. l. 3. pap. 3. ſ. 275.* attefta-

attestatur eas in *Zazyntho* Insula nasci cum racemis more aliarum Vitium, nec à nostris differre, nisi quòd racemi valdè longi sint, & parvulas habeāt Uvas, esse ibi ad mare domus horreis similes lapide & argillâ ædificatas hujusmodi plenas Uvarum. Et quia tales Uvæ ex communi Orbis Emporio Alexandriâ copiosè devehūtur, *Alexandrinæ* quoq; vocantur. *V. supra. l. 1. c. 1. §. 11.*

Vel sunt quoque *parvæ Italicæ albæ dulces*, vel *subausteræ*. & *non paucæ* etiam *nigræ dulciores*, quas Corinthicis quidem similes esse vult *Aloys. Mundell. ep. 2. pag. 64.* differre tamen quòd non adeò dulces sint, nec à Solis intensô calore siccatæ, ut plurimum etiam ut suprà dictum vel levi Sole vel intensô furni calore humiditate spoliantur. Tales *hodiè* in *Italia* ut plurimùm ex *Vvâ Itriolâ*, cujus meminit *Plin. 14, 3.* seu *Passerina* quæ hodiè in Picenis & in apricis Apennini delicatè crescit. De hâc *Passerina Vva* ita scribit *Leon. Albert. in Descript. Ital. l. 3. f. 155.* Apparent circa Narniam, inquit, intra Apenninum Pergulanæ vites, qua *Passerinam* Uvam dictam ferunt, modicô granô, nullis intus acinis, quæ diligenter siccata Romæ parem æstimationis gradum cum *Neapolitana Epiri* obtinet, quanquam illa nigra sit, hæc alba. *Et ib. f. 145.* In umbria circa *Americam* (cujus *Vites* laudati Italicæ

dat *Virg. 1. G. 265.*) & S. Geminianum Uva exiguô granô ac sine acinis *Passerina* quoqve dicta, qvæ non solùm recens, sed & sicca palato est gratissima.

Persarum Passulæ Kischmisch dictæ Corinthiis paulò majores, coloris subflavi sunt. *V. Olear. Itin. Pers. l. 5. c. 9.*

3. Ratione Nucleorum. 3. *Ratione Nucleorum & folliculorum* Corinthiacæ & Italicæ parvæ, quia non magnis abundant vinaceis antiquorum Passis, quas sine arillis fuisse ex Gal. patet, substitui posse, censet, *Mundell. l. a. p. 64.*

Quia tamen *Passulæ* comedantur cum arillis *Matth. Comm. in Diosc. 5, 4.* dubitat eas alvum movere posse, præcipuè si longô temporis tractû succi bonam partem amiserint. Nam *Passæ* quæ *minimum carnis habent*, plurimum verò Cutis, corticis, nucleorum, quòd adstringentis naturæ & siccæ sint, certissimum est, hinc dysentericis & cœliacis potiùs quàm pectoris affectibus conveniunt. *Mundell. l. a. pag. 63. V. Eund. pluribus differentem an Recent. Passæ cum Antiquorum enucleatis*, & quænam cum iis *conveniant?*

4. Ratione saporis. 4. *Ratione saporis* plurimùm variant, ex quo dependet eorum legitimus usus. Imitantur saporem Uvarum ex qvibus paratæ fuerunt, plurimæ sunt *dulces calidiores*, ex qvibus validius alunt *Passæ Hispanicæ* pingves *Valen-*

Valentinæ & *à Valdericote*, & quæ *ab Almenar* portantur, quarum quædam unum tantùm habent granum. *Vega. L.2. ſ.3. Art. Med. cap.5. ſ. 251.* Aliæ *quæ non ita Carnoſæ parùm alunt*, & molliorem carnem generant. *Chr. Guarinon. Conſ. 466. Auſteræ* auſterum præbent alimentum, quæ autem *utriuſq; naturæ* participes *dulco-acidæ*, miſtæ ſunt facultatis *V. Gal. 2. de Alim. fac. cap. 10. Fumanell. de ſen. Reg. 10, ſ. 3.* Sunt quædam *acerbi & pontici ſaporis*, quas *Baver. Conſ. 24.* quòd roborent & adſtringant præ reliquis in intemperie Hepatis calida prodeſſe aſſerit.

5. *Ratione Vſus* adhibitæ *paſſulæ vel pro Cibo, vel pro parando vino paſſo, vel pro medicamento.* 5. Ratione Uſus inſerviunt Paſſæ.

Vt cibus alimentum ſuggerens rectè paſſas *ſecundæ menſæ convenire* docet *Avic. 3. f. 13, tr. 2. cap. 35.* quia in eis eſt abſterſoria facultas, imò ſi poſt cibos reliquos ſumantur, Ventriculus ob earum adſtrictionem quandam corroboratus validior redditur ad præſtandam facilem aluum. *Mundell. ep. 2. pag. 67.* ſenibus ſunt appoſitiſſimæ, non ſolùm propter firmandum Ventriculum, ſed quòd alant humefaciantque eorum viſcera. *Guarinon. conſ. 73.* præcipuè, quæ tenui cortice ſunt præditæ, uberrimè alunt. *Bertin. 18. Univ. Med. 8.* Easdem *in curatione morbi Gallici* rectè adhiberi, 1. pro Cibo.

hiberi, quòd contemperent viſcera decocti ſiccantis uſu æſtuantia, *V. Fallop. de morb. Gall. cap.56. & Venuſt. Conſ. 21. Vires roborant*, ſi paſſulæ inter duas patinas evulſis nucleis priùs cum ſacch. & aq. Roſ. & cinnam. ad prunas coquantur. *Cl. Deodatus in Panth. Hyg. l.1. c.30.* Quâ ratione Auguſtani parant *panem* paſſulis & vino incoctum, & butyro frixum vocantq; Weinbeer geſchmalzen Brodt oder Reſter *Hechſtetter. dec.5. obſ.3. Panem* ex ſola farina cum ſale & *paſſulis* confectum *Podagricis* commendat *J. Cæſ. Claudin. Conſ. 39.*

Conditura cum Paſſulis. Ad *condiendos innumeros alios cibos* coqui Gulæ ſervientes *Paſſulis* utuntur, quorum numerus eſt tantus,

Quam magnus numerus Libyſſæ harenæ,
Aut quam ſidera multa cum tacet nox.

Ex piſcibus Tineas & Auratas incoctas ſapidiores fieri *Hypp. Salvian. T. 1. Hiſt. Aq. h. 19. & h. 57.* confirmat: Iisdem *cappares conditas acetô* corrigunt, ut Lieni meliùs proſint, nec Ventriculo obſint, & vel ad Cappar. ℔iij. aſſumunt. Paſſul. Cor. ℔. j. reponunt in ℔. j. Sacch. fuſi cum Cinnam. ℥ß. infundendo aliquid aceti: *Petr. à Caſtro in MSS.* vel etiam baccar. geniſtæ. ℔iij. *Paſs. Cor.* ℔j. in ſ. q. Sacch. in Aq. borrag. ſol. addunt Acet. ℥ij. cinnam. ʒij. *Rod. à Caſtro de morb. mul. T.2. l. 2. ſ.3. cap.5. Jod. VVillich. Art. Mag. cap.46.* ex

pyris

pyris Apronianis cum *Uvis passis*, ficubus & pane ſemidalite vino maceratis Uſtulatum parat jucundi ſaporis, qvi *Id. c. 66.* ganeones *embamma* conficere narrat ex decoct. Uvis & ficub. in vino, cui ſinapi juſtô modô attemperatum & pulv. Cinnam. addatur; vocariq; *Moſtardam*. Hiſpani dùm ſuam *Paſtam* Regiam, qvàm *Manſar Blanco* vocant, apparant, ut eâ poſtremis epulis cum grata dulcedine roboretur ſtomachus, & ſvavitas anhelitûs concilietur Rec. pulp. alar. perdic. & capon. cocti (interdum Pulp. Cancr. aut Locuſt.) aã ℥jv Amygd. d. Pinear. rec. aã ℥iij Sacchari Penidiat. aã. ℥ij. *Uvar. Paſſar.* mundat. dactyl. à fibris purg. aã. ʒiij. Sacch. in Aq. Roſ. ſol. q. ſ. pro paſta, additur moſch. & Ambr. aliquid, coq. in furno ad modum Mazæpanis (ita enim rectiùs quàm Martios panes nominari vult *Baccius* de Conviv. Antiq. l. 4. f. 158. quod ſucceſſerint in locum mazæ placentæ olim ex farina, oleo, aq. & lacte confectæ, de qua *Suidas*.) *P. à Caſtro. in Coll. MSS.* Uſtulatum. Moſtarda. Manſar blanco.

Cupedinarii *Itali cum paſsis* tàm utilitatis, quàm jucunditatis ergò *Tragemata* ſua conſtruunt. *Patavinorum Pani Speciali* dicti Reci. Uvar. paſſar. ℔. ij. mell. ℔. 20. Nuc. ℔iij. Pinear. ℔ j. Zinzib. ℔. ij. cinnam. ℥vj. caryophyll. ℥j. Panis grattati, hoc eſt minutim fracti q. ſ. *Pane forte* quæ noſtris Pfefferkuchen / Rec. Tragemata Italorum cũ Paſſulis. 1. Panis Spec. a. li Patav. 2. Panis forte.

Rec. mell. ℔. v. Syr. facch. ſ. mielazzo ℔. x Uvar. paſs. ℔. jv. Aurant cond. ℔ij. Canell. ℥jv. Piper tuſ. ℥vß. Amygd. groſsè contuſ. & pane grattat. q. ſ. fit paſta durior in furno

3. Spongade. ſiccanda. *Ad Spongadas*; Rec. Uvar. Paſs. ℔jv. Panis biſcoct. cort. aurant. cond. aã. ℔. vj. Canell. ℥iv. caryophyll. ℥ij. Pinear. ℔. v. piper. tuſi ℥iij. croc. ℥ß. mell. alb. ℔. xxv. Syr. Sacchar. ℔. xij. furfur. ℔x. floris farin. q. ſ. pro incorpor. paſtæ, quæ fiat cum Aq. roſ.

4. Fogazette. Roſar. Ad aliam ſpeciem bellariorum *Fogazette* dictam Rec. mell. ℔. xxij. Uvar. paſs. ℔. vj. Panis biſcoct. ℔. xv. Cort. aurant. ℔. viij. Conſeru. Citronat. ℔. vij. Amygd. ℔. iv. Zinzib. ℥iß. piper. tuſi ℥ß. caryophyll. ʒij. cinnam. ℥ß. ſed *manum de Tabula*, ne longâ dulciariorum narratione Lectoribus nauſea moveatur, ex uberrimo paſſularum proventu, de uſu earum culinari Racematio hæc levicula ſufficiat, quam in Italia fidelis Amici communicatio ſuppeditavit.

2. Ad Potum unde Vinum Paſſum. *Paſſulæ* ſi conſiderantur reſpectû habitô *ad potum*, ex iis olim, & nunc parari, quod *paſſum* dicitur, *Vinum* ab optimis Authoribus annotatum invenimus. Eſt illud *Dulce*, Græcis in ſpecie γλυκὺ dictum, *Paſſum*, quod paretur à rugoſa & ſicca ſeu paſſa Uva, quæ vel in palmitibus aduſta & conculcata, aut in ſolata eſt. *Dioſc. 5, 9. Plin. 14, 9. Pallad. Octobr. cap. 19.*

e,19,29. Colum. 19,39. Plaut. Pseud. 2,4,51. Erat vel *primariū* quod vinosissimū propter evaporationē omnis aquositatis à fervore Solis, & dulcissimum propter excoctionem: *vel secundarium dilutum* propter admixtam aqvam & turbidum, propter crassamentum, quia majore vi expressum. *Joh. Ant. Lindanus Select. Med. l. 1. ex 10.* Paratum *Passum* potissimum ex *Uva Apiana* seu *Moschatula Plin. 14,9.* hinc *Passum Muscatellinum*, quod Galeno ignotum fuisse *Chr. à Vega l. 2. Art. med. s. 3. c. 2.* & *Mercat. l. 1. de Indic. c. 2. volunt, Zacutus* verò *l. 3. Princ. Hist. 69. q. 40.* Galenum hoc sub vini aromatici nomine novisse statuit. Adhibita quoque fuit *Uva Psythia* seu *Vitis Græcula Virg. 2. G. 93. & 4. G. 269.* & *Stat. 4. Sylv. 9. vers. 38.* & Passum Psythiis suis recoctum. V. *Colum. 3, 2.* Indè Vinum *Melampsythium* Pasi species. Nobilissimum parabatur *passum in Creta*, quod *Juv. 14, 272. Pingue* vocat. Hoc *Galeno* cognitum fuisse probat *Zacut. l. a.* cujus varios parandi modos V. *apud Ruell. 1. de Nat. stirp. c. 143. Valleriol. 2. Loc. Com. cap. 7. Manard. l. 14. epist. 3. Horat. Augen. T. 1. l. 12. Ep. 3. Nonn. 4. de Re cibar c. 13.* Laudat *Scribon. Largus c. 4. §. 30. Gal. de Med. s. loc. 4, 7.* quò exsicciore uva expressum, eò valentius fuit. *Cels. 2, 18.* Adhuc in *Creta* Insulani Passum parant, Lusitanis

Duplex Passum Primarium. Secundarium

Ex qva Uva paratum.

Creticum.

nis *Malvasia* dictum *Manard.14. ep. 21.* more antiquô Uvas in Vite passas vel contortis pediculis, ac extremis pampinis, vel conspersis in suspensa crate pertenui gypsô 7. dierum spatio, comprimentes, unde Vinum selectissimum Passum Creticum seu Malvasia de Candia excipiunt. *Bacc. l. 1. de Vin. c. 9. f. 14.*

Passum Neapolitanũ. Hodiè quoque *Eod. teste. l. 5. f. 225. circa Neapolin Muscatulum passum* ex semipassis Uvis Muscatis musto proprio injectis, ut simul

Picenũ. ebulliant, parant. *Piceni* autem non ex solis Muscatis, sed ex optimo genere Uvas albas simul & nigras supra cratem levi subditâ stipulâ extendunt, per 9. dies emaceratas in musto ebullientes passum Muscatellum efficiunt. *Id. Bacc. f. 254.*

Passum Hungarorum. Circa *Toccavium in Hungaria* ex generosissimis Uvis semipassis, quas unà cum nobilioribus succosis Uvis in torcular injiciunt maximè generosum exprimere Vinum, Transsylvanis usitatum esse, narravit mihi oculatus testis antè laudatus *D. Matth. Held*, qvod carissimo pretio & nonnisi familiarib⁹ Amicis divẽdant: De *ejus Usu vide notatu dignam Historiam infra l. 2. s. 6. membr. 2. cap. 6. de Vini Usu in Morbis Cordis.* *Passo affine* fuit *Vinum Diachyton. Plin. 14, 9. & Hypochyton. Athen. 1, 24.*

Passi Usus. *Passum* commendatum *ad Venenum* Buprestis. *Scribon. Largus. 58. §. 190.* Ad *arcendam arefactionem* & salsedinem

nem commendat *Baco Verulam. Hist. Vit. & mort. pag. 313. Non inebriat* passum, indè fœminis Romanis, quibus aliud Vinum prohibitum, fuit concessum, teste *Gell. N. A. 10, 23.* cùm tale *dulce Vinum vini nomine* eapropter *indignum* judicet *Mercur. tr. de Vin. & Aq. cap. 4.* Antiqui tanquam saluti humanæ & morbis arcendis convenientissimum *Passum* omni sexui & ætati exhibebant. *Mercur. 1. Var. Lect. 17.* Imitantur *Turcæ* vinum *Passum* potione suâ Arabico nomine *sorbet* dicta ex Uva passa molâ subacta & contrita parata, dùm illam injiciunt Vasi ligneo superfundendo certam portionem calentis aquæ, miscendo, & Vase tectô defervendo per aliquot dies, peractâ fermentatione, quod antè velut insipidum, fit acidi saporis quod dulci mixtum vehementer palato blanditur, ut describit *Busbeq. ep. 1. pag. 91.* Parùm ab hoc differt *Vinum Passulatum*, quod ex uva passa cum calente aqua parat *Fioravant. in Secret. Rat. l. 5. c. 47. Deodat. Panth. l. 1. cap. 30.* & *ex Damascenis* nucleis repurgatis *Mizald. de Vin. Med. Gubert. med. off. p. 679. Porta 4. Mag. N. 21. 9.* Quidam *ex Damascenis* parant *Vinum Passulatum* seq. methodô & *Vinum Salomonis* appellant: *Passas Damasc.* E. G. ℔. 30. exacin. coq. cum 18. mensur. parvis (Stübgen) exprimunt, colaturam cùm ℔. 10. Sacch. clarificant,

Passum Turcarum.

Vinum Passulatum ex Passulis ex Damascenis.

Vinum Passulatum ex Damascenis.

Vinum Salomonis

rificant, addunt fœcum Cerevis. cochlear. 12. reponũt ad fermentat. interdũ mensuras aliquot vini adiiciunt, fermentatione peractâ in dolium diffundunt, ut optimè repleatur, initio sapit instar musti ex vino Pucino (Reſell) si verò per 8. septimanas asservetur instar alterius vini, defœcatur & clarefit, sed citius inebriat. Aliud *Vinum Passulatum* in plurimis morbis utile, sapore gustui blandiens, colore & odore arridens ita paratur *à Raym. Minder. de Pest. cap. 18. pag. 359.* Passul. sc. mundat. ℥vj. affundit Aq. font. feru. ℔. ij. infundit donec refrigerentur, pòst affundit vini alb. ℔. iß. ubi per 8. hor. steterint colatur, sæpius per manicam Hipp. in quo Cinnam. pro ægri & morbi conditione vini quantitas augeri vel minui potest.

Vinum Passulatum è Corinthiis.

3. Usus Medicus simplex

Instar Medicamenti Passæ cumplurimis adhibentur morbis, & pro diversitate saporum diversimode operantur.

Internus.

Internè passulæ refrigerant, humectant, laxant, leniunt, sitim extinguunt, ardorem contemperant in febribus. *Hepati* imprimis dicatæ, ad emendandam illius imbecillitatẽ *Avic. 3. f. 14. tr. 1. c. 20. & tr. 2. c. 3.* Undè amica medicina hepatis dicuntur. *ib.* & fluxui hepatico quoque medentur. *Id. 3. f. 16. tr. 2. c. 1. V. Guarin. Consf. 117.* Ad Hepatis obstructiones uvas passas vel in Sole, vel in Vite contor-

to

ro pediculo triduo exiccatas laudat *Solenand. f.1.conf.12.* *Lieni* autem dulcedine suâ officiunt. *V. Schol. Salernit. cap. 42.* *Thoraci* appropriatæ. & *Renibus, ib.* hinc *Crat. conf. 153.* *Calculosis* in prima cœna Zibebas cum acinis coctas & contusas utilissimas judicat, & usitatum decoct. Rad. Alth. cum Zibeb. nephriticis exhibere, sordes enim & sabulum detergunt, meatus harum partium dilatant, & urinæ acrimoniam mitigant. In *suffusione Salom. Alberti in Brendel. conf. 30.* Uvam passam cum longo pipere jejunè comestam commendat. Ex *passa* alba cum pipere albo fit *Masticatorium* in dolore capitis. *Scribon. Largus cap. 1. §. 9.* Ad *fluxum album* Passulas *Matth. Gradi Conf. 78.* cum arillis masticatas valere, affirmat. In destillatione cum Macie *Lautembach. conf. 49.* esum Uvar. & Ficuum maximè appropriatum censet. *Passulæ* dulces cum Aq. hordei decoctæ tussi prosunt, & sitim magis leniunt. *Horst. de Vit. f. 16.*

Externè adhibentur *ad inflammat. testium* *Uvæ passæ* impositæ cum cumino *V. Scribon. Largus cap. 91. f. 233. Oribas. de Loc. aff. curat. 4, 103. Plin. 23, 1. Diosc. 5, 4.* cum fabacea superpositæ *intestinorum inflammationes* sedāt, cum ruta juncturarum ulcera, & carbunculos curant, suppurationes maturant; *Fumanell. Sylv. Bacch. cap. 3.* *Anginæ* Linimen- Externus,

tum ex passul. enucleatis lapathi acut. ficub rad. irid. aã. cum axung. porci calidè superpositum materiam extrahit. *Id. de comp. med. cap. 30.* In *imbecillitate Ventriculi* commendatur Empl. ex carnibus Passul. Dactyl. cydon. in vino malvat. coct. addito Ol. de Absinth. & mica panis assati. *Schenck. in Experim. Exot. Cent. 6. §. 75.*

Composita Medicamenta ex Passulis.

Varia *ex Passulis* conficiuntur *Remedia Composita.*

I. Ad Laxandum alvum, fœces induratas emolliendas, primas vias à vitiosis humoribus liberandas, *Passulas laxantes* componunt.

1. Ad Laxand Alvum 1. in forma Elect. Passulæ Laxantes variorum Authorum.

1. In forma Electuarii. Mizald. in Fruct. medic. cap. 11. pag. 29. purgatricem vim ipsis conciliat affusione decoct. sarmentorum vitis, in quo purgantia macerata fuerunt. *Diomed. Cornar. consi. 9. pag. 80.* Passulas Italic. minores in aq. font. unicâ ebullitione coctas cum saccharo rubro ad alui stypticitatem condire jubet.

Simplicissimus modus est Passul. coq. donec
intumescant post diagrid. in vino albo sol. &
1. per setaceum trajecti ʒij. inspergunt passul. ℥j.
2. dùm adhuc calent, miscent invicem & siccant
3.
4. ad ☉m. Diversos modos *Passul. laxant. V. ap. Joh. Freitag. Auror. Med. l. 3. cap. 7. Ang. Salam*

Lam in 🜿rol.*f.1. cap.8. Mynficht. Armam. f.* *14.pag.247.Gruling. Flori.l.f.5. cap.14. p.111.* *Zvvölff. App.Ph.Reg.f.6.& 7. Thoner l.3.obf.* *c. de Alv. conftip.obf.1.Deodat.l.1.Panth.cap.* 5.
*30. D.Mich. Döring.Phyf. Uratisl.*pro ufu Officin, ordinavit *Paffu.laxantes correctas*, quæ Rec. Fol. Senn. el. ℥iv. agaric. rec. troch. ℥ij. Troch. de Viol. f. fcammon. ℥i. Lign. faffafr. ℥ß. fem. anif. ʒij. Zinzib. ℈iv. ⊖ gemm. ʒß. decoq. in vafe terreo vitreato f. q. in æq. part. vin. Rhen. & Aq. fœnic. & card. bened. ad 3. part. confumt. In colat. cū forti exprefs. diffolv. facch. Thom. ℥jv. colant iterū, addunt Paffular. min. optimè purg. ℔. j. cremor. 🜿 ʒvj. coq. denuò in Vafe obturato, quoad paffulæ benè intumefcant, & brodiū ad Syr. confiftt. redeat, aromatifentur Aq. Cinnā. *D. Goskius* 6.
Med. Brunfw. *pro Offic. Brunfvv.* fequēti modo paravit. Rec. fol. fenn. el. ℥iß. mechoac. alb. rad. polypod. aā. ℥j. gialap. Turpeth. el. aā. ʒii. fl. cord. aā. p. iß. fem. anif. fœnic. aā. ʒiijß. Zinz. ʒij. Liquir. raf. viol. aā. ʒß. caryophyl. Refin. fcammon. aā. ʒß. infundunt per noctem in vini Rhen. q. f. manè colant. Colat. Rec. ℥xxiij. addunt mann. ℥ivß. Syr. Rof. fol. de Pom. Laxat. cremor. 🜿. aā. ℥iv. coq. ad fpifsit. fyrup. addendo paffiul. minor elect. lot. ℥xvj. Spir. Cinnam. ℈i. Ex comm. Amici per litteras 7.
Æmil. Campolongus Prof. Rom. *Paffulas laxantes*

xantes parabat ex Fol. Senn. ℥iß. vin. alb. generosi q. s. facta in fus. per ♀. & forti expressione addunrur Uvar. Pass. mundat. ℔. j.
8. Mann. elect. ℥iij. facch. opt. ℥vi. pulv. macis. cinnam. aã. ℈ij. M. ad consumt. humid. ad △m. *D. Crato Elect. de Passul.* in frequenti usu habuit, quod annotavit *D. Laur. Scholtz in MSS. Eupor.* ex fol. senn. s. s. ℥iß. in vino malvat. decoctis cum hoc decoct. m. carn. passul. per setaceum cribratarum ℥iiiß. Conf. Ros. rec. ℥i. Rhebarb. el. ʒv. Zinz. cond. ʒß.
9. cinnam. inter. ʒiii. Aliæ *passulæ cum Rhabarb. V. apud Solenandr. s. 3. cons. 21.* Ex *Zibebis* Itali
10. parant *Electuar. Alexandrinum* dictum ex earum pingviore pulpa cortice & nucleis exemtis condita Syrup. rosaceo præsertim ex Damascenis Rosis infuso, additis diagrid.
11. granulis aliquot. *D. Læsel. Prof. Regiomontanus Cybebas Laxativ.* in usu habuit, Rec. do Cybeb. maj. ℔. i. exemtis acinis singulis cybebis immitte Resin. scammon. gr. i. post adde syrup. parat. ex fol. senn. s. s. ℥iii. Turpeth. gummos. rad. gialap aã. ℥iß. aris. pp. polypod. aã. ℥i. cinnam. ℥ß. sem. fœnic. ʒii. fl. borrag. bugloss. aã. p. iii. glyzyrh. ʒiii. ebull. in s. q. vini Rhen. stent per infus. in ♀. Colat. leniter express. ℔. ii. adde Mann. Calabr. Syr. scelotyrb. Forest. aã. ℔. i. coq. in f. syr. addendo cremor. ♁ ℥iß. *Passulas Laxativas cum* infusione

infusione *florum* ℥ paravit *Hartm. Pr. p. 14.* 12.
& *Unzer. tr. de Peste l. 2. c. 6. pag. 178. Passul.* 13.
Laxat. aliquot descript. quoque exhibet
Zwölff. App. in Ph. Reg. f. 67.

2. *In forma Boli Catharcticum Passulatum* 2. In forma Boli.
describit *Mynsicht. Armam. s. 14. pag. 245.* &
Passulatum leniens Heurn. 2. meth. ad Prax. c. 20. pag. 275.

3. *Extractum Passular.* notavit *Deodat. in* 3. Extracti.
Panth. l. 1. c. 30. cui convenit hoc *Greg. Horst. l. 1. pag. 2. obs. pag. 8.* ex passul. min. q. s. in vino malvat. ad consist. pultis coctis F. Extr. cum expressione cujus ℥iii. addantur spec. aromat. ʒß. ol. Anis. g. iii. M.

4. *Conservam solutivam* Rever. *Pater, Fra-* 4. Conservæ.
ter Sidus Capucinus, alias *Cavalli Serenis. Mantuæ Ducis Archiater* crebrò exhibuit, ex Passul. Corinth. Prun. Damasc. Pomor. Appior. Cons. ros. pallid. aã. ℥iij. cremor. ♀ ℥vi. mann. Elect. ℥iv. pulv. fol. senn. mechoac. aã. ℥iii. Diagryd. ʒv. sem. anis. Cinnam. el. aã. ʒii. syr. ros. sol. ℥xx. Dos. ℥ß. ad ʒx. in pueris ʒiiß.

5. *Syrupi laxativi Passul.* qualis *Dresd.* ex 5. Syrup.
Fol. senn. s. s. ℥v. ʒii. Zinzib. ʒiij. galang. caryophyll. cinnam. aã. ʒj. incis. & contus. infunde per 3. hor. in aq. absinth. exprime, cola, adde sacch. ℥xvj. & F. s. a. syr. addendo passul. minor. ℔. j. Quales etiam *Syr. de Tribus solut. Uratisl.* cum Agaric. rhabarb. Foll. senn. cum

Passulis, item *Syr. Abstersivus Vratislav*, aliàs *Panthaleonis dictus* (qvi in Pilulario à Panthal. in Gall. edito describitur, & de qvo Syrup. fusè admodum D. *Döring*. in Disqvis. Epistol. MSS. ad Sennert. Ep. scripta 18. Mart. 1625.) in Dysenteria utilissimus constans cort. myrobal. chebul. ʒix. citrin. ʒv. Passul. unà cum lapillis contrit. ℥ij. coq. in ℔. iij ß. aq. ♂ ad cons. med. in Colat. dissolve sacch. alb. q. s. & aromatis. cinnam. acerrim. grossè contusi ʒvj. Syr. *Mercati ♂alis cum Passul*. V. *apud Freitag. 1. Aur. Med. c. 12.* Ingrediuntur *Passul.* Syr. de Cartham. s. Diaser. And. Syr. de Epithym. de Fumar. comp. de Polypod. comp. &c.

2. ad contemperandos humores. 2. *Ad contemperationes humorum* decoctū passularum ex passul. cum hordeo ficub. sem. fœnic. ejusq; rad. sem. anisi ac cicer. rubr. æq. part. addito liqviritiæ momento, fit saluberrimum pro iis quos, ut *Plauti* joco Rud. 2. 3. uti liceat, Neptun9 magnis poculis invitavit & anancéum bibere coëgit, hoc est aquam maximam copiosè hauserunt; acrimoniam enim aqvæ salsæ retundit, partes exulceratas lenit & mitigat, ut se sæpiùs cum fructu fvasisse *D. P. Castro in MSS.* testatur. Non possum hic silentio transilire *ejusdem sæpè laudati D. Castri observationem de resuscitandis in Aqvam delapsis*; ita enim ille *in Observ. MSS.* §. 30.

Observatio de iis, qui in mare aut Aqvā delapsi.

§. 30. Matrona quædam nobilis Uxor Illmi. Dn. Caspari Zanæ narravit, qvod cùm esset in aliqvo Regimine miles qvidam in mare lapsus sit, & cùm illum extraherent semimortuum, alius miles qvod alibi viderat, probare conatus est, asseverans intra 24. horas non omnimodè mori submersos, jussit itaq; submersum pronum constituere, & *baculis plantas pedum sat violenter percussit*, sic cum admiratione omnium post ejectam copiosè aqvam & sangvinem respirare cœpit & ostendere qvòd vixerit. Simile accidit Murani, *pergit. D. Castro*, cecidit infans in canalem ex incuria matris ipsum tenentis, ibiqve per aliqvod tempus remansit, extractus pòst ab omnibus pro mortuo habitus est: Mater verò hujus Nobilis Venetæ, qvæ experimentum illud in milite factum viderat, jussit similiter illum *pronum in terram extendere* & *plantas pedum baculo percutere*, inde rejectâ multâ aqvâ paulatim ad se rediit, respiravit, & sanus vixit. Et videtur suffocatio similis suffocationi uterinæ, qvâ correptæ mulieres aliqvando vivæ sepultæ sunt, ut *exempla* habet *Forest. 10. de Cerebr. morb. obs. 79.* & *Joh. Matth. Cent. Diff. Med. qvæst. 5.* Sed oportet, ut submersi ultra aliqvot horas in aq. non jacuerint. Nã ut demonstrat *Paul. Zacchias in Qvæst. Med. Legalib. l. 5. tr. 2. qvæst. 11. §. 3. & 4.* suffocati mori-

moriuntur potiùs ob cohibitam respiratio-nem, qvàm ob aqvæ ingestæ copiam.

3. In Affectibus Pectoris. 3. *In Affectibus Pectoris*, cui imprimis majores dicatæ, in Tussi, Raucedine, ac asperæ Arteriæ siccitate conferentes; *paratur* cum Passulis

1. Claretum. 1. *Claretum Passulatum* quô crebrò utitur *Exc. Dn. Joh. Michael.* Rec. herb. pulmonar. tussil. marrub. hyssop. aā. p. ij. Passul. min. vino elotar ℥ij. major. exacinat. ℥j. jujub. sebesten. aā. n. vj. Fol. Senn. f. f. Mechoac. aā. ℥j. Sem. cartham ʒß. agaric. ℈ij. cinnam. acut. ℈iß. macerat in ℔. iii. Hydromel. post clarific. per manicam Hipp. Habet qvoq; *Claretum Passulatum laxativ. Mynsicht. f. 22, p. 350.*

2. Hydromel. 2. *Hydromel Passulatum* describit *Ang. Sala in Saccharol. p. 1. c. 9.*

3. Mel passulatum. 3. *Mel passulatum* ad thoracis morbos. *Id. Sala in Append. myroth. f. 1. §. 14.*

4. Syr. Passulatus. 4. *Syrupus Passulatus D. Castri in Prax. MSS.* qvem in Tussi puerorum laudat ex passul. sine acinis M. i. Fic. pingv. n. 20. jujub. n. 60. capill. ♀ M. ii. coct. in ℔iii. aq. ad medias, & cum Sacch. & penid. aā. ℥vi. in Syrup. formam redactis.

5. Decoctum. D. Sebizii. 5. *Decoctum D. Melch. Sebizius in Prælect.* commendabat confectum ex Rad. helen. polypod. liqvirit. aā. ℥i. Uvar. Pass. Passul. Corinth. dactyl. siliq. aā ℥ß, ficuum n. viii. hord. integr.

integr. M. i. ſem. aniſ. fœnic. aā. ʒii. fl. viol. Mß. coct. in menſ. jß. aq. usque ad conſumt. unius ſchoppæ. *D. Roſa Med. & Archiater Vi-* D. Ro-
narienſ. parabat ex rad. liquirit. raſ. fænic. ſæ.
aā. ℥ß. ſem. 4. fr. maj. aā ʒij. cydon. aniſ. fænic. aā ʒiß. ſebeſt. jujub. aā n. xij. Paſſul. maj. min. enucleat. aā. ℥i. dactyl. caric. aā. n. v. gumm. Arab. tragac. aā. ʒß. fl. cord. aā. p. i. conquaſſat. coq. in Aq. font. puriſs. ℔. iv. ad conſumt. quartæ partis. *D. Freitagi, Prof.* D. Frei-
in Gröningana Brodium Chinæ paſſulatum tagi.
Phthiſicis propinabat cum fructu, ex rad. Chin. in taleol. inciſ. ℥ij. infuſ. in aq. ℔. vii. hor. 24. addito pullo gallinac. cruſta panis ſimilag. inter. paſſul. Corinth. Cochl. ß. liquirit. ʒi. capill. ♀. M. j. coct. donec pullus planè percoctus, quem exemtum tundit, decocto colato affundit & per manicam exigit, & admiſcet, addendo Sacchar. ℥iij.

6. *Lohoh de Paſſulis Aug. V. in Eor. Diſpen-* 6. Lo-
ſator. Aliud *F. F.* apud *Schrœd. l. 2. Ph. cap. 50.* hoh.
nec inconveniens hic modus, Si Paſſul. Corinth. ℥iij. aq. fœnic. ℔. i. incoq. ad ʒ. ias, contuſis & per cribrum trajectis addatur Sacch. penid. ad ℥iij. coq. ad perfect. Lohoh.

7. *Electuaria Thoracica. Deodat. in Panth.* 7. Elec-
5. 21. pag. 141. Elect. *Diabutyri* dictum com- ctuaria
ponit ex paſſul. caricis butyr. & melle ad 1. Dia-
aſthma nobile. *D. Petr. Caſtro in MSS. Praxi.* butyri.

Elect.

2. de Becchio. *Elect. de Becchio* ex rad. becchii rec. lot. mun. dat. minutim concis. ℔. i. maceratæ & coct. in aq. Becch. donec tundi possit: separatâ aquâ radic. tundit, trajectæ admiscet Pulp. passul. exemptis arill. ℥ii. pinear. Amygd. d. aã. ℥iij. Sacch. ℔. ii. coct. in decoct. Aquæ Becch. ad bonã consistentiam aspergit Pulv. Corall. marg. PP aã. ʒii. rad. becch. ℥ß. M.

3. de Styrace Passulatū. *Turquetus Med. Gall.* in Catarrho tenui incrassando utebatur *Elect. de Styrace Passulato* notante *D. Marquard. Schlegel. in MSS.* construebat ex pulp. passul. setac. traject. ℥iij. liquirit. pulv. terr. sigillat. n. moschat. assat. aã. ℈ij. styrac. calam. ʒi. & cum s. q. sacch. in Elect. formabat, aut assumta ℔. j. sacch. in Aq. Rosf. & beton. sol. Tabellas, sistebat defluxiones deglutiendo sensim circa horam somni.

4. In Affectibus Stomachi. IV. *In Affectibus stomachi* unà cum corticibus propter eorum vim adstringendi Ventriculo minimè excedentem adhiberi posse opinatur *Guarin. cons. 117.*

Ventriculum roborare testatur *Lonicer. p. 1. Herb. c. 16.* hinc in *Offic. Pharm. Uratislav.* est *Syrupus Mastichinus* ex passul. mundat. ℥iiiß. sem. anis. fœnic. aã. ℥ß. mastich. opt. ℥iß. coq. in ℔ij. aq. fœnic. ad consumt. mediet. Colat, additur Sacch. ℔. ij. F. s. a. syr.

V. In

V. *In Affectibus Hepatis* ejusque ἀτονία pa- 5. In Affecti bus Hepatis.
atur *vinum Hippocratic. Epaticum* ex Herb.
grimon. pol. cichor. aā. M. j. fl. Cichor. epat.
iob. aā. p. ij. Passul. min. ℥i. rad. Rhabarb.
nonach. ℥iß. Cichor. Scorzon aā. ℥j. macerat.
n MB. in vitro clauso cum f. q. vini Rhenan.
opt. ebulliant parum aliquoties edulcorat.
per manicam Hipp. trajicitur. Vinum passu-
latum ꝗle vide apud *Tilemannum* de ma-
teria Medica pag. 10. *Pro siti sedanda in*
Acutis morbis Parisienses utuntur delicatâ
Ptisanâ, quæ *Ptisana Lutetiana* dicta, toto ver-
tente anno in Offic. illorum Ph. prostat, &
conficitur ex hord. mund. ℥iij. glyz. ℥j. *Passul.*
& Jujub. aā. ℥ß. decoq. in. aq. ad reman. ℔ij.
per manic. Hipp. colant, addendo Sacch.
℥v. Cinnam. ℈ij. *Th. Jordan. de Pest. Phænom.*
tr. 3. cap. 6. p. 483.

Chymici ex passulis quædam, pauca licèt, Composita Chymica.
conficiunt remedia.

Fermentatum passulatum seu *Hydrosaccha-* Fermentatum.
rum passul. elegantissimum parare docet
Angel. Sala in Saccharol. pag. 1. c. 7. Sequenti
etiam methodô parari potest, sumendo Pas-
sul. minor. lot. ℥iv. Flor. ros. rubr. M. j. cichor.
p. iv. santal. rubr. ℥ß. cremor. ♀ ʒiij. macerat.
in f. q. aq. font. in MB. Col. additur parum
fermenti. Vide *Tilemannum* de Materia
Medica pag. 8.

Essen-

Essentia. Tartarus. *Essentiam* seu *Extractum* Passularum & ex iis *Sala in Tartarol. s. 2. cap. 2.* construit.

SECTIO VI.
DE PARTIBUS UVÆ, SUCCO, ARILLIS, VINACEIS.

MEMBRUM I.
DE PARTIBUS UVÆ CONFUSIS ADHUC CONSIDERATIS.

CAPUT I.
DE EXPRESSIONE SUCCI UVARUM.

Uvæ Partes variæ. Pars Principalis Succus.

UVÆ *consideratæ hactenus, ut integræ* in usum adhibentur varium, nunc in quo maximus rei cardo vertitur, in specie de *Uvarum succo* agendum est, quatenus exinde Vinum præparatur. Ubi itaque Uvæ maturuerunt, jam pubescente Lyæo (*Stat. 2. sylv. 2, 100.*) jucundum præbet spectaculum vinitorum diligentia,

Succi Expressio & VINDEMIA. Vindemiæ Diatyposis

Dùm pueri per agros, mixtæ puerisq; puellæ
Cursantes, Bacchi depopulantur opes.
Dùm Cadus ipse cado, dùm corbi corbis & areæ
Area, falx falci pulsa repulsa crepant.
Indeque dum plenis fervet vindemia prelis,
canente

canente *Joh. Aurato Prof. Regio Parif.* in *filv. var, Poemat. pag.169.* funt ex illis, qui

—— decerpunt vitibus uvas,
Et portant Calathis, celeríque illidere plãtâ
Concava faxa fuper properant, vindemia fervet.
Collibus in fumis, crebro pede rũpitur Uva, Nemesian. Eclog. 3.
Udaq; purpureo fparguntur pectora mufto.

Videre licet *alios* in altum racemos erigentes, *alios* collectas uvas in acervum portantes, *alios* plenas corbes ferentes, *alios* pedibus bene lotis torcularia ingredientes; immiffas uvas exprimentes & calcantes; *alios* prelo prementes, *alios** rauco ferventia mufta fufurro fpumantia, *alios* vinacea extrahentes, quo plurima liquoris pars in lacus fubtorcularios ejici pofsit, *alios* fpumam ad labra elevatam auferentes, *alios* vinacia in dolia immittentes ad potum faciendum familiæ, *alios* nova mufta in lagenas & dolia infundentes, imò & avidè bibentes

* Calpurn. Ecl. 1. verf. 3.

——Sibi pocula quisqve
Obvia corripiunt, quod fors dedit, hoc capit Ufus;
Concavat ille manus, palmasque in pocula vertit.
Pronus at ille lacu bibit, & crepitantibus haurit
Mufta labris. —— ——

Plenariè & *Poeticè descriptam à Baccho & Poëtis celebratam Vindemiam* vide sis *apud P. A. Canonher. de Vin. Eff. l. 1. cap. 7. à §. 41. usq. 102.* In tali *Vindemiali gaudio cantibus* simul omnia perstrepunt. Talis cantus vocatur ἐπιλήνιον ᾆσμα *Cantilena* quæ inter premendas uvas Baccho canitur. *Taubm. Comm. 2. Virg. G. 4.* Bacchus enim Lenæus dictus, quia λήνος est torcular, Lacus, cui tanquam Numen præest. *Modum cantionis* V. apud *Scalig. l. 1. Poet. cap. 55. Judæos* in vindemia cantasse patet ex *Jud. 9, 27. Jes. 16, 10. Jerem. 48, 33. Os. 2, 15.*

Vindemialis Cantus

Apud *Romanos* in Vindemiali licentia multa in Dominos jocularia vel ipsis audientibus jactari solita fuisse à vinitoribus, qui ita singulis annis Bacchi, nativitati gratulantur, testatur *Cœl. Rhod. l. 28, cap. 30.* Messalinam adulto Autumno vindemiæ simulachra celebrantem & bacchantem introducit *Tacit. 11. A. 31, 4.* Eandem *licentiam* à furientibus Vindemiatoribus adhuc in Regno Neapolit. circa Nolam exerceri, refert *Ambros. Leo in descript. Nolæ l. 3. cap. 14.* qui gestibus & obscænis verbis in quoslibet, imò in Dominos & Magistratus effutiunt, nec tamen pœnas ullas solvunt, mora loci eos absolutos ferente, ut non aliter videantur, quàm Satyri insanire.

Vindemialis Licentia.

Viatores etiam *vindemiatoribus* de via *probra injecisse* & Vinitores *Cucullos* tardos appellasse ex *Horat. 1, S. 7, 30.* & *Auson. in Idyll. 10. de Mosell. v. 164.* probat *Joseph. Laurent. in Polymathia. l. 2. diss. 41.*

Guil: Stuckius l. 1. Conv. Antiq. cap. 23, p. 94. narrat *in Gallia* & quibusdam *Germaniæ* locis eam esse *vindemiæ tempore licentiam*, ut pueri & puellæ uvas legentes, post prandium (quod pulmento ex milio confecto constat) inter se ludentes & lascivientes pueri puellarum mammam denudent, vocant hoc den Hirse dauen/Galli vocant *le choux de Vendange, Olera Vindemiæ*: & confecta Vindemia tota convivium celebrant, quod *Balneum Vindemiale* vocant Herbstbad. *Gentiles ante vindemiam Sacrificia* Libero Liberæque & vasis pressoriis quàm sanctissimè *faciebant*, quod vinitoribus præcipit quoque *Colum. l. 12. c. 18.*

Itaque *Uvæ* postquam verè *maturæ*, sunt colligendæ, quod cognoscitur si acinus præmatur, & Vinaceus exiliat nudus, citra omnem carunculæ complexum. *Heresbach. 2. R. R. pag. 153.* *Instrumenta in vindemiâ* necessaria sunt Corbes aut *Fiscinæ* die Körbe/in qvas colliguntur uvæ, post deportantur in *folium*, & *cupellum* quod deferunt capiti impositum ad *currus*, in *curru* est *magnum folium*, *Labrum* & *labellum vinarium* dictum in quo conculcantur,

Notæ Uvæ maturæ.

Instrumenta ad Vindemiá necessaria.

cantur, & poſtea *labellum* plenum Uvarum conculcatarum *ad Lacum* convehitur. *Ambroſ. Leo de Nola 3, 14. Lacus* autem *Cr. Tibull. 2, 5, 85.) Torculare*, & *Prelum* unum idemque ſunt, cujus ſtructuram deſcribit *Cato R.R. cap. 18.* aliter tamen *Vitruv. 6. Archit. 9.* Colliguntur & *labro infunduntur Uvæ vel puræ* unius generis, *aut plures* nobiliorum Uvarum, Undè *vina miſcella*, quod *in Italia*, in vinis Moſchatulis parandis, & in Vinis quibusdam Græcis mangoniſatis frequentiſsimum. Et quia ſemper *ante pede Uvæ calcandæ priusquam prelo* vinacea ſubdantur, calcatores valdè *benè purgatos pedes habere*, neque quenquam ipſorum in torculari vel edere, vel bibere, neq; ingredi neque exire ſæpiùs, præcipit *Apulej. in Geopont. l. 6. cap. 2.* Hinc ipſe *Bacchus*, qui *cothurnatus* fingebatur *Turneb. Adv. 25, 30.* admonetur, ut pedes denudet, *à Virg. 2, G. 6.*

Modus exprimendi. Vina Miſcella. Calcantium Uvas officiū.

—— nudataque muſto
Tinge novo mecum direptis crura cothurnis.

Quem locum imitatus eſt Maroni Musâ proximus ut tumulo Actius *Sannezar. 2. Eleg. 5, 7.* Qui *ingrediuntur torcular* oportet ſubligaribus eſſe tectos propter ſudores obortos, ratio eſt apud *Columel. 12, 28.* quia nulla res alienum odorem celeriùs ad ſe trahit quàm Vinum.

inum. Tandem notetur, quod *Tomasin. de* *)onar. cap. 27. pag. 198. ex Apollon. vita à Phi-* *ɪſtr. deſcripta l. 2. cap. 4.* refert *in Bacchi Tem-* *lo* ob inventionem Vini *Falces, Cophinos,* *Torcularia, cæteraq; Vindemiæ Inſtrumenta* ɪartim aurea, partim argentea ſuſpenſa fuiſ-ẽ, inſuper ſuſpenſæ *hederæ* ſeu *thyrſi*, ſacrifi-:antium *Corona* (nam ut canit Ovid. 5. Faſt. ɪerſ. 348.

Bacchus amat flores, Baccho placuiſſe coro-
nam
Ex Ariadneo ſidere noſſe poteſt.)

& *vitium* totidem *primitiæ* aſſervatæ, quot erant campi, ibi fuerunt.

CAPUT II.
DE SUCCO EXSTILLANTE, MUSTO ſcilicet ET VINIS SECUNDARIIS.

Humor ſeu ſuccus, qui ex Uvis exſtil-lat γλεῦκος *Muſtum* vocatur. Quod antè expertam vim ab uvis effluit, ducitur *Muſtum Lixivium. Colum. 12, 41.* à *Lixivii* ſimilitudine per Colum deſtil-lantis, madente cinere. *Cæl. Rhod. 28, 34, & 13, 11. Protropum* dicitur *Plin. 14, 9. Græcis* πρόχυμα *Gallis La mera goutte. Germ.* Vor-ſchuß. Tröpfflein. Vorlauff. in ſpecie in quibus-dam *Italiæ* locis *Acinatium* indigitatur ex uvis

Succus Expreſſus eſt Muſtũ. Primarium cujus varia nomina.

& duo parandi modi — uvis seu acinis sponte destillans. *apud Ligures & Insubres*, quod mire laudat *Cassiodor. 12. Var. 4.* In *Neapolitano* agro circa Vesuvium *Lachryma*, quod instar lachrymæ exstillet: *Cæsenates* autem Mustum *Virgineum*, quod nec pede nec prelo cōtactum sit, nec fæcibus contemeratum. Rustici Itali suinatura dicunt. Hoc *mustum maxime primarium* summi roboris & Virtutis. Est quoque *Mustum primarium*, quod *aliqua vi exprimitur* calcatis Uvis pedibus. Aurea cum pressos pedibus dat uva liquores. *Tibull. 2, 1, 45. & Propert. 3, 16, 18.* Cùm nova pressantes inquinat Uva pedes. Talia *Horat. 4. C. 12, 14. & Epod. 13, 8. pressa vina* vocat. *V. Tibull. 2, 5, 85.* Germ. Mitteldruck.

Secundarium duplex — *Mustum secundarium prelo* exprimitur, estque vel *tortivum*, *Gallis le pressoirage. Germ.* Nachdruck / vel *circumcidaneum*, cùm post effluxionem Musti vinaceorum pars (radix racemi) circumciditur, & rursus fit expressio.

Ex relictis vinaceis vina secundaria Loræ. — *Musto secundario* excepto tandem parantur *vina secundaria Loræ* quasi lotæ, *Græcis* Δευτέρια *Plin. 14, 10. Operaria*, quòd Operariorum potus sint, dùm vinaceis expressis aqua affunditur ut simul ebulliant. *Agell. 11, 7. Vinum Eructum* hoc est explicante Petro *Mosellano* in non denuò vinaceis expressum; *Gallis Conventum & Despensa. Bruyer. 18, 13.*

Hispanis

Hiſpanis Lora dicitur *Revinum*. Græcis quoque Θάμνον. *Lang. l. 1. ep. 27.* Eſt ſecundum *Gal. 2. de Alim. Fac. c. 9.* vel *Stamphylites* prima affuſio aquæ, dùm fit Vinaceis muſto adhuc madentibus, quod Hiſpani vocant *Delicatum. Chr. à Vega 2. Art. med. ſ. 3, c. 2.* Germ. Trinck-Wein / *Deodat. Panth. 2, 16.* vel *Deuterium* in ſpecie, cùm ſemel adaquatis vinaceis adhuc ſemel aqua affunditur, Hiſpanis *Aquapie Vega l. a.* *Germ.* Leyer Treberwein. vel Primar. vel Secundariæ.

Modus parandi V. apud *Var. 1. R. R. 54. Columell. 12, 40. Plin. 14, 10. Sebitz. de Alim. Fac. 1. cap. 6.* Variant hæc *Vina ſecundaria pro affuſione aquæ*, & ipſorum Vinaceorum ſuccolento ſtatu, ut vel fortiora ſint, vel debiliora: *Illa* vini oligophori temperamentum imitantur, *hæc* aquoſa ſunt & frigida. Ex generoſis Vinaceis Uvæ Mangiaguerra è Veſuvio fit per aquæ affuſionem vinum ſecundarium, *Acquetta* dictum, rubini perſpicuo colore, præſertim ſi cum aliqua illius parte ebullierit. Ad Loras pertinent quoque nobiliora vina Italorum *Acquata* ſeu *Vinaciola*, dùm muſtum quidem vinaceis affundunt, ad ebullitionem tamen aquam admiſcent, fiunt *vina Caſtrata* Weinlein / grati quidem ſaporis, ſed cùm deberent vinum generoſum exhibere, oligophorum præſtant, pro majori, vel minori aquæ effuſione. Nec *Raſpata* vina *Italorum*, Loræ Differentiæ. Acquetta Italorum Lora nobilior. item Vina Acquata, Vinaciola Vina Raſpata.

rum hic tacenda cùm *Labrusc. sive Vitis sylv.* *Uvas* cum *Viniferæ Uvis* dulcibus nigris, aut botris & racemulis, saltem pro majori adstrictione exemtis arillis, in dolia aquâ purâ impleta conjiciunt, ubi ebullitione ab Uvarum calido vapore fit potus gratissimus delectabili austeritate, & purpuræ splendore abblandiens.

Vina Fœcata *Vinis secundariis* annumerari possunt, quamvis aliò, quàm Vindemiali tempore parentur,
1. *Vina Fæcata* dicta, dùm *Vel* ex doliis vinorum Reliquias per saccum colant, & quod exstillat doliis infusum novis, quod subsidet,
2. potatur; *Vel* superfundunt aqvam pro fœcis & vini residui copia, baculo in dolio agitant,
3. & factâ subsidentiâ clarum potant: *Vel* cùm in dolium, quod potenti vino imbutum demtâ fæce, relicto saltem ♀ro, infundunt aquam, agitant & ubi quievit potant.

Usus Loræ. *Usus Loræ* docet, quòd *primaria Lora*, quam *Hipp. 2. de Diæt. c. 6.* vocat τρύγας στεμφυλίτιδας proximè ad musti naturam accedat; præcipuè, si vinacia ex Uvis generosis: Hinc Hipp. l. a. Lora humectat, subducit, inflat, ut mustum.

Secundaria frigida est, frigidis, & otiosam vitam degentibus noxia, communis operariorum, qui exercent se, potus; in quibusdam tamen morbis loco vini exhiberi potest,

teſt, præſertim ſi fiat medicamentoſa, qualis *Lora pro Nephriticis*, quæ in Alſatia notâte *Dn. Melch Sebizio* in Prælect. Uſui, quando unà cum *vinaceis bacc. juniper.* ℔.iij. Rad. Ononid ℔. ß. Raphan. marin. ℥iv. cum Aq. ferventis amphora dimidia ſuprafuſa, ebulliunt.

Sed relictis his vilioribus ad nobiliora redeamus, Succum modo expreſſum conſiderantes. Poſtquam Muſtum exſtillavit è Lacu in *varia vaſa* reconditur.

Vaſa pro ſervando Muſto

1. Veterum.

Figulina.

Apud Antiquos Vaſa adhibebant figulina, & dicebantur à legendis vinis *Teſta. V. Horat. 1. C. 20, 2. & 3, 21, 4. Juv. 5, 34. Mart. 1, 27. & 1, 106. Vrna. V. Juv. 7, 236. & 15, 25. Horat. 1, 5. 1, 55. Amphora. Horat. 3. C. 16, 35. & 3, 28, 8. Mart. 1, 19, 8. 12, 77, 1. Vrceus* cum anſa *Mart. 11, 57.* cui ſi duplex anſa, vocabatur *Dyota*, quaſi duas aures habens. *Horat. 1. c. 9, 8.* Hæc vaſa *figulina olim* interdum tantæ fuiſſe capacitatis refert *Guid. Panciroll. Rer. Deperd. l. 1. t. 25.* ut unum ſuſtinuerit carrum vini, hoc eſt Amphoras 120. quæ 1600. aut ſecũdum quoſdam 1920. libras conficiunt.

Hodiè incolæ montis Beni Achmet in Regno Feſſano ſervant vinum per annos 15. in *Vaſis figulinis* fundo ſtrictioribus, ore verò latioribus. *Joh. Leo in deſcript. Afric. L. 3. pag. 441.* Laudat *Vaſa figulina* pro recondendis

vinis *Joh. Anton. Fineus*, eaqve in Usum redu-cere annisus est, præcipuè si facta fuerint ex firma materia, pice foris, intus cerâ (contra præceptum *Plin. 14, 20.* cerâ compertum est vina acescere) mastich. & Tereb. communita, oleo vino super infuso ac desuper cooperculo cerato vasi arctissimè infarcto, ita enim incorrupta servari vina. Sed ob vinorum copiam,& transvectionis impedimenta negotium non succedit,ut de eo refert *Bacc. L. 1. de Vin. cap. 31.*

2. Modernorum. Vasa Figulina. *Hodiè Candiotæ* primum *in vasis figulinis* mustum servant, pòst ad majorem navigationis commoditatem *in cados ligneos* transfundunt, initio tamen mustum è Lacu

Utres. *in Vtres sive inversas hircipelles* recondunt, iis asinos onerant,& in Candiam Urbem deportant; post vasis figulinis infusum in cubili saltem asservant, ut oculatus Testis, qui per aliqvot annos ibi in Insula stipendia meruit, pro certo mihi asseruit. *Hispani* quoque congesta musta *Vtribus coriaceis caprillis*,(imo etiam *suillis*, unde tamen mustum malum odorem & saporem imbibit, teste *Mart. Zeiler. in Itin. Hispan. cap. 1. f. 14.*) deportant, post in lagenas testaceas & picatas infundunt, & humi obruta conservant. *Orientales* populos vina Utribus asservasse olim, ex *S. script.* locis. *Job. 32, 19. Jos. 9, 5.* patet.

Cadi Lignei seu Dolia. Primum in *Alpibus Rustici Cados ligneos* circulis cinctos

exco-

excogitarunt. *Stuck. l. 2. Conv. cap. 10. f. 172.* Crebra *Cadi* mentio apud Authores. *V. Horat. 2. C. 7, 20. 1, 85, 26. Virg. 1. Æn. 199. Mart. 1, 19, 2.* cujus vinum ſi ætatem ferebat *cadus ſenior. Mart. 9, 95, 2. & Vetulus ib. 13, 112, 2.* *Vaſa* quoque vocantur *Dolia. V. Horat. Epod. 2, 47.* quo nomine etiam adhuc communiſsimè appellantur. *Romani moderni* dolia parant è ligno querno digitorum trium craſsitudine, & ferreis muniunt circulis, ita nec per ligni poros ſpiritus vini exhalant, nec peregrinus intrare poteſt aër. *V. Bacc. l. 6. de Vin. f. 279.* In *Germania* in quibusdam locis pro recondendo muſto miræ capacitatis fabricarunt Dolia; *Spirenſe* dolium continet carros (Fuder) 21. carrus autem unusquisque 10. cados (Eymer) *Zeiler. Itiner. Germ. cap. 9. f. 221. Tubingenſe* carros 47. & cados 4. *Ib. cap. 8. f. 202. Heidelbergenſe* carros 132. & cados 3. *ib. cap. 9. f. 223. Gröningenſe* propè Halberſtadium carros 164 *ib. cap. 17, f. 384.* Cùm adhuc novum Vinum ſeu muſtum, *doliare* dicebatur, ſeu *Vinum de cupa*, poſt ubi maturius, *diffuſum*, quia in alia vaſa transfuſum. *V. Turneb. Adv. 1, 1.* hodiè barbarè transvaſare vocant. *Quomodo dolia obſignarint?* vide *infra de Vino Veteri.*

Antiquorû.

Romanorum

Germanorum miræ magnitudinis

Locus in quo recondebantur *vina* & *muſta*, vocabatur *Doliarium*, quod idem ac *cellarium*.

Locus in quê reconditur

Mustú. *rium. Plin. 14. cap. 14. & 18. Colum. 1. R. R. 6.* vocatur *Apotheca*, & hinc parùm justè officinas Pharmaceuticas Apothecas nominari vult *Brunfels. in Onomastic.* Hinc formulæ apud Veteres in Testamentis, Lego vinum *Amphorarium, Doliare in Apotheca. B. Brisson. l. 7. form. Pop. Rom. p. 630. Græci* sub terra parabant loca, vel rotunda vel tetragona, ubi vinum reservabant, appellabant *Laccos. Cœl. Rhad. 28, 26. Romani dolia* in *horreis* defossa habuisse testatur *B. Brisson l. 6. Form. p. 504.* hinc *Horat. 4, 12, 19.* meminit cadi in *horreis*, & *3, 28, 7.* jubet amphoram diripere *horreo*, id est è penu promptuario promere ad bibendum, quod *Id. 1, 37. 5.* vocat depromere vina *cellis* avitis; de quibus *Ovid. 5. Fast. 270.* Vina in magnis operosè condita Cellis. *Hispanos* Vina humo obruta in *vasis testaceis* servare ante narratum. *Hodiè* plerique in *cellis*, & locis subterraneis excavatis. Oportet enim, ut *locus pro servandis* vinis sit frigidus vel calidus, tepidus facilè acida reddit, quæ ubi planè acuerint, ad vini naturam non amplius redire possunt *Venust. Cons. 28. p. 238. V. imprimis Bruyerin. de Re Cibar. 17, 10.*

apud Græcos.

Romanos.

Hispanos.

Alios populos.

Conditura Vinorum

Porrò cùm Musta non sint unius generis pro diversitate uvarum, & Soli, conditura opus habent, *partim* ad leniendam asperitatem Vinorum, *partim* ad augendam paruitatem

tatem vetuſtatemque accelerandam, *partim* ut ab omni corruptionis genere conſerva- rentur. *Mercur.2.Var.L.c.13.* Quæ in apricis creſcunt, aut ſolo 🜃eo & ſicco, vel in locis lapidoſis, non opus habent magnâ conditura, ut illa, quæ in paludoſis & planis locis. quæ ſine cõditura corrumpuntur. Cùm muſtum absque conditura reponitur, vel per ebullitionem in ſuis vinaceis ſaltem defæcatur, ut ſtatim primis menſibus vel ebibi, vel (ſi generoſius) ſervari poſsit, ſũt *vina ſincera, cruda* dicta. Præſtantisſima alia cenſet *Bruyerin. 17, 11.* quia ſuapte natura grata ſunt. *Veteres* condiebant teſte *Plin.14, 19. & 20, gypſo, calce, argilla, marmore, Sale, Reſina*, qvod poſtremum uſitatiſsimum. *Reſinata* tamen vina inter improba tanquam debilia recenſet *Mart.3, 67.* Quibusdam *vinis cœlum præbent Plin. 14, 21.* hoc eſt *inſolant*, & Soli expoſita, ſub dio in cadis verberari ſinebant Sole, Luna, Imbre, Ventis. Hinc *Horat. 2. S. 4, 51.* Maſsica ſi cœlo ſupponas vina ſereno, ubi *Cruq. Comm. p. 468.* pertinebat hic modus ad muſta craſsiora & robuſtiora. Fit adhuc in aliquibus Galliæ tractibus nec non in Germania inferiori, ubi præ foribus Oenopolarum ex tabulis Vinariis cellis ædificatis olim ſolitum erat ad D. Martini usque feſtum muſta

Quædam conditurâ carent.

Pleraq; tamen condiuntur.

Apud veteres gypſo, Reſinâ.

Quædam ſoli exponuntur

sta Rhenana collocari sub dio, eum in finem, ut ea citius subsiderent, mollescerent, Lunarique de nocte tepore dissoluta & calore Solis diurno, & ventis perflata quodammodo excoquerentur. Eadem consvetudo adhuc in Gallia apud Aurelios & Auernos. *Bruyer.* 17, 10. Sic in *Alsatia* parant Vina Wetterwein dicta, quæ certis in locis collocantur sub dio, quæcunq; etiam tempestas dominetur, eum in finem, ut musteam dulcedinem servent: sed cùm non sint defœcata, viscera obstruunt, calculum [gi]gnunt, & in siccis bilescunt. *Sebiz. de Alim. Fac.* 4, 2. p. 1140. *Quædam musta marinorum fluctuum* maturantur *agitatione*, quod fit vasis musti dejectis in mare, vocaturque *vinum Thalassite*, ita enim acquirunt robur. Hinc *vina Græca* Neapoli Romam transvecta Romæ meliora sunt, transvectione per mare validiora facta, quædam enim, in valida scilicet, mare penitus horrent, nec motum, nec calorem sustinent. *Fortiora* contra, ut inqvit *Gal.* 4. *Simpl. c.* 13. ex industria commovent, & transportant, nec non soli exponunt & calefaciunt, quia calida natura, motus ventilans, Sol excalefaciens, flammæ juxta ardentes, celeriùs concoquunt. Notat *Christ. à Vega* 2. *Art. Med. f.* 3. *cap.* 2. *f.* 234. *vina à S. Martino, Yepes, &* *Riba-*

Wetter wein.

Quædá flucti-bus ma rinis agitantur.

Ribadaviâ Hiſpanica in Germaniam transportata,& *vina à Cazalla* & *Alanis* in Novam Hiſpaniam meliora eſſe, quàm in ipſa Hiſpania. Quædam fiunt vecturâ meliora.

Vini firmitatem vectura probat *Jul. Alexandrin. 17. Salubr. 6. Cretica* & *Hiſpanica* ad remotiſsimas orbis oras incorrupta deferuntur, & refert *Proſp. Alpin. Med. Ægypt. 1, 13. Vina in* Ægyptum deportata *ex Italia,* Corcyra, Zazyntho, præ nimio cœli calore omnia aceſcere, ſola permanere incorrupta quæ ex Rhodo, Creta, Cypro advehantur. *Vina Franconica* vecturâ meliora & fortiora evadere, atteſtatur præter communem experientiam *D. Laur. Bauſch. Phyſ. Schvvinf.* dignisſimus in Litteris. Quædam fumma turantur.

Quædam muſta fumo in Apothecis maturata. Modum habet *Columell. 1, 9.* talia vina in thecis, furnis, fumisque percocta, capiti noxia propter fumi copiam, quam attraxerunt, cenſet *Gal. 1. de Antid. cap. 3.* Ita *Maſſilienſia* firmata & fumata ut ætatem ferrent. *Mart. 3, 81, 23.* quanqvam inter ignobilia recenſer *Id. 10, 36. 13, 123. 14, 118.* & *Falerna* qvoqve *Horat. 3. C. 8, 11. Tibull. 2, 1, 27. Stat. 4. Sylv. 8, 39. Calce* & *gypſo* condiuntur adhuc qvædam *in Hiſpania,* ſed vehementer exſiccant, ventrem turbant, ſcabiem excitant, *Vega l. a. f. 237.* improbat quoqve *Bruyer. 17, 11.* Condiuntur calce, Pice.

Rimas

Rimas dolii picabant. Laudat *Plutarch. 5 symp. probl. 3. Picata & resinata* vasa quod non tantùm gratum odorem impertiant, sed etiam aquositatem statim à vino removeant. *Picata* quoque & *Tadacea* ad mulierum morbos commendat ex mente *Hipp. l. 1. morb. mul. Cordæus Comm. 1. ʃ. 11.* præcipuè Lochiis fluere incipientibus *ib. Comm. 4.* §. 7. sunt tamen etiam quædam vina *Picata*, quæ absque conditurà sponte natura sua picem resipiunt, apud Allobroges præcipuè *Bruyer. 17, 11.*

Variis suffitibus.

Suffitibus etiam *vasa condita* & fumigata præcipuè *myrrha*, cùm alias vasa querna facilè vini saporem corrumpant. *Bruyer. l. a.* suffumigium cum calamo aromatico, palma &c. describit *Constantin. de Agric. l. 4. cap. 28. V. Bacc. 1. de Vin. cap. 28.*

Alumine & 🜍e.

Suffumigantur 🜍. & *Alum. rochæ* hodie, quæ musto conducunt non ratione cal. & sicc. quæ in minimà ipsorum quantitate, quæ insigni vinorum quantitati imponitur, non nisi mediocres esse possunt, sed secundarum illius qualitatum, partium colligantiam servando, & putredinem prohibendo. *J. B. Sitonus p. 2. Jatrosoph. Miscell. dis. 36. p. 201.* De *conditura cum Alumine V. Mercur. T. 4. cons. 49.* Et præcipuè *Germani telas* 🜍atas. Einschlag vocant, adhibent, ut vasa à putredine defendantur,

dantur, vinum quaſi novas vires acquirat, majoremque calorem, aut Spiritus acriores. *Camer. cap. 8. Memor.* §. 23. Belgæ quoque 🜍 cados ſuffiunt. *Lemn. 2. Occ. c. 48.* non tamen adhibeatur 🜍 in nimia copia, aliàs

Qui bibit ingratô fœdatum ſulphure Bacchum,

Præparat ad diri ſe Phlegetontis aquam, ut notat *Malach. Geiger in Microcoſm. Hypoch. c. 13.* §. 12. Notat *Zimar. in Antr. Mag. Med. T. 1. l. 7. p. 510.* quosdam ad conſervanda vina in ſummâ puritate in amplum vini dolium immittere *Ol.* 🜍 quantum nuce capi poteſt.

Veteres *Vindemiatores* laudabiliter olim *Sal*, & *aqvam marinam* (utpote ſalſam) muſto admiſcuiſſe, ut ſuô calore, ne vina lenteſcerent pendulaque fierent, conſervaret, & dum pondere ſuô in vaſe ſubſideret ſecum ad fundum deferret. *V. Cato R. R. 104. Lang. 2. epiſt. 32.* Sal namque vina longè ſalubriora efficere quàm 🜍 vult *Id. 1. ep. 27.* Sal quoque auget vini ardorem, efferveſcenti præcipuè adhibitus, eoque dolia eluenda. *V. Bern. Gomeſius Halograph. 2, 6. p. 190.* fiebant firmiora vina Sale *Plutarch. q. nat. 10.* hinc præcipuè *imbecillia*, quale Zazynthicum *Sale defæ*cabant *Cœl. Rhod. 26, 8.* Sale & Aquâ marina.

Coa item *Clazomenia*, *Rhodia*, &c. *Gorræus def. med. f. 176. 329.* vocata *Tethalassomena* (quæ falsò Asclepiades phreneticis exhibebat. *V. Cœl. Aurel. 1. Acut. cap. 15.*) & *Anthosmian. Athen. 1, 24.* Fortiora verò quale *Chium*. Aquam marinam non admittebant. Hinc *Horat. 2. S. 8.* Chium maris expers. Talia dicta *Aparachyta*, quô nomine Mercatores utebantur ad Vini laudem, ejusque firmitatem indicandam. *Gorræus f. 329. Græci* præcipuè *Aquam marinam* adhibebant, undè *Cassiod. 12. Var. 4.* Ingeniosa Græcia quæ vina sua aut odoribus condit, aut marinis permixtionibus insaporat. Hinc apud *Plaut. Rud. 2, 7, 30.* jocatur naufragus, quasi vinis Græcis nobis Neptunus suffudit mare: Indicabant Fabula Bacchi, qui, cùm Gigantes cœlum invaderent, in mare aufugit, ibique delituit. *Dalechamp. not. ad Athen. 1, 21. f. 26.* ideò & Delphini prope Bacchum ficti, *Cruq. Comm. in 2. Horat. Sat. 8, 15. Miscendi rationem* habet *Diosc. 5, 27. Colum. 12, 25.* qui refert in mediterraneis etiam *muriâ condita* fuisse. *Plin. 14, 8.* recenset *7. genera*, omnia tamen alvum subducunt, & stomacho adversantur. *Gal. 12. M. M.* Crapulam tamen discutere vult *Zacut. Comm. in l. 4. h. 10.*

Quædam non admittebant Sal.

Porrò *tenuia vina*, qualia Surrentina, *Plin. 14, 16.* condiebant fæce Falernâ. *Hor. 2. S. 4, 55.* *ut*

Condiuntur

ut robuſtiora fierent: aut auſterum dulci, ex qua miſtura reſultabat vinum egregium, de quo *Horat. 1. S. 10, 24.* ignobilia Vina nobilioribus.

Svavior ut Chio nota ſi commiſta Falerno eſt.

illud enim dulce, hoc auſterum. *Cruq. Comm. Interdum dùm muſtum* vel Lixivium, vel Tortivum commiſcebant *vino antiquo*, & quaſi renovabant, *Recentatum* vocabant, qvod Varro eleganter *vinum vetus-novum. Mercur. 1. Var. Lect. 7.* quô Romani mangones utantur artificiô ad vendenda vina nova pro Vetuſtis, notante *Marſil. Cagnato. L. 2. Obſ. 1.* & vetera Muſto, unde Vinum Recentatum.

Hodiè *Romani vina condiunt* vel *muſtum de coquendo*, vel ſuffumigatione doliorum ex 🜍 ſubcenſo aut cupreſsi nucibus, aut caryophyllis, aut cinnamomi fruſtulis ſubcenſis. *Veronenſes* vinaciola expreſsô muſtô per ſaccum linteum in dolia colant: alii Itali *Vina ſapâ* ſeu defrutô condiunt, & fervens per ſtanneam ſitulam doliis infundunt. *Mercur. 2. Var. 13.* Alibi, ut in Aſculano agro & plurimis locis, ubi vina humidiora coqvunt, mox fervida in maxima & antiqua dolia convitrato ad Latera ♀o plena infundunt, quæ matrix infuſum vinum concipit, & ad 10, 30. annos ſervat robuſtum. Conditur Decoctione Muſti.

In *Germania telis addunt vim* 🜍 *habentia*, ut Telis Medi-

catis variis. *vinum* [illegible]*tum*, vel *Spiritum* è *sinapi, Sambuco, Sclarea*. Quæ fiunt è *Bismutho* (quô tamen frequentissimè utuntur vel abutuntur in Franconia, teste D. Laur. Bausch. in Litt.) rejicit *Doldius in Cist. Hornung. ep. 251.* Quidam Rheni accolæ ad vina condiēda utuntur *telis Colocynthid.* & *Turpeth.* paratis, quæ meritò *D. Joach. Baudisius Med. Guranus. in Epist. MSS. ad D. Laur. Scholtz.* rejicit, indeque causam reddit, *cur vina Rhenana sæpiùs colicam* & tormina excitent? *Quidam* stannum liquatum in dolia conjiciunt, habet enim in se magnam vim defœcatoriam *V. Hornung. Cist. med. ep. 56.*

Injectione variarum rerum.

Belgæ musta *marina Aqua* melle coctâ parant, alii *lac bubulum* immiscent, alii *calcem, arenam, trites lapides candidos* doliis insternunt, *salis* aliquot *manipulos* injiciunt. *V. Lemn. 2. de occ. c. 48. Gratarol. l. 2. de Regim. Peregr. c. 3. p. 118.* refert, quosdam in dolii fundum, antequam vinum infundatur, infundere *Amurcam* per linteum excolatam, & ad dimidias coctam, cum melle optimo, ità vinum per mare quod transvehendum diu durare. Hæc de *speciebus conditura* sufficiant, *causa* verò *ex sequentibus* magis patescet.

CAPUT

CAPUT III.
DE MUSTI EFFERVENTIA, EJUS UTILITATE ET NOXA.

Mustū effervescit.

SUccus ex *Uvis* recenter expressus principiis suis activis adeò copiosè turget, ut statim effervescat, adeò ut primum in doliis apertis seu Tina non aliter ac aqua super ignem effervescat; ubi parùm deferbuit, vasis occlusioribus inditur, ut fermentescendo ulteriùs depuretur, quâ summè opus habet. Constat *mustum*, ut *Gal. 4. Simpl. Fac. cap. 3.* notat, *diversis partibus* inter se confusis; sunt *quædam crassa*, quarum *pars* in fermentatione secernitur, dùm pars deorsum vergens fœcem, pars lateribus se adjungens ♀m facit: *quædam* subtilior *flos* aliquando supernatans, quæ mox collecta, & gravior facta subsidet; *quædam aquosior*, quæ primariò fervet; *quædam ipsa Vini substantia*, quæ sincera relinquitur, ac *Vinum novum* rectè dicitur. Hinc rectè *mustum non inebriare Macrob. 7. Saturn. 6. Plutarch. Sympos. 3, 7. Sebiz. l. 5. de alim. probl. 126. Lindan. l. 1. Select. med. ex. 10. §. 230.* statuunt, falsò autem asserit *Albert. M.* Mustum vino magis inebriare, quem debellavit *Cœl. Rhod. 28, 38.* Musti enim substantia terreis & aqueis partibus mista nondum evaporare potest ad caput,

Diversis constat partibus.

non inebriat.

put, hinc etiam Uva comesta non inebriat, quia gravitate suâ deorsum fertur ad alvum. Nullus ferè in musto Vapor est, & in novo vino paucus, sed multâ prægnans humiditate, undè si bibatur, gravat magis caput, & somnum potiùs quàm ebrietatem inducit: In mero contrà ut substantia caloris validior est ac siccior, ita vapor igneus caput promtiùs ferit, ac inducit ebrietatem.

In copia ebulliens suffocat. *Longè alia* res est, ubi *mustum in copia ebullit*. Refert *Majol. T. 1. Canic. Col. 21. pag. 696.* ex *Augustin. de morib. Manich. 2, 16.* Si mustum in lacu remanserit, aliquantulumq; ferbuerit intuentium desuper caput petere, ut percussô cerebrô præcipites ruant, & nisi ipsis subveniatur, extingvantur. Confirmat *P. Borellus* Med. Regius *Cent. 2. obs. 4.* in Galliis, in Urbe Castrensi à vaporibus vini calcati A°. 1652. quinque successivè suffocatos fuisse, sextum ægrè in vitam revocatum.

Imò pòst *in ipsis cellis vinariis* idem periculum imminet, *à fervente musto*, quod exemplis probant *Plater. l. 1. obs. p. 16. Zacut. l. 1. Pr. Hist. 6. obs. 1. Marcell. Donat. Hist. med. 2, 6.* V. quoque *Petr. Castell. Epist. Med. 10. p. 189. Greg. Nymman. de Apopl. cap. 26. pag. 152, 153. Excell. Dn. D. Fehr. Pract. Schvvinf. famigeratissimus, Amicus & Collega svavissimus* de hac musti fervescentia ita refert *in Litt. ad me datis:*

datis: *Vini vis* narcotica maxima est exposita difficultatibus, maxima est in musto dùm ebullit, hinc Kittingæ Patriæ meæ alibique in vicinia Autumni tempore, & dùm fervet mustum, cellas absque vitæ periculo ingredi non licet, flammas, & ignem luculentum pro discutiendis vaporibus istis, cellis tunc confertim inferunt, ne fortè suffocati pereant, id quod duo Conjuges hîc experti sunt A°. 1653. qui à balneo æstuantes, dùm sitis restinguendi gratiâ cellam imprudentiùs ingrediuntur, statim in scalis concidunt, & exanimes extrahuntur ambo. *Ea vis sopiendi in vino fervefacto* longè remissior est, in 🜄 *intensior* quodammodò, cujus ingurgitatione quidã statim suffocati sunt, quidã quasi attoniti & Epileptici redditi. Et vel aura extrinsec^e^ è dolio, ubi aliquot culei 🜄 reconditi sunt, diutiùs admissa, non secùs inebriat, ac qui opii, aut stramonii odore perculsi sunt, aut loliô victitarunt. *Æmuli* sunt hi *Vapores* illis, *quos loca subterranea eructant*, ut *fons* ille bulliens Acidul. Schwalbac. der Strodel Brunnen; in quem cùm fortè scyphus aureus cujusdam Principis cubiculario Anno 1656. M. Jul. me præsente è manibus delaberetur & fundum peteret, hospes meus (exhaustâ priùs aquâ) pro captando lucro aliquoties se demitteret, spiritû penè suffocatô & cum summo vitæ periculo

periculo in corona 600rum hominum vix vivus eductus est, cadaverosâ facie & spiritûs difficultate, posteà pertinaciter afflictus. *Hactenus Dn. Fehr. Æmuli hi vapores illis* quos *loca subterranea tumulorum* produnt, de quo Tragicus casus videatur apud *Fortun. Licet. de Annul. Antiqu. cap. 23. & Th. Barthol. c. 4. Hist. rar. 32. Petr. Castell. Ep. Med. 10. pag. 188. Æmuli* quoque *vaporibus*, quos *cerevisia recens* eructat, ex cujus fæce ebulliente in cella monachi duo suffocati. *V. Forest. l. 9. obs. 2. Schol. Rein. Solenand. s. 5. cons. 6. f. 461. Causam hujus repentinæ noxæ CL. Sennertus in Paralip. ad Pr. p. 5. s. 2. c. 2. p. 136.* rectè confert in vapores 🜍 eos è musto in fermentatione à salsis partibus separatos, in cerebrum penetrantes, & spiritibus narcosin inducentes (Narcosis enim à 🜍, quod videre licet in opio, hyoscyamo) & quidem potentius quàm in ipso 🜄 haustu operantur, utpote qui partes salsas adhuc habet, quæ 🜍 eas temperant. Hâc durante musti fermentatione Spiritus Vini *præstantissimum* 🜍 eum artis beneficiô è doliis sine vini noxa produci posse, *infra* docebitur.

Causa hujus noxæ secundum Chymicos.

Necessaria musto est *fermentatio*, ut partes confusæ invicem segregentur & clarificentur.

Necessaria est Musti

Galenici

Galenici causam ebullitionis adscribunt Calori tàm musto nativo, quàm ascititio fæcis & vinaceorum, quàm diu enim digeritur vinum à fœcibus, tàm diu durat ebullitio, hinc ad excitandum fervorem quidam præcipuè in Latio Lupulûmusto addunt, ex quo insigne robur & Spiritus Vino accedunt cum levi punctione. *Chymici*, demonstrante hoc Cl. *Anglo*, *Th. VVillis de Fermentat. c. 7. p. 44.* ostendunt, in hoc actu ebullitionis Musti, quòd particulæ spirituosæ, & subtiles fæculentiores & crassiores, quæ constant ⊖ & 🜍 cum exiguo Spiritus & copiosa terra, exagitent, hinc illæ se coagulando vasis parietibus sub 🜔 specie affigunt, vel amurcæ instar ad fundum subsident; liquor autem supernatans pellucidus, & valdè spirituosus existit. *V. quoq; 3. P. J. Faber Pallad. spag. c. 7.* Et *ex hac fermentatione ritè vel non ritè peracta vini præcipua pendet firmitas, & infirmitas.* Ebullitio. Galenicorum ratio. Chymicorum. Fermentatio consistit in defœcatione Vini à 🜔.

Defœcatio & liberatio à 🜔o in musto adjuvatur. Adjuvatur Defœcatio.

1. *Per depurantia*, quæ constant ex partibus viscosis, quæque tenacitate fœculentis adhærent, eaque ad fundum deducunt, ut sunt *Ichthyocolla* & præcipuè *Ovor. albumina.* De quibus *Lemn. l. 2. Occ. Nat. cap. 48.* quod Romanos olim usitasse *Cruq. Comm. p. 469.* 1. per Depurantia.

ex *Horat. 2. S. 4, 56.* Columbino limum bene colligit ovo, probat. Hodiè *Ovi albumine* vina Græca de Somma mūdari & represſis in eo fumoſis vaporibus durabiliora reddi, teſtatur *Bacc. in de vin. Hiſt.* *Cortice* etiam *ovi* fœces vini, ſine mãgonio Oenopolarum, ſine ſoli vitio in vino congeſtæ depurantur, ſi enim ovum putamine tectum vini Gallici ſeu Rhenani cyatho immergatur, poſtridiè totum veſiculis aqueis conſperſum apparet, adhærētibus poſt ſalibus cryſtalliſatis, nullô ſapore præditis, adeoque hoc artificiô ſalubriora evadunt vina. *V. Th. Barthol. cap. 4. Hiſt. rar. 23.*

2. Per Præcipitantia. 2. *Per præcipitantia*, quæ particulas craſſiores à liquore ad fundum pellunt, tales ſunt *pulv. alabaſtrites, ſilices calcinati.* &c. Romani hac de cauſâ ut citò clareſcat, muſto injiciunt *ſegmenta Coryli, Tachas* vocant, ſed ita vina immaturâ præcipitatione caſtrant, ut licèt initio potu idonea ac clara ſint, ſed quia matrice exuta ebullitione intercepta invalida, brevis ætatis, & quæ facilè in vappam tranſeant. *Deodat. Panth. 2, 16. p. 152.* tale Vinum vocat Spånwein. Germani imitantur ramentis vino injectis *ex fago. Merz. in Oenopol. cap. 6.*

Spånwein.

Cura Vini ſi rurſus effervescat. *Effervescunt* quoque *vina rurſus.*

1. *Ob nimiam 🜿 copiam*, quæ 🜍e & ⊖e copiosô constat, rursus exaltatur, vinum inficit, & è fundo commovetur; necesse tunc, ut statim vina alteri vasi imponantur & infundantur; aliàs fiunt rancida & vappida, 🜍e exaltatô, ⊖e in fluorem evectô, & Spiritu exoleto acescentia. 1. ob 🜿 copiam

2. *Ob fæcum abundantiam*, ob nimiam *agitationem*, *calorem*, *aut corpus extraneum* ipsi confusum: hinc pars vini 🜍ea excandescit; curatur copiâ *lactis* dolio infusâ, sed spiritibus obtusis hoc vinum non est durabile. *Cœl. Rhod. 28, 38.* Musto impetuosè ferventi injici jubet Casei multum terrestris & porosi portiones. 2. ob fæcum abundantiam, & extranea.

Interdum sedatâ effervescentiâ remanent *quædam vitia ratione coloris, & consistentiæ*, ob 🜍 nimis exaltatum; corrigitur *color* incocto *lact.* simplici *ichthyoc.* aut *amylo*: *consistentia mucilaginosa* emendatur Alumine combust. 🜕 viv. gypso, ⊖, ita fermentatio de novo inducitur, ut fiat crassiorum particularum secretio. Cura mutati coloris & consistentiæ.

Tandem interdum *à longa effervescentia Vina langvescunt* Sp. & puriore 🜍 plurimum exhalatis, & particulis ⊖inis exaltatis: ideò *vina depressa, & acescentia* ditiori 🜿o supra- fundunt, Cura Vini langventis

fundunt, ut Spiritu & △̶e quasi de novo in spirato, rursus fermentescant, & vigorem recipiant, aut Syrup. cum Sacch. & aromatib, confectos vinis exoletis affundunt.

Vina turbantur florescente Vite. Admirandum turbari *vina in Anglia* etiam in cellis dùm *Galliæ florent vineæ*, à quibus in Angliam delata, magnete vini Gallici Anglicas vini atomos attrahente per sympathiam *V. Borell. Append. ad 3. Cent. obs. medico-physic. Burggr. in Achille Panoplo p. m. 111.* quod idē vinis ex Insulis Canariis, Hispaniâ, Aquitaniâ in Angliam delatis, accidere scribit *Digbæus in Theatr. Sympath. p. 106, 107, 108, 109, 110. & p. 230.*

Plura de conservatione, transfusionis vinorum tempore opportunô, *de purgandis vinis, de emendandis quæ vitium* receperunt, aut *à propria substantia*, aut *ob ambientis aëris alterationem*, ob *tonitru*, ob *commotionem à navigio & vectura*, aut *ob dolia*, aut *Oenopolarum mangonia* non addo, videri possunt tùm *Mizald. memor. 1, 68. 1, 95. 3, 82, 95, & 100. 1, 82. 4, 24.* & *89. 7, 20. 9, 70. Porta Mag. Nat. 4. 23. 18, c. 3, 4, 6, 7. VVeck. de secret. l. 3. c. 4. §. 2. & l. 5. c. 7. à. §. 1. usq. 29. Lemn. l. 2. Occ. 48. Zimar. in Antr. Mag. Med. T. 1. l. 7. p. 509. seq. & T. 2. l. 1. p. 15, 37. 38. 136.* tùm alii quàmplurimi Authores.

CAPUT

CAPUT IV.
DE MUSTI USU SPECIALI.

Mustum non solùm vinum novellum, verùm quicquid recens est, mustum dici, Non. Marcell. refert: hinc mustum Mulsum est recens apud *Scribon. Larg. c. 30. §. 125. & Caton. R. R. cap. 114.* Vinum, mustum. *Colum.* quoque *9, 15.* mel recens, musteus fructus vocatur. Est autem *mustum* definiente *Macrob. 7. Saturn. 7.* vinum qvod fæces per fermentationem & ebullitionem nondum deposuit, adeoqve mustum vini infantia est, Vinum novum quasi pubertas. Dicitur *Mustum qvasi mistum* quia in eo omnia confusa. Musti Etymologia. Definitio.

Quoad *temperamentum* imitatur Naturam uvarum, ut generosæ illæ, vel viliores ex qvibus expressum, nunquam tamen æqvè ac vinum calidum ob cruditates aqvosas tartareasqve, qvæ fermentatione separantur, Temperamentum.

Quo ad vires mustum recens flatû ventriculum, & intestina replet *Gal. de Euchym. c. 11. & 2. de Alim. Fac. 9.* in corpore enim excitat ebullitionem, unde flatus. *Villanov. in Comm. Sch. Salern. cap. 45.* difficilè coquitur, crassi est succi, hoc unum illi bonum, qvòd ventrem dejiciat, qvia viscera ☉sa seu ☊sa fæcis acrimoniâ abstergens ad dejectionem irritat, Vires.

tat. *Villanov. Comm.in.c.26.* secedit autem magis quod admodum dulce est, & ex maturis uvis expressum, secedit, qvia aqvositate humectat, & quia pondere intestina gravat,
Noxa. quod si non secedit mirè nocet. *V. Gal. 7. m. m.6. Oribas.5. Collect. cap. 6.* Colicos generat humores, frequenter etiam Lienteriam & Dysenteriam. *Plater.l. obs.f.799.* Calculum quoqve generat, mustum præcipuè, qvod fœces habet terrenas, qvia meatus urinarios obstruit. Quod verò est substantiæ tenuioris & ⊕ fæ, quale Rhenensium, & urinam movet &calculum per crebram arenularum mictionem deturbat. *Villanov.* in c.26. Hepar & lienem obstruit, qvia dulce est. Pessimum omnium mustum est, qvod acidum & austerum. Gravia in somnia gignit. *Diosc. 5, 5.* hinc qvi scire vult, qvid sit Incubus, comedat Castaneas, & superbibat mustum fœculentum. *Hildeshem spicil. de Cerebr. morb. 4. pag.434. Hipp. 2. de Diat. cap.6.* de musti viribus ita notat, mustum inflat, qvia calefacit, subducit è corpore, qvia purgatione conturbat, qvia fervet in ventre, atqve ita secedit alvo. Præter enumerata mala, *ex musti potu* ortam fuisse Pleuritin, *Zacut. 2. Pr. Hist. cap. 3. f. 293.* Tussem cum catarrho, *Lotich. l. 3. Obs. cap. 5. Obs. 2.* Cholericam passionem

nem lethalem, *Greg. Horst. l.4. obs. 6. p. 201.* observârunt.

Ob *dulcedinem* tamen à vulgo expetitur, hinc paratur *panis mustaceus*, seu dulciarium ex dulci musto, farina siliginis albiss. subactâ & in testaceis coctâ. *Mustacei* veterum meminit *Cato de R. R. c. 131.* qvod amicis in die nuptiali oblatum, & *Juv. 6, 201.* ubi *Grangæus* Comm. notat in *Gallia* hoc nomine hodiè venire *panem Mazam*, seu *du Massepan*. Servant hodierni *Romani* morem ut muneris vicè diebus Natalitiis Amicis mittant *bellaria* parata ex *dulci musto* & farina, quæ vocantur *Griccioli* & *Sgricciosi*. Ad hujus imitationem ob *saporem dulceum musteum* reliqua Italorum mellita Tragemata vocantur *Mustazzole*, *Mustazzoni* ex melle, Sacch. aromat. & farina mista in furno cocta, quæ saltem pituitoso ventriculo prosunt, ac per hyemem. *Angel. Victor. cons. 4.* Musti Usus Culinaris. Varia Italorũ Tragemata Mustacea.

Pari ratione mustacea dicuntur ex eadem massa *Florentinorum Bericocoli*; *Seneasium Bescioli*; *Ferrarensium Pane Papato*, & *Spongade*; *Bononensium Confetti*, *Papali*, *pane Forte*, *Pani Speciali*; *Romanorum Scarpe bianche*, *Pasta Reale*; *Venetorum Parpanachi Fogazetti*; *Patavinorum Buccelatum*, (quasi frustulum formâ tessulatum durum) aut si moschus addatur, *moscardino*, *Biscotti Imperiali*, quorum

rum descriptiones saltem ex aromatum ingredientium varietate & figura externa differentes ex MSS. mihi fidelissimè communicatis subiungi possent, nisi hæc tractatio alterius esset loci. Quædam etiam ex his describit *Th. Jordan. tr. 3. de Pest. phænom cap. 6. pag. 479.*

Mustũ duplex. 1. Liquidum cujus Us9 1. ad Vina. Ritornatum

Adhibetur mustum in varios usus, *tum* ut est *liquidum, tum* ut est *decoctum.* Cum *musto liquido* parantur *varia vina composita.* Celebre in Italia est vinum *Ritornatum* dictum Genuensibus *Razzese,* quod paratur quando calcatis de more Uvis in torculari, fluente in subjectam piscinam musto, id ipsum mustum totum refundunt in suas vinaceas, cum quibus subbulliens vehementem ex fæcibus ipsis ac racemulis calorem excitat, qui digerit, concoqvit, unit homogeneas, sequestrat heterogeneas partes; unde Vinum adeò vinosum concipit Spiritum, ut exultet etiam dùm funditur in pateram. Peragitur *ebullitio* vel in torculari ipso, vel in tinis Vinariis, vel in doliis apertis. Eodem modò fiunt *Vernaciæ* apud Vicentinos, & ad Benacum lacum. Nec abludit Alsatiæ mos, ubi parant vinum Beerwein ex solis Uvarum acinis in dolium conjectis, mustô affusô, & aromatibus sacculo inclusis: item Reppis cùm uvarum racemi integri cum acinis doliô injiciun-

Vernacia.

Beerwein.

Reppis.

jiciuntur affusô mustô & aromatibus grossô modô contusis appensis; quæ Vina Palato quidem placent, sed caput offendunt *V. Melch. Sebiz. de Aliment. cap. 2. l. 4. pag. 1140.* Mohrölff verò Alsatorum fit affusione rubris acinis vini decoct. V. *infra de Vin. Compos.* Paratur cum tritic. modio j. (Sester) & amphor. 2. must. invicem coctis ad quartæ partis consumtionem *Vinum instar malvatici* sapore; viribus alimentosum, in omnibus frigidis in prandio loci malvatici utilissimum. *Ex MSS. D. J. G. Schenckii.* Malvaticum factitium.

Interdum *mustum paratur*, ut *semperdulce* maneat, Ἀεγλεύκες dictum, cujus modum V. apud *Colum. 12, 29.* Vocatur *vinum mutum*, *suffocatum* ſtäts Most Wein / Stum Wein / quia arctè clausum fermentatio impeditur. *Lonicer. p. 1. Herb. c. 15. Porta 4. Mag. N. 8, 13.* mustum in vas figulinum vitreatum clausum pondere sub aquis demersum ad annum servari testatur. Mustũ semper dulce. Stum Wein

Cum *musto* additô oleô admistisque odoriferis *Oleum Gleucinum* veteribus usitatissimum parare docet *Columell. 12, 51.* 2. ad Oleum Gleucinum.

Itali liquorem per aliquot annos durabilem ad *condiendos cibos*, quem *Marinato Dolce* & *garbo*, à sapore mistô vocant, conficiunt ex musto optimo ad medietatem consumto, addunt aceti fortis aã. caryophyll. (si mustit 3. ad Embamma.

Marina toDolce & garbo. & aceti utriqve sit pondus d' un Secchio) ℥ij. Cinnam. ℥iv. piper. pulv. ℥ß. Salis ℥iij. bulliunt rursus, pòst per chartam emporeticam trajiciunt, & Soli pro purif. ad 12. dies exponunt, ut ex fideli communicatione annotaverat Dn. Brems, Svecus in MSS. suis.

a. Mustum decoctum. *Mustum decoctum*, dùm per absumtionem humiditatis crassescit in specie *Rob*, *Sapa*, *Defrutum* dicitur. Quercet. *Extractum Uvarum*: siccatur ab igne, ut Passum Vinum à Sole, meminit hujus *Virg. 1. G. 295.*

Sapa, Defrutum. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem.

ubi *Taubm. Comm.* ramô pampineo spumam aufert, & dulce mustum coquit in Defrutum Traubenmus. Dicitur Sapa à Sapiditate, quòd gratum saporem habeat: *Defrutum* à defervendo igni pingvia multa Defruta canit *Virgil. 2. G. 269.* ἕψημα παρὰ τὸ ἕψειν quod elixare significat, undè Germ. Gesottener Wein. *Carenum* aut *Calenum Isid. 20. Orig. cap. 3.* quod fervendo parte careat. *Marcell. Emp. c. 26.* Pallad. Oct. c. 28. vocat. *Turneb. 13. Ad. 23.* dici putat quasi *Carinum* à *Caribus* populis, qui primi vinum decoxerint; *Brassav. in Exam. Syrup.* ab oppido Caleno deducit. *Lindan. L. 1. Select. med. c. 10. §. 25.* τὸ κάρωσιν ἀπὸ τὸ κάρα, quòd caput gravet. Dicitur etiam *Siraum*.

Trauben Mus. Carenum.

Differunt

Differunt hæc omnia *modô* faltem *decoctionis*; in *Caleno* ex tribus partibus una per decoctionem deperditur, Gallis *Vin Cuict*: In *Sapa* ex tribus duæ fecedunt, itaque priori fpifsior: in *Defruto* dimidia pars abfumitur. *Gall. Refinee* eftque inftar mellis. Differentia musti Decocti.

Sapa ergò confiftentiâ fpifsior *Carano*, mollior *Defrutô Lindan. l. a. cap. 10. §. 53.*

Modum parandi V. apud *Colum. 12. 20, & 21.* item *Guibert. med. Officiof. de condit. c. 8. p. 313.* ubi eam laudat quæ fit ex uva Apiana. Modus parandi

Quoad vires calefacit, quia vinofa eft, humectat, quia alit, fubducit quia dulcis eft *Hipp. 2. d. Diæt. c. 6.* Vires fapæ

Quoad usum non ad potum, fed in adulterium mellis excogitatam fapam vult *Plin. 14, 9.* eoque utuntur vel *ut condimentô*, vel *ut medicamentô.* Usus.

Ut condimentum vel vina, vel cibi eô condiuntur & *fructus.* Condiuntur Sapâ

Vina olim *Sapâ* condita docet *Colum. 12, 20.* hoc in fpecie γλεῦξις dictum *Athen. 1, 24.* Sed caput implet, temulentiam gignit, difficulter tranfpirat, alienum Stomacho eft. *V. Diofc. 5, 9.* Hodiè Velitrinos *Sapâ vina fua* condire *cap. 2.* oftenfum. Oenopolas *Belgas* & præfertim Zelandos *ex Vino & Sapa* utriusq; Hifpanis certâ proportione mixtis vinum parare mifcellaneum, quod pro *Malvatico* 1. Vina. Malvaticum.

 Cretico

Belgarum factitium *Cretico* divendant, Author est *Remb. Dodonæus in Hist. Vitis cap. 5. p. 17.* Persæ *ex Musto* ad remanentiam 6æ. part. decoct. Syrup. parāt *Duschab* dictum, ex quo addita Aq. & parū Aceti jucundissimum parant potum. Interdum hunc Syrup. ad siccitatem ferè decoquunt, & ita siccum in itineribus secum portant, cujus pulv. additione *ex Aqua Vinum extemporaneum* parant. *Olear. Itin. Pers. l. 5. cap. 9.* Eodem pulverisato Syrupo Persæ in quibusdam locis *vina austera condiunt. ib. f. 578. Glauber. in sing. tract. de Germaniæ salute part. 1.* cum extracto musti *seu sapa* ex *vinis ignobilibus laudabilia* cum fœnore *parare* docet, quem modum pluribus ibi describit, qui videri, & in locis ubi datur copia vinorum experimentô tentari potest, an fides dictis & inventis respondeat?

2. Cibi. *Cibos sapâ* loco mellis conditos ex pluribus *Coël. Apicii in de Re Culinar.* locis patet.

3. Fructus apud Gallos. *Diversos fructus* olim *sapâ conditos* V. apud *Port. l. 4. Mag. c. 10. §. 9, 10, 11, 12.* Apud *Gallos* hodiè cum *sapa* ex uvas exquisitis *Cydonia* tempore vindemiarum, item pyra Bergamia non excorticata, Persica, duracina, pruna non usquequaque matura cum Sapa condiri docet. *Guibert. med. Offic. de cond. c. 6. & 7.* Etiam *Hispani Sapâ* hodiè condiunt

apud Hispanos. Arrope fructus, & dicitur *Arrope in scatulis*, quod

notante

notante *D. Petr. Castro in MSS. ita* parant: sumunt mustum vini albi dulcioris, coquunt in catino ad consumtionem humiditatis igne lentô, tunc adjiciunt pyra vel cotonea cratellata (gericben) vel cucurbitæ mundatæ frusta, vel poma, &c. iterumque coquunt ad justam consistentiam, donec quasi pelliculam in superficie contrahat, semper sub coquendum agitandum, ne catino adhæreat, tandem materia instar pultis in scatulas infûditur, & in Umbra vasculis apertis siccatur. Ex *pumilis vitibus* in *Insula Chio*, quas adventante Autumnô depampinant, ut solis assiduô calore & repercussu uvæ excoquantur fit *mustum semipassum*, quod gypsi polline conspersum & repurgatum decoquunt in *sapam*, quô Turcæ cum pane utuntur pro obsoniis ac multi pretii Constantinopoli habetur. Idem fit cum Veterum Vino Maronéo è Thraciæ Chersonesô qui locus hodiè Marogna dicitur, quô similiter pro edulio Turcæ utuntur. *VVillich. de arte magir. c. 20. p. 113. &c. 66. p. 195.* laudat Embamma *Sinapium* dictum, quô Marchiaci crebrò utuntur ex semine Sinapi contrito, musto & melle vocantque Mustring/ quod Stomachum langventem valdè roborare ajunt. Itali embamma parant, & *Mostardam* quasi mustum ardens vocant. *Sebiz. de Alim. l. 2. c. 11. p. 464.*

apud Insulanos.

Embamma Sinapium, Mostarda.

quod *Venuſt. conſ. 8. ſinapiſmum* vocat, ejusq; uſum in Vertigine, quia caput ferit, prohibet. *Baſis* eſt conſerv. cydon. cum Sinap. muſto fermentato & ſubſtituitur loco ſacchari Syrup. mel azzo ſapa, additis conditis & aromatibus. Modum parandi apud *Venetos* & *Inſubres* docet *Fioravant. in Secret. Rational. l. 5. c. 40, 41. Aliam* ita parat *D. Laur. Scholtz. in MSS.* Rec. Pulp. ceraſor. acrium ℔. ß. pulp. prunor ℥iv. ſapæ ℔. I. ſem. ſinap. ℞ ſ. & acet. macerat. ℥iv. pulv. cinnam caryophyl. aã. ʒij. M. omnia cum mell. ℔. i.

Intinctus ex Sapa. *Bruyerin. 10. de. re cibar. 4.* laudat *ſapam* tanquam præclarum intinctum, anſerculis, anatibus, paluſtribus volucribus & porcellis, præcipuè ſi acetum aut aliud tenuantium ei miſceatur, aliàs propter craſsitiem in ventriculo hæret, nec Jecori nec lieni idonea, valenter nutrit, citò corpus implet, tuſsi auxiliatur, ſed natura biloſis noxia, quia poſt Mel facilè in bilem vertitur. *D. Rod. à Caſtro. T. 2. l. 3. de morb. mul. ſ. 1. c. 5.* intinctum pro piſcibus commendat ex Galang. piper. long. Cinnam, ZZ. cardam. n. Moſchat. aã. ʒij. croc. ℈i. nucl. pin. piſtac. auellan. dactyl. paſſul. aã. ℥iij. contuſ. cum ſapa F. intinctus. Ad Tuſsim *Helvetii* parant edulium ex Ovis, ſapa, butyro, aut ex ovis, vino, ſaccharo & butyro

vocantq;

vocantque, Weinwarm. *Plater. Prax. T. 1. l. 2. c. 5. p. 487.*

Ut *medicamentum sapa*, seu *Rab vini* præcipuè aromatisatum adhibetur ad Spiritus vitales roborandos, *Internè*, hinc ex *sapa* seu uvæ succo cum farinæ tritico composito familiariter in debili corporis constitutione usus Dux Urbini referente *Chr. Guarinon. cons. 387.* Purgat quoque ebibita adustos & melancholicos humores. *Jacob. Horst. de vite §. 23. p. 319. V. Diosc. 5, 9. Hipp. 1. de morb. §. 28.* Prostat quoque in *Offic. Diacodium cum sapa* apud *Argentorat.* ex Liquir. ℥iv. cap. papav. alb. n. 20. Aq. font. ℔. ivß. infus. ad med. coct. add. sapæ vin. ℔. ij. Syr. liquir. ℥v. V. quoqve *Zuvölff.* App. in Animadv. f. 21. Sapæ Usus Medic. Internus.

Externè Pisanello de Nat. Cibor. p. 152. pro dolorum mitigatione *sapam* in *Emplastr.* cum sale & Furfure adhibitam commendat, quod Empl. doloribus capitis levandis admodum proficuum censet *Schenck. in Exot. Obs. Cent. 4. §. 7. Laur. Scholtz. cons. 133.* ad tumens scrotum Catapl. ex farin. fœnugr. fabar. pulv. cumin. furfur. ammon. & Tereb. *cum sapa* laudat. Externus.

Tandem *vinum coctum* aliunde ad nos delatum, dulce, *Latinorum Defrutum* in *Colico*

commodè cum Clyſteribus infundi, cenſe: *Reiner. Solenand. ſ. 3. conſ. 28.*

ExMuſto Chymica. 1. Spiritus. 2. Sal. *Ex Chymicis ex muſto Glauber. p. 2. Furn. c. 106.* in ſapâ decocto unà cum arena & Corallis penetrãtem deſtillat *ſpiritum*, aciduſculũ aliqvantiſper, multi ad ſolvenda metalla uſus in Alchimia & Medicina.

Frid. Helbach in Olivet. l. 2. c. 24. Sal Muſti, ex Muſto Chymicè parare docet ſubtiliſſimum, ex quo Sp. eliciendus. *V. Eund. l. a.*

CAPUT V.
DE ARILLIS UVARUM.

Arilli Uvarũ. Arillorum Temperam. A*Rilli* ſeu nuclei Acinorum, cùm frigidæ & oſseæ ſint naturæ, refrigerant & adſtringunt. Dùm manducantur uvæ rejiciendi ſunt, quia absque alteratione in inteſtinis remanent, illaque moleſtant; inſuper arilli gulę infixi Anacreõti mortem acceleraſse, author *Valer. Max. 9, 12, 8. Plin. 7, 7.* & recentius exemplum annotavit *Marcell. Donat. 3. Hiſt. med. 7. ſ. 2.*

Uſus Internus. *Internè* adhibentur toſti, triti, polentæ vice inſperſi *dyſentericis*, item cœliacis & ſtomachi diſſolutione vexatis. Ex iisdem fit farina, quæ aſſumta confortat ſtomachum, & cholericam conſtringit dejectionem. *Savanarol. tr. 2. Pr. c. 3. §. 23.*

Externè

Externè in dolore dentium *D. Beza Med. Argentorat.* utebatur Euporifto ex nucleis uvar ℥i. fem. hyofc. opii acet. corr. aã. ℥ß. triris in mortario cum aceto pro pafta ex qva F. Pil. pond. gr. ij. inclufæ ferico denti dolenti imponendæ. Exter- nus.

Eadem grana in Sacculos repofita, qui hieme calefiant in foraminibus fornacum, pedalibus noctu appofita, non folùm calefaciunt, fed & *articulos roborant* ut minùs fluxiones Arthriticas recipiant. *Bauhin. Th. Botan. T. 2. l. 15. f. 85.*

Trita cum fale *mammarum inflammationes* curant; infefsione, infufione mulierum profluvia curant. *Fumanell. Sylv. Bacch. c. 2.*

Adfiffuras labiorum in Italia fequenti Pomadâ utuntur, quæ conftat ex cer. flav. butyr. rec. aã. ℔. j. gran. racem. rubr. coq. ad confift.

Paratur ex arillis & compofitis. Ex Arillis Compofita.

1. *Oleum per infufionem* ex affatis in tefta granis, Oleo infufis in fimo per menfem fepultis, illud oleum capillis inunctum nigros reddit *P. Bayrus. in Practic. l. 1. c. 4.* 1. Ol. per Infuf.

2. *Oleum per exprefsionem coloris viridis* admodum unctuofum, de quo *Fiorav. in Thef. Vit. Hum. 4, 60.* quod ille *extra* ad dolores omnes à caufa frigida, ad tormina ventris exhibet, etiam lucernis conferre docet. *Intra* 2. Ol. per Exprefsionem.

in

in Colica laudat *Deodat. in Panth. 2. 24. p. 160.* item pro magno præservativo in peste extollit. *ib. lib. 1. c. 30. Externè* pro magno secreto habet in omnibus vulneribus & ulceribus præservandis. *Id. ib.*

3. Spiritus Acidus. 3. *Spiritum acidum Glauber. p. 2. Furn. c. 110.* per simpl. ℥ll. per ♁. eô modô, quô arilli cynosbati, cõficit pro usu interno & externo in *Arthritide* &calculo specificũ: Prosũt enim omnes *nuclei* & arilli ex signatura calculo.

4. Pulvis Dysenteric. 4. *Pulverem Dysentericum* ex gigartis Uvar. & granator. exiccatorum, & modicè torrefactorum parat *Valleriol. l. 3. obs. 4.*

CAPUT VI. DE VINACEIS.

Vinacea. FOlliculi qui remanent passis olivis vocantur *Stemphyla*, ut in uvis Peripysmata. *Cœl. Rhod. 12. 19.* communiter vinacea Hülsen. Sunt ergò *vinacea*, uvæ exuccæ ab expresso vino residuæ, quæ cùm in multum cumulum exaggeratæ atque immotæ conservatæ fuerint, suô ipsius fervore concalefiunt, & ex quò generosioribus uvis, eò sincerior & fortior calor est, *Unde* autem *iste calor vinaceorum* proveniat, inquirit *Donat. Ant. ab Altomari in singular. de vinaceis* unà cum aliis opusculis ipsius *ed. Venet. 1570. p. 145.* Calor, *inquit*, in uvarum acinis à tegumento

Vinaceorum Calor unde?

gumento & ſeminibus obtunditur, ut vix ſentiatur, cùm verò ſuccus expreſſus permanet ille, ceu ardore ex ſolari acquiſitus ac moderatus calor in vinaceis antè diſperſus, & tàm diu permanet, donec validior ac moderatus extrinſecus calor ſupervenerit, moderatum calorem, ac etiam inſitum, quem habent in propriâ humiditate exiſtentem vincens & corrumpens, unde fit immitis, inſuavis, mordax tactu, aceſcunt in ſuper, unde quia moderatô calore tunc deſtituuntur, ab uſu removentur.

Vinacea licèt poteſtate frigida, actu tamen calida eſſe ſtatuit *Altimar. l. a. p. 143.* ſiccitate namque & vi adſtictoriâ quoque pollent. Temperamentum.

Quoad uſum ex vinaceis *ſecundaria parari vina ſupra. c. 2.* notatum eſt. Uſus.

Panem ex Vinaceis parare docet Tröſter oder Trüſſenbrodt *P. de Creſcent. l. 15. Agric. cap. 17.* ſaporis vinoſi, optime nutrientem & calore defatigatos recreantem, ut Colore abblandiatur, Cretâ in aqua acidiuſcula ſoluta, id præſtare conantur, & ſaporem pauxillo mellis addito gratiorem reddunt. ad ſecund. Vina. ad Cibos.

Quoad uſum Medicum quia adſtringunt & moderatè calefaciunt plurimis adhibentur morbis ſumma cum utilitate. Uſus Medic.

Internè

Internus. *Internè* decoctum vinaciorum dysentericis & & cœliacis pro potu exhibitum. *V. Plin. l. 23. cap. 1.* Ventriculum maximè intus sumta firmant *Bertin. 18: med. Univ. c. 8.*

Externus. In affectibus Fæminarum. *Externè* ad *mammarum inflammationes* & duritiem vinacea trita cum sale adhibita laudat *Fumanell. Sylv. Bacch. c. 3.* suffitum ex vinaceis crematis ad uteros malè affectos adhibuit *Hipp. l. 2. de morb. mul. s. 3. & l. de Nat. mul. s. 2. M. Aurel. Severin. de efficaci medic. l. 1. p. 3. c. 24. §. 2.* Insessus ex vinaceis mulierum profluvia ex humiditate antiqua matricis orta sistunt *Fumanell. l. a. Andr. à Cruce*

In Affectibus Articul & Nervorum *Chirurg. l. 3. c. 14.* in inveterata artuum & musculorum duritie *vinacea* ubi potens & recens vinum ebullierit, commendat, ut in iis mēbrum affectum detineatur ac ilico extractum linimentis obvolvatur. In *impedito motu voluntario vinacea*, ut & fæces olivarum oleo expresso relictas Nuzzo dictas præscribit *Epiphan. Ferdin. Hist. med. 67.* In *torpore & semiparalysi. Loel. à Font. cons. 90. in Paralysi. Epiph. Ferdinand. h. 46.* in *stupore pedis. Id. h. 83.* in *torpore internarum partium Bened. Sylvatic. c. 1. cons. 83. in dolore Lumborum cum stupore. Fonsec. T. 2. cons. 77.* Ad *restituendos valgos & Varos vinacea* ex uva quæ dat austerum protropum, & in quæ vinacea vinum

torti-

tortivum infuſum, commendat *M. Aur. Severin. de Abſceſ. Nat. l. 6. c. 10.* ex *his* vinaceis fotus, aut ſi excavata eorum ſcrobe corpus obducatur ad dolores partium, ut langvores ad articulorum tumores, ad paralyſin, torporem, ſtuporem, fracturas, luxationes, remedia fieri narrat Id. *Severin. de effic. med. l. 1. p. 3. c. 13. §. 19.* & *Claudin. App. de Ingreſſ. med. ad inf. ſect. 10. p. 703.*

Imprimis podagræ frigidæ *vinacea* conveniunt V. *Borell. c. 2. obſ. 39.* maximum enim robur articulis addunt, ſi per 15 dies, mutatis tamen vinaceis, continuetur, præcipuè ex Uvis moderatè adſtringentibus, ut vult *Mercurial. T. 1. conſ. 60.* aut ex maximè maturis ut putat *Rein. Solenand. ſ. 4. conſ. 21.* V. qvoq; *Crat. conſ. 215. 246, 240. Fonſec. T. 2. conſ. 77. Hildan. ep. 35. Angel. Victor. conſ. 59. Loeſel. de podagra membr. 2. artic. 1. §. 3. Liberati de Liberatis in Podagra politica l. 3. c. 9. & l. 4. c. 6. Duretus* qui in *Holler. l. 1. de morb. Int. cap. 63. annotat.* de hoc remedio ait, I' ay le practique cent fois, & n' ya rien meilleur ſoubs la chappe du ciel. Exempla felicis uſus in *dolore coxendicum* Vinaceorum, *V. apud Altimar. de Vinac. p. 146. D. Petr. Caſtro in Obſ. Med. MSS. §. 35.* refert Virginem Hiſpanam 18. añor. graviter Iſchiade fuiſse correptam, dolore quaſi intolerabili, infinita remedia Vni-

verſalia

versalia & Topica frustrà tentata: tandem ægra in vinaceis putrescentibus medio corpore tenus sepulta (donec sudores moti) per sesquihoram mansit, quâ elapsâ ipsi sudandum per horam rursus; affirmat hoc remedio ter repetito à gravi & diuturno morbo liberatam fuisse ægram, & statim ei menses fluxisse, qui aurea restiterant, nec aliis remediis potuerint ad ordinem reduci.

In aliis Affecti bus. *Aliis* quoque *affectibus* tollendis *vinacea* prosunt, ut in *femoris* & *testiculi tumore*. *Borell. cap. 2. obs. 42.* Itemque *calculosis*, quòd moderatô calore materiam collectam attenuent, robur Renibus addant, applicantur involuta inter duos paniculos lineos. 5. diebus una hora matutina. *V: Crat. cons. 246. Solenand. s. 4. cons. 21.* Hydropicis item applicata conferunt. *Altimar. l. a. p. 145.*

Quali methodô vinacea adhibenda sint? pluribus docet Altimar. l. a. p. 147. qui consulatur.

Usus Chymicus. Cum Vinaceis fit Digestio. *Chymici vinaceorum calore* tanquam maximè blando & moderato *Digestionis* modum invenerunt tempore vindemiæ, cum ob servatum quasi in fimo equino diutissimè & æqualiter calorem res digerendæ in eo collocatæ optimè digerantur & putrefiant. *V. Philip. Ulstadius in de Secret. Nat. cap. 3. p. 42. & cap. 8.*

Cum

Cum *Vinaceis* ſeu uvarum preſſarum exuviis cum urina pueri miſtis ex Theoph. *Calcinationem* ☉ *vaporoſam* inſtituit *Schrœd. l. 3. Pharm. cap. 9.* dùm ☉ laminæ his ſuper ſuſpenduntur in Aludele ſat amplo firmiterq; clauſo: hinc ponitur in exuvias uvarum calidas 14. ♀. adhæreſcet Crocus laminis pede leporino abſtergendus, qui ♀ ☉ dicitur.

Beneficio Vinaceorum præcipuè in agro *Monſpelienſi* ♀ ſeu ♀ paratur. *Poter. Ph. Spagyr. l. 2. cap. 1. pag. 165.* modum deſcribit *Fiorav. in ſecret. l. 3. c. 78.* quem *ipſe* quoque *ibidem* cùm degerē obſervavi. Æs, ſeu cuprū laminatum tegunt vinaceis adhuc calidis faciendo S. S. S. in magnum cumulum, poſt 8. dies removent, & inveniunt æs calcinatum viride, quod abradunt, laminas novis vinaceis rurſus recondunt, aut iisdem, quæ, ſi non calent amplius, aceto parumper aſperſo, reſuſcitant, tandem omne calcinatum abraſum ſacculis coriaceis cum torculare intrudunt, & ad externas regiones deferunt. Ex hoc ♀ poſtea beneficio ✻ Chymicè parato & in cryſtallos, poſt in Spiritum redacto fit *Sp. antiepilepticus Baſilii. Vide Schrœd. l. 3. Ph. c. 26. de* ♀. qvem *CL. Zwölff.* (qui velut Augiæ ſtabulum ab innumeris repurgavit Pharmaciam erroribus) in pluribus non ſolum adhibet morbis, ſed etiam eo pro *menſtruo*

item ♀ ſeu Crocus ♀ præparatio.

ſtruo adhibet ad *Magiſteria reſolubilia* (qui modus Baſil. Valentin. quoq; cognitus fuit, qui ex ♁ cum 🜍 Sp. acidum pro extrahenda Anima Corall. & Perlarum præparavit) *ad Tinct.* ♄. &c. Hunc Sp. *in Ph. Ref. f. 448.* ita ænigmaticè deſcribit: ♀ abluenda ab impuritatibus ſuccô quodam vegetabili & Baccho inebriandà exhibet per Deſt. Sp. miræ virtutis. Eundem clarè poſt *App. ad Animad. f. 52.* depingit, nempe ex ♁ Tinct. extrahit hinc per abſtract. parat cryſtallos in patellà cupreà, ab iis ☿ bis terve abſtrahit, & tandem ex pulv. ſiccato Sp. deſtillat. Poſſent cum hoc ſpiritu ſecretæ aliquot mihi familiares præparationes ſubjungi, niſi al iò pertinerent.

SECTIONIS VIæ. MEMBRUM Secundum, *DE SUCCI UVARUM DEFERVEFACTI SEU VINI USU SPECIALI.*

CAPUT I. VINI ETYMOLOGIA, DEFINITIO.

Vini Etymologia.

POſtquam fermentatio ſucci expreſsi peracta & ſecretio partium heterogenearum facta, *liquor defæcatus Vinum* vocatur,

vocatur, à *Vi*, quòd mentem tentet; aut *à vi*, quia eſt potio fortis. *Eſ. 3. 10.* aut quia *violenter* invadit invaſores ſuos. *Iſidor.* tamen 20. *Origin. cap. 2.* dictum ſuſpicatur; quòd *venas repleat*. A *Poetis* Latinis ſub variis *Bacchi* cognominib9 *Bromii, Lyæi, Liberi, Dionyſii* decãtatur &c. Præcipua *Bacchi nomina* collegit Dan. *Heinſius* Vir ſumô ingeniô & doctrinâ (uti vocatur à *Barth. T. 1. Adv. l. 11. cap. 26.*) in *Hymn. Bacchi*, præſertim *v. 529. ſeq.* & *Nat. Comes Mythol. l. 5. cap. 13. p. 504, 505. Temetum Plaut. Aul. 2, 6, 6.* dicitur quòd mentem *tentet. V. Non. Marcell. de Propr. ſerm. pag. 37.* In *Sacris* vocatur ſæpius *ſangvis, tum* quia colore rubro ſangv. æmulum in Judæa naſcebatur. *V. Geneſ. 49, 12. Eſ. 63, 20. Prov. 23, 31. Eccl. 15, 17. tùm* quia ob citam inſangvinem tranſmutationem, (de *qua infra cap. 5.*) ſangvini maximè analogum, (unde *Tobias VVitackerus* Carol. II. Britann. R. medicus tractatulum ſuum de vino *ſangvinem uvæ* inſcribit & Hagæ 1655. edidit) *tùm* deniquè quòd immoderatè ſumtum cædes & ſangvinem interdum profundat. Unde Cœl. *Calcagninus* dùm fabulam poëticè de Gigantum cæde & vino ex eorum cruore orto (ut ex ſangvine Veneris amabiliſsima Roſa) recenſet, ità canit:

apud Latinos:

Vinum Sangvis dicitur & quare:

Mœſta parens tellus in vites oſſa redegit
Cæſorum, & vinũ eſt qui modò ſangvis erat.

At neqvis mala vina bibat! de Sangvine nata
Qui biberit cædes, exitiumque bibet.

Plin. 145. dicitur *sangvis terræ. V. Crucius Quæst. med. 28. p. 23.* apud Hebræos. *Hebræis* dicitur *Jain*, unde *Jacchi* & *Jani* nomen, seu *Noachi*, de quo supra, apud Græcos *Græcis* verô ἀπὸ τῆς ὀνήσεως à juvamine, *Mertz. in Oenop. p. 1. c. 2.* Alias οἶνος quasi οἰόνους quòd bibentes mente alienet, vel διὰ τῆς οἰήσεως ὑμῶν τὸν νοῦν ἐμπιπλᾶν, quòd mentem vanis, & alatis cogitationibus impleat. Alii ἀπὸ τοῦ οἴομαι imaginari, quòd qui copiosius biberunt multa imaginantur quæ non sunt. *Martin. Lexic. Philol. Jonbus* πηλὸς quòd argillæ plerumq; rubræ simile, *Laconib.* δύνθις quòd per venas ruat. Poëtis *Græcis* μέθυ. *V. Oppian. 4. Cynæg. 277. Gallis* dicitur Vin, *Ital. & Hispan.* Vino, *Belgis* Wyn, *Germ.* Wein/ *Bohemis* Wino.

Vini Definitio. Est autem *vinum Liquor* (forma) *expressus ab Uvis domesticis maturis* (materia) *& à sua fæce purgatus, atq; in dolio à proprio ac naturali calore* (causa efficiens interna) *ob corporis nutritionem potissimùm* (finis primarius) *perfectus*: ita definit *Horat. Augen. T. 3. l. 5. epist. 2. Stuck.* verò *Antiq. 3, 7.* describit, quòd sit *succus Uvarum qui fervendo vires è musto sibi fecit, quod dulcescit* primo calore proprio & acquisito. *Constat* hic succus fermentatione depuratus majori ex parte ☿al seu spirituosâ & aqueâ substantiâ: terrestris namq; & salina

portio

portio partim in expresſione peracta rejicitur, partim per ebullitionem in 🜔o parietibus doliorum adhærens faceſsit. Itaque dùm de *Vino* erit ſermo intelligendus *liquor*, qui *ex Uvis exprimitur*. Refert quidem *Cæl. Rhod. 22, 13.* in *Inſula Naxo fontem* prædulci fluere vinô; & apud *Tejos* quoque *Diodor. Sic l.3. c.5.* de fluviis vini fabulatur *Lucian. in Peregrinat. ſuis*, de fonte Cybiratico & Geraſeno teſtatur ex *Epiphan. Heidfeld. Sphyng. c. 10. p. 315.* ſcaturire *vino* eâ hora, quâ haurire aquam tùm Chriſtus juſſerit in Vinum commutatam: *aut* quotannis tempore nativitatis Chriſti fontes vino ſcaturire notante *Stengel. de Monſtris c. 1. §. 20.* ſunt quoque *aqvæ vinolentæ* vinum ſapore referentes, quales *aqvæ Calenæ*, *fons Andriæ*, *Paphlagoniæ* & *in Belgio ad Confluentiam*, de qnibus *Bacc. 6. de Therm. cap. 22.* & *Acidulæ Schvvalbacenſ.* der Weinbrunnen / de quibus *Tabernæm.* in Waſſer-Schatz / *l. 1. c. 2. p. m. 12.* quarum cauſas perſcrutatur *Id. Bacc. cap. 21. f. 398.* & *Andr. Libav. de Judic. Aq. Mineral. t. 2. cap. 37.* *Nec* intelligitur *liquor*, quem dùm puer *Bacchus* luſit ferula duras petras vulnerans, ubi è vulneribus exſtillans elicuit *Μέθυ λαρὸν vinum dulce*, de qua fabula *Oppian. 4. de Venat. v. 275.* *Aut* enim commentum eſt, *aut* Diabolus illuſit ne quid Deo conce-

Dătur etiam Aqvæ Vinolentæ.

Vinum fabuloſum.

deret, qui per Mosen è petra percussa baculô aquam eduxit, quemadmodum Satanas Dei simia circumcisionem in Gallis Cybelis & arcām fœderis cum cista Bacchicâ imitatus est, de qua *idem Oppian. l. a. v. 242. & Rittershus. Comm. ad hæc loca p. 141, 146.* & miranda Populi Israëlitici exitumque ex Ægypto cum Mexicanis Indiæ Occid. populis lusit, de quibus *Joh. Lud. Godofredi in Histor. Antipod. l. 1. f. 56. seq. Nov vina deceptiva*, de quibus infra sermo est, hîc considerationem subeunt, aut *Vina curiosa* admodum artificialiter nostro seculo à *Bibone Melitensi Petro*, quem *Harsdörff. T. 2. Recreat. Math. p. 13. §. 17. & Th. Comic. h. 126. Blasium Manfredum* vocat, *ex pota aquâ elaborata*, ut ore evomuerit ℣. Vinum Hispanic. album, rubrum &c. adeò miro artificio, ut nisi Urbano VIII. Pont Card. Richelio & Principi Auraico hoc secretum revelasset, magiæ diabolicæ suspicionem incurrisset, qui modos curiosos Naturæ anxiè torquet, quamvis causas reddere conentur *Petr. Castellus Prof. Messanens. l. 1. Emet. c. 8. Th. Barthol. cap. 1. h. 39.* & *Th. VVillis de fermentat. cap. 11. p. 88.* sed intelligitur *liquor ex Uvis expressus*, eô modô ut priori membrô descriptus fuit, cujus tot tantæque virtutes sunt, ut Asclepiades non immeritò dixerit, nec ipsos Deos immortales commoda

Vina Deceptiva.

Vina artificialia ore respersa.

commoda ejus ſatis recenſere poſſe. *Melch. Sebiz. de Alim. l. 4. p. 1106.* Hinc *Taubm. Comm. ad Plaut. Curc. 1, 2, 4.* Verſus Varronis cenſet dignos populis & cyathis non libris inſcribendos: *Vino* nihil jucundius quicquam cluet, Hoc continet coagulum, convivia, Hoc hilaritatis dulce ſeminarium, Hoc ægritudinem ad medendam invenerunt.

Finis primarius eſt corporis nutritio. V. cap. 5. minus proprii, tùm ut alimentum in corpus diſtribuat, *tùm* ut morbos ſanet. *V. cap. 6.* Finis.

Quoad temperamentum vini maturi tàm ſecundùm activas, quàm paſsivas qualitates, *magna* agitata fuit *quæſtio*, dùm diverſi loci Galen. malè intellecti quandam quaſi contrarietatem inducere viſi ſunt. *Anton. Fumanell. ſingulari tract. in Oper. à f. 102. uſq. 173. & f. 196. uſq. 258.* veſtigiis inſiſtens *Hieron. Fracaſtor. Vinum calidum* dicit & ſiccum; *Barthol. Gaionus calid. & humid.* cum promacho ſuo Conſalvo *Barreda Hiſpano* & *Joh. B. Confalonerio l. de Vin. Nat. 1. c. 8. ſeq. & l. 2. c. 16. ſeqq.* ſtatuit, & hanc controverſiam acerrimè tanquam pro aris & focis invicem decertarunt. *Joh. Manard. l. 14. epiſt. 3.* arbitrum agit, & utrumq; vitulâ dignum (diverſô reſpectû tamen) judicat. *Cl. Sebiz. de Aliment. p. 1125.* diſtingvit, *ratione humiditatis actualiter omne* vinum humidum; *potentialiter* verò non Temperamentum Vini. An humidum an ſiccum.

item; *ratione humiditatis novum* humidius, *maturum* & generoſum ſiccius. *Marc. Ant. Venuſt. conſ. 28. p. 234. diſtingvit vinum* conſiderari vel ut nutrimentum futurum, tunc humidum eſſe, ut medicamentum tunc calefacere *vel* ſiccare, per accidens ſcilicet. Quod iisdem ferè verbis confirmat *Chr. à Vega L. 2. Art. med. ſ. 3. c. 2.* V. qvoqve *Fr. Valles. L. 9. Controv. med. c. 6. Conciliat. diff. 70.*

An frigidum an calidum. *Frigidum* olim ſtatuebant Veteres, referente *Macrob. 7. Saturn. cap. 5.* ob effectus frigidos, quæ vino epoto ſe produnt, *V. Plutarch. 3. Sympoſ. 5.* ſed hoc *per accidens* fieri cap. ſequenti notabitur. *Rectiùs omne Vinum calidum* cenſetur, quod pluribus Authoritate, experientiâ & rationibus probat *Georg. Cortacius Cretenſ. in Trutina medic. c. 2. p. m. 67. Lud. Nonnius de Re Cibar. 2. 7. Sebiz. de Alim. p. 1119.* habet enim *1.* Spiritum calidiſsimum, quæ ejus anima eſt. *2.* Morbos à frigiditate ortos ſedat, *3.* Ventriculi coctionem; unat, *4.* digerit, diſcutit, *5.* febres acutas excitat, *6.* Aquâ diluitur, ut calor infringatur. Hinc *Venuſt. l. a. conſ. 28.* vinum omne *abſolutè calefacit* alio magis cum alia primo, quædã ſecundo, quædam 3°. gradu calida, qualia generoſa Pramnia, Cæcuba, Vetuſta, flava &c. *comparatè* autem & *reſpectivè* qvatenus vinum aliqvod aquoſum comparatur vino generoſo & potenti, hâc

Quædam reſpectivè frigida.

ratione *vinum acidum refrigerare* ex *Hipp. 2. de Diæt. §. 13. Hoffmann. 5. Instit. 25.3.* notat item acerba novella, qvalia non rarò Mosellana, nisi uvam sol continuus & ardentior valdè excoxerit. ut *Lindan. select. med. l. 1. c. 10. §. 6.* Hac limitatione nodus Gordius solvitur in Galen. locis, quando *l. 3. de. comp. med. dicit* vinum acerbum frigidum, & *l. de cibis bon. & mal. succ. c. 12.* In Vinis Vetustissimum ab albo austero novo crassoque ita differt, ut alterum vehementissimè calefaciat, alterum sensibiliter refrigeret &c. V. quoque *Joh. Matthæum in Centur. difficult. medic. quæst. 80. An vinum rubrum refrigeret?*

Vinum est unicum vitæ & valetudinis subsidium. *Valleriol. Enarr. med. l. 2. c. 3.* consentiente *Gal. 2, 6. comm. 18.* quô nihil præstantius Natura è suo penu largita est. *Renodæus Meth. med. l. 1. sect. 1.* quô nihil admirabilius, cùm sicut in macrocosmo Ignis, Aer, Aqua, Terra, ita in *insensili vini microcosmo Flos, spuma, vinum, sedimentum* unâ eademq; amphorâ delitescant. *Robert. Fludd. à Fluctibus* quô nihil nobilius re, usu, varietate. *Cardan. de rer. var. l. 8. c. 23.* adeò ut in uno hoc liquore tot salutaria remedia recondita, qvicqvid saluberrimarum virium natura cæteris plantis indidit, illud omne facillimâ participatione uino, & in vino homini, ad

Vini Laus generalis.

diverſiſsima Invaletudinum genera communicari poſſe, affirmet *Janus Cornar. de Re Vinit.* quod ex omnibus vegetabilibus optimum & ſeleĉtiſsimum. *Thold. in Curr. Triumph. Baſil. p. 363. & G. Phædro de Lap. Phil. p. 396. Vinum* eſt lac Veneris *Apulei. l. 1. metam.* & Lac Senum. *Avic. 2, 1. c. 8.* Tandem *vinum* eſt plane divinus & cœleſtis liquor, roris & cæleſtis humiditatis principale habitaculum, per vitis lignum tortuoſum ex cœlo terraqve hauſtus, beneficio ſolis in pendulas explicatus uvas, unde deinceps expreſsione & debitâ fermentatione in tàm limpidam naturæque humanæ amiciſsimam digeritur lympham *Author. tr. de Conſang. Vini, ☉et ſacch. pag. 29.* Paucula hæc ſufficiant generatim, plura ejus commoda ex ſequentibus pateſcent capitibus.

CAPUT II. DE VINI ABUSU ET EBRIETATE.

Vinum per ſe nonmetetur Vitupegium.

NIhil verò tritius eſt, quàm vini laudem cõvitiis laceſſere ob innumera mala, quæ ex ejus uſu ſæpiusculè proveniant. Sed ut *Plaut. 4. Trucul. 3, 56.* ait, Vinum ſi ſabulari poſſet, ſeſe defenderet, non enim vini vitium eſt, ſed ſiniſtrè & immodicè hoc liquore utentium.

Sunt

Sunt quidã, *qui Ebrietati Encomium* ex Philosophis pandant, ex quibus Romanorum Sapientissimus agmen ducit: *de Tranq. Anim. cap. 15. f.* liberalior potus eluit curas, & ab imo animum movet, & ut morbis quibusdam, ita & tristitiæ medetur, *ideò nonnunquam ad ebrietatem usq; veniendum est*, non ut mergat nos, sed ut deprimat curas; *Plura loca v. apud Paul. Zacchiam in Quæst. Legal. Med. l. 6. t. 1. q. 5. §. 15.* sed hi belluinam excludunt ebrietatem, hilaritatis saltem admittunt poculum, cùm secundum *Apulei l. 3. Florid.* sint 4. pocula *unum* ad sitim, *alterum* ad hilaritatem, *tertium* ad voluptatem. 4. ad insaniam.

An qvædá Ebrietas licita? Affirmant Philosophi.

Ex *Medicis* Ebrietatem modicam in quibusdam morbis convenire notat *Primeros. de Error. med. l. 3. cap. 18.* Imò sunt qui sanitati conducere arbitrantur, si interdum vinum aviditer creberrimè alternatis poculis ingurgitetur, ut inde vomitû excitatô ventriculus eluatur. Hinc *Luxuriosi Romani* ante cœnam bibebant exonerandi stomachi gratiâ. *Dempster. ad. l. 5. Antiq. Rosin. p. 254.* imò statim à balneo unô ductu hauriebant Amystin, ita vocabant hunc potum παρὰ τὸ μὴ μύειν *Grangæus Comm. ad Juv. 6. 425.* quem *Horat. 1. C. 36, 14.* vocat *Threiciam Amystidem*, cùm, *Commentante Cruquio* uno haustu sine interspiratione poculum exsiccatur. *Belgæ* vocant drincken

Medici distinctivè.

Romanorum perversa consuetudo.

sonder suppen/ Invehitur in hunc *Balneis* usitatum bibendi modum suô more optimus morum censor *Senec. ep. 88. & 122.* Et *fœminis* hunc morem usitatum testatur *Juv. 6, 425. Mart. 6, 89. & 7, 66. Senec. Epist. 95.* de illis exclamat: non minùs quàm viri pervigilant, potant, oleô & merô viros provocant, atquè invitis ingesta visceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remetiuntur. *Sic de J. Cæs. Cicero ad Attic. 13. ep. ult.* venit post horam octavam in balneum, accubuit, ἐμετικὰς agebat, itaque bibit & comedit ἀδεῶς & jucundè, hoc est explicante *Mercurial. 1. de Art. Gymnast. cap. 10.* varii generis cibô & potû se replebat, ut possit vomere. Vocabant antiqui *Cothonismum* quando vino ad ebrietatem stomachum replebant, ut corpus per urinam & vomitum expurgaretur. *V. Lang. l. 30. Forest. 9. obs. 28. schol. Hippocrates l. de Intern. affect. s. 430.* in plenitudine tollenda venarum crassarum vina eâ probat quantitate, ut æger inebrietur, sic mediante hoc potû, *inquit*, sangvis è naribus copiosè effluit, qui ægrotantem liberat. *V. Prosp. Martianus in l. 7. Epid. s. 2. f. 294.* In *præservatione ab Arthritide* qvosdam diversa vina bibere in magna quantitate dulcia, acida, (facilitatur enim vinorum varietate vomitus ob turbationem in Stomacho. *Prosp. Martian. Comm.*

Gothonismus

in

in Hipp. de Humor. f. 119) ut post vomant, refert *Fonsec. T. 2. cons. 35. Celsus* quoque *l. 1. c. 3.* Solet Vomitus prodesse post varium cibum, frequentesque dilutas potiones. *Rhases*, & *Avic. 1, 3, 2. 8.* aliisque locis quos citat *Zacut. Princ. Hist. l. 2. h. 72. quæst. 41. idem sentiunt*, potissimum quòd inde per somnum profundiorem spiritibus animalibus quies inducatur, & sudor proliciatur. *Sunt* tamen *alii Medici* qui *rectiùs statuant* Medico *non licere* ad profligandos morbos *ebrietatem inducere*, cùm alii dentur præservationis modi. *V. J. B. Codronch. l. 1. de Christ. Medic. cap. 20. Sylvat. contra. 14. Zacut. l. a.* Zacchias *Quæst. Med. Leg. L. 6. t. 1. q 5. §. 14. Villanov. in Schol. Salern. cap. 15. p. 136. Horst. dec. 2. probl. 2. & Cels. l. a. pag. 23.* seipsum explicat cùm *ait*: inebriari " ut vomatur, Luxuriæ causâ fieri nō oportere " confiteor, interdum valetudinis causâ rectè " fieri experimentis credo, commoneo tamen, ne quis, qui valescere & senescere volet, " hoc quotidianum habeat. "

Rectius prohibetur.

Agitatur quoque *inter Medicos controversia, an Ebrietas reiterato vini potu curetur?* quod affirmat *Schol. Salernit. c. 15. Villanov. in Comm.* permittit si adsit simul nausea & vomitus excitetur; negat autem si calefactio corpori inducta sit. *Holler. l. 1. Pr. c. 3.* putat noxam ab Ebrietate vini qualitate calefaciendi

An Ebrietas reiterato Vini potu curetur.

ciendi & ſiccandi conſumi, imò craſsos humores eâ ratione diſpergi, ut dolores oculorum mero ſolvantur. *Foreſt. 9. obſ. 28, Frambeſ. l. 2. Canon. diſt. 3. conſ. 8.* Vina acida hoc efficere poſſe putat. *J. Cæſ. Benedictus l. 1. Ep. 1.* quæ diſſecent phlegma, incidant, attenuent, bilim retundant, unaque refrigerent. *Greg. Horſtius diſtingvit dec. 2. probl. 2.* eſſe curam *per accidens*, & iteratam potionem intelligendam eſſe modicam, ne facultas naturalis magis debilitetur, ut ſcilicet coctio nutrimenti juvetur, & cruditates corrigantur ex mente *Hipp. in ſ. 2. Epid. V. quoq; Sennert. Prax. 1. 3, 13. p. 746.* Sed licet ex his dictis Vini liberalior potus ſi grano cum ſalis accipiatur, interdum admitti poſſe videatur, crebrior tamen & *belluina ebrietas myriadas malorum Animæ, Animo, Corpori infert*, quæ ſi ex optimis Authoribus enarranda eſſent, nec tempus, nec charta ſufficeret: *Pleni* de ebrietatis incommodis ſapientum libri, plena Medicorum Volumina, plena Theologorum Scripta. V. præter alios *Jan. Cornar. in Theol. vit. l. 2. c. 20. p. 505. ſeq.*

Bellui-na Ebrietas damna infert.

Relinquimus *Theologis* enarrationem damnorum, quæ *Animæ* inferuntur, quantâ non labe *Animum*, quô nihil homini dedit Natura divinius, inficit! Rectè Voluntariam inſaniam, Ebrietatem dixerunt Veteres. *Cæl. Rhod. l. 28. c. 30.* ita ut ſi in plures

Animæ Animo

dies

dies extendatur, habitus is manifestarius evadat furor. *Operatur* autem *vinum diversimodè*, *tum* ratione suæ naturæ, *tum* ratione morum eo utentium, dum *alios* stupidos *alios* iracundos, superbos faciat. *V. Arist. f.3. Probl.16. Sangvinei* rident, currunt, stoliditatem referunt infantilem: *Cholerici* loquaces, mobiles, furiosi; *Phlegmatici* somniculosi & stupidi: *Melancholici* tristes & flentes. *Gordon. Lil. med.p.11.cap.21. Neucranz* de Purpur. *cap.12.p.156.* Hinc Poëta. Mores Ebriorum diversi unde?

Est qui per fusus vino lachrymatur, & est qui
Nullus ridendi novit habere modum.

Exemplum de muliere notat *Prosp. Alpin. de Med. Ægypt.4.2.* vino Cretico ebria quæ primò hilaris & lasciva, mox ad furiam & lites transibat, post mœsta & lachrymans, tandem in soporem incidebat. *V. Baricell. Thes. secr. c.184.* Hinc ob *crebras rixas Bacchus Cornutus* à Poëtis descriptus. *V. Tibul.2, 1,3.* & *Farnab. not. ad Senec. Hippolit. v. 753.* quòd quasi cornu feriat, hinc *à J. Cas. Scalig. in Anacreont.* Tauriformis, ab aliis vitulifrons, & Capriformis dictus, à Græcis ταυρόμορφος, ταυροκέφαλος, ταυρῶπις, Βυγενής, *V. Heins. not. ad Hymn. Bacch. v.517.* & quòd mentem turbet *ab Eod. Scalig.* Ululo capiterotator. Nullum *deterius spectaculum Ebrio: Barthol. Arnigi in tr. Ital. de morib. Human. emendandis* Ebriorum quale spectaculum.

struo adhibet ad *Magisteria resolubilia* (qui modus Basil. Valentin. quoq; cognitus fuit, qui ex ⊕ cum 🜂 Sp. acidum pro extrahenda Anima Corall. & Perlarum præparavit) *ad Tinct.* ♁. &c. Hunc Sp. *in Ph. Ref. f. 448.* ita ænigmaticè describit: ♀ abluenda ab impuritatibus succô quodam vegetabili & Bacchô inebrianda exhibet per Dest. Sp. miræ virtutis. Eundem clarè post *App. ad Animad. f. 52.* depingit, nempe ex ⊕ Tinct. extrahit hinc per abstract. parat crystallos in patella cuprea, ab iis ☿ bis terve abstrahit, & tandem ex pulv. siccato Sp. destillat. Possent cum hoc spiritu secretæ aliquot mihi familiares præparationes subjungi, nisi al id pertinerent.

SECTIONIS VIæ. MEMBRUM Secundum,

DE SUCCI UVARUM DEFERVEFACTI SEU VINI USU SPECIALI.

CAPUT I. VINI ETYMOLOGIA. DEFINITIO.

Vini Etymologia. POstquam fermentatio succi expressi peracta & secretio partium heterogenearum facta, *liquor defæcatus Vinum* vocatur,

vocatur, à *Vi*, quòd mentem tentet; aut *à vi*, quia est potio fortis. *Es. 3. 10.* aut quia *violenter* invadit invasores suos. *Isidor.* tamen apud Latinos: *20. Origin. cap. 2.* dictum suspicatur; quòd *venas repleat.* A *Poëtis* Latinis sub variis *Bacchi* cognominib9 *Bromii, Lyæi, Liberi, Dionysii* decãtatur &c. Præcipua *Bacchi nomina* collegit Dan. *Heinsius* Vir sumô ingeniô & doctrinâ (uti vocatur à *Barth. T. 1. Adv. l. 11. cap. 26.*) *in Hymn. Bacchi*, præsertim *v. 529. seq. & Nat. Comes Mythol. l. 5. cap. 13. p. 504, 505. Temetum Plaut. Aul. 2, 6, 6.* dicitur quòd mentem *tentet. V. Non. Marcell. de Propr. serm. pag. 37.* Vinum Sanguis dicitur & quare: In *Sacris* vocatur sæpiùs *sangvis, tum* quia colore rubro sangv. æmulum in Judæa nascebatur. *V. Genes. 49, 12. Es. 63, 20. Prov. 23, 31. Eccl. 15, 17. tùm* quia ob citam in sangvinem transmutationem, (de *quâ infra cap. 5.*) sangvini maximè analogum, (unde *Tobias VVitackerus* Carol. II. Britann. R. medicus tractatulum suum de vino *sangvinem uvæ* inscribit & Hagæ 1655. edidit) *tum* deniqùe quòd immoderatè sumtum cædes & sangvinem interdum profundat. Unde Cœl. *Calcagninus* dùm fabulam poëticè de Gigantum cæde & vino ex eorum cruore orto (ut ex sangvine Veneris amabilissima Rosa) recenset, ita canit:

Mœsta parens tellus in vites ossa redegit
Cæsorum, & vinũ est qui modò sangvis erat.

At neqvis mala vina bibat! de Sangvine nata
Qui biberit cædes, exitiumque bibet.

Plin. 145. dicitur *sangvis terræ. V. Crucius Quæst. med. 28. p. 23.* apud Hebræos. *Hebræis* dicitur *Jain,* unde *Jacchi* & *Jani* nomen, seu *Noachi,* de quo supra, apud Græcos *Græcis* verò ἀπὸ τῆς ὀνήσεως à juvamine, *Mertz. in Oenop. p. 1. c. 2.* Alias οἶνος quasi οἰόνους quòd bibentes mente alienet, vel διὰ τῆς οἰήσεως ὑμῶν τὸν νοῦν ἐμπιπλᾶν, quòd mentem vanis, & alatis cogitationibus impleat. Alii ἀπὸ τοῦ οἴομαι imaginari, quòd qui copiosius biberunt multa imaginantur quæ non sunt. *Martin. Lexic. Philol. Jonbus* πηλὸς quòd argillæ plerumq; rubræ simile, *Laconib.* δῖνος quòd per venas ruat. Poëtis *Græcis* μέθυ. *V. Oppian. 4. Cynæg. 277. Gallis* dicitur Vin, *Ital. & Hispan.* Vino, *Belgis* Wyn, *Germ.* Wein/ *Bohemis* Wino.

Vini Definitio. Est autem *vinum Liquor* (forma) *expressus ab Uvis domesticis maturis* (materia) *& à sua fæce purgatus, atq; in dolio à proprio ac naturali calore* (causa efficiens interna) *ob corporis nutritionem potissimùm* (finis primarius) *perfectus*: ita definit *Horat. Augen. T. 3. l. 5. epist. 2. Stuck.* verò *Antiq. 3, 7.* describit, quòd sit *succus Uvarum qui fervendo vires è musto sibi fecit, quod dulcescit* primo calore proprio & acquisito. *Constat* hic succus fermentatione depuratus majori ex parte ☿al seu spirituosâ & aqueâ substantiâ: terrestris namq; & salina portio

portio partim in expreſsione peracta rejicitur, partim per ebullitionem in ♀o parietibus doliorum adhærens faceſsit. Itaque dum de *Vino* erit ſermo intelligendus *liquor*, qui *ex Uvis exprimitur.* Refert quidem *Cæl. Rhod. 22, 13.* in *Inſula Naxo fontem* prædulci fluere vinô, & apud *Tejos* quoque *Diodor. Sic l. 3. c. 5.* de fluviis vini fabulatur *Lucian. in Peregrinat. ſuis*, de fonte Cybiratico & Geraſeno teſtatur ex *Epiphan. Heidfeld. Sphyng. c. 10. p. 315.* ſcaturire *vino* eâ hora, quâ haurire aquam tùm Chriſtus juſſerit in Vinum commutatam: *aut* quotannis tempore nativitatis Chriſti fontes vino ſcaturire notante *Stengel. de Monſtris c. 1. §. 20.* ſunt quoque *aquæ vinolentæ* vinum ſapore referentes, quales *aquæ Calenæ*, *fons Andriæ*, *Paphlagoniæ* & *in Belgio ad Confluentiam*, de quibus *Bacc. 6. de Therm. cap. 22.* & *Acidulæ Schwalbacenſ.* der Weinbrunnen/ de quibus *Tabernam.* in Waſſer-Schatz/ *l. 1. c. 2. p. m. 12.* quarum cauſas perſcrutatur *Id. Bacc. cap. 21. f. 398.* & *Andr. Libav. de Judic. Aq. Mineral. t. 2. cap. 37.* *Nec* intelligitur *liquor*, quem dùm puer *Bacchus* luſit ferula duras petras vulnerans, ubi è vulneribus exſtillans elicuit *Μέθυ λαρὸν vinum dulce*, de qua fabula *Oppian. 4. de Venat. v. 275.* *Aut* enim commentum eſt, *aut* Diabolus illuſit ne quid Deo concederet,

Datur etiam Aquæ Vinolentæ.

Vinum fabuloſum.

 deret,

deret, qui per Mosen è petra percussa baculô aquam eduxit, quemadmodum Satanas Dei simia circumcisionem in Gallis Cybelis & arcam fœderis cum cista Bacchicâ imitatus est, de qua *idem Oppian. l. a. v. 242. & Rittershus. Comm. ad hæc loca p. 141, 146.* & miranda Populi Israëlitici exitumque ex Ægypto cum Mexicanis Indiæ Occid. populis lusit, de quibus *Joh. Lud. Godofredi in Histor. Antipod. l. 1. f. 56. seq.* *Non vina deceptiva*, de quibus infra sermo est, hîc consideratio-nem subeunt, aut *Vina curiosa* admodum artificialiter nostro seculo à *Bibone Melitensi Petro*, quem *Harsdörff. T. 2. Recreat. Math. p. 13. § 17. & Th. Comic. h. 126. Blasium Manfredum* vocat, *ex pota aquâ elaborata*, ut ore evomuerit ℣. Vinum Hispanic. album, rubrum &c. adeò miro artificio, ut nisi Urbano VIII. Pont Card. Richelio & Principi Auraico hoc secretum revelasset, magiæ diabolicæ suspicionem incurrisset, qui modos curiosos Naturæ anxiè torquet, quamvis causas reddere conentur *Petr. Castellus Prof. Messanens. l. 1. Emet. c. 8. Th. Barthol. cap. 1. h. 39.* & *Th. VVillis de fermentat. cap. 11. p. 88.* sed intelligitur *liquor ex Uvis expressus*, eô modô ut priori membrô descriptus fuit, cujus tot tantæque virtutes sunt, ut Asclepiades non immeritò dixerit, nec ipsos Deos immortales

Vina Deceptiva.

Vina artificialia ore respersa.

commoda

commoda ejus ſatis recenſere poſſe. *Melch. Sebiz. de Alim. l. 4. p. 1106.* Hinc *Taubm. Comm. ad Plaut. Curc. 1, 2, 4.* Verſus Varronis cenſet dignos populis & cyathis non libris inſcribendos: *Vino* nihil jucundius quicquam cluet, Hoc continet coagulum, convivia, Hoc hilaritatis dulce ſeminarium, Hoc ægritudinem ad medendam invenerunt.

Finis primarius eſt corporis nutritio. V. cap. 5. minus proprii, tùm ut alimentum in corpus diſtribuat, *tùm* ut morbos ſanet. *V. cap. 6.* Finis.

Quoad temperamentum vini maturi tàm ſecundùm activas, quàm paſsivas qualitates, *magna* agitata fuit *quæſtio*, dùm diverſi loci Galen. malè intellecti quandam quaſi contrarietatem inducere viſi ſunt. *Anton. Fumanell. ſingulari tract. in Oper. à f. 102. usq. 173. & f. 196. usq. 258.* veſtigiis inſiſtens *Hieron. Fracaſtor. Vinum calidum* dicit & ſiccum: *Barthol. Gaionius calid. & humid.* cum promacho ſuo Conſalvo *Barreda Hiſpano* & *Joh. B. Confalonerio l. de Vin. Nat. 1. c. 8. ſeq. & l. 2. c. 16. ſeqq.* ſtatuit, & hanc controverſiam acerrimè tanquam pro aris & focis invicem decertarunt. *Joh. Manard. l. 14. epiſt. 3.* arbitrum agit, & utrumq; vitulâ dignum (diversô reſpectû tamen) judicat. *Cl. Sebiz. de Aliment. p. 1125.* diſtingvit, *ratione humiditatis actualiter omne* vinum humidum; *potentialiter* verò non

Temperamentum Vini.

An humidum an ſiccum.

 item:

item; *ratione humiditatis novum* humidius, *maturum* & generosum siccius. *Marc. Ant. Venust. cons. 28. p. 234. distingvit vinum* considerari vel ut nutrimentum futurum, tunc humidum esse, ut medicamentum tunc calefacere *vel* siccare, per accidens scilicet. Quod iisdem ferè verbis confirmat *Chr. à Vegâ L. 2. Art. med. s. 3. c. 2.* V. qvoqve *Fr. Valles. L. 9. Controv. med. c. 6. Conciliat. diff. 70.*

An frigidum an calidum. *Frigidum* olim statuebant Veteres, referente *Macrob. 7. Saturn. cap. 5.* ob effectus frigidos, quæ vino epoto se produnt, *V. Plutarch. 3. Sympos. 5.* sed hoc *per accidens* fieri cap. sequenti notabitur. *Rectiùs omne Vinum calidum* censetur, quod pluribus Authoritate, experientiâ & rationibus probat *Georg. Cortacius Cretens. in Trutina medic. c. 2. p. m. 67. Lud. Nonnius de Re Cibar. 2. 7. Sebiz. de Alim. p. 1119.* habet enim 1. Spiritum calidissimum, quæ ejus anima est. 2. Morbos à frigiditate ortos sedat, 3. Ventriculi coctionem; unat, 4. digerit, discutit, 5. febres acutas excitat, 6. Aquâ diluitur, ut calor infringatur. Hinc *Venust. l. a. cons. 28.* vinum omne *absolutè calefacit* alio magis cum alia primo, quædã secundo, quædam 3°. gradu calida, qualia generosa Pramnia, Cæcuba, Vetusta, flava &c. *comparatè* autem &

Quædam respectivè frigida. *respectivè* qvatenus vinum aliqvod aquosum comparatur vino generoso & potenti, hâc

ratione *vinum acidum refrigerare* ex *Hipp. 2. de Diæt. ſ. 13. Hoffmann. 5. Inſtit. 25. 3.* notat item acerba novella, qvalia non rarò Moſellana, niſi uvam ſol continuus & ardentior valdè excoxerit. ut *Lindan. ſelect. med. l. 1. c. 10. §. 6.* Hac limitatione nodus Gordius ſolvitur in Galen. locis, quando *l. 3. de. comp. med. dicit* vinum acerbum frigidum, & *l. de cibis bon. & mal. ſucc. c. 12.* In Vinis Vetuſtiſsimum ab albo auſtero novo craſſoque ita differt, ut alterum vehementiſsimè calefaciat, alterum ſenſibiliter refrigeret &c. V. quoque *Joh. Matthæum in Centur. difficult. medic. quæſt. 80. An vinum rubrum refrigeret?*

Vinum eſt unicum vitæ & valetudinis ſubſidium. *Valleriol. Enarr. med. l. 2. c. 3.* conſentiente *Gal. 2. ſ. comm. 18.* quô nihil præſtantius Natura è ſuo penu largita eſt. *Renodæus Meth. med. l. 1. ſect. 1.* quô nihil admirabilius, cùm ſicut in macrocoſmo Ignis, Aer, Aqua, Terra, ita in *inſenſili vini microcoſmo Flos, ſpuma, vinum, ſedimentum* unâ eademq; amphorâ deliteſcant. *Robert. Fludd. à Fluctibus* quô nihil nobilius re, uſu, varietate. *Cardan. de rer. var. l. 8. c. 23.* adeò ut in uno hoc liquore tot ſalutaria remedia recondita, qvicqvid ſaluberrimarum virium natura cæteris plantis indidit, illud omne facillimâ participatione uino, & in vino homini, ad Vini Laus generalis.

N 4 diver-

diversissima Invaletudinum genera communicari posse, affirmet *Janus Cornar. de Re Vinit.* quod ex omnibus vegetabilibus optimum & selectissimum. *Thold. in Curr. Triumph. Basil. p. 363. & G. Phædro de Lap. Phil. p. 396. Vinum* est lac Veneris *Apulei. l. 1. metam.* & Lac Senum. *Avic. 2, 1. c. 8.* Tandem *vinum* est plane divinus & cœlestis liquor, roris & cælestis humiditatis principale habitaculum, per vitis lignum tortuosum ex cœlo terraqve haustus, beneficio solis in pendulas explicatus uvas, unde deinceps expresśione & debitâ fermentatione in tàm limpidam naturæque humanæ amicissimam digeritur lympham *Author. tr. de Consang. Vini, ☉et sacch. pag. 29.* Paucula hæc sufficiant generatim, plura ejus commoda ex sequentibus patescent capitibus.

CAPUT II.
DE VINI ABUSU ET EBRIETATE.

Vinum per se nonmeretur Vitupe rium.

NIhil verò tritius est, quàm vini laudem cõvitiis lacessere ob innumera mala, quæ ex ejus usu sæpiusculè proveniant. Sed ut *Plaut. 4. Trucul. 3, 56.* ait, Vinum si fabulari posset, sese defenderet, non enim vini vitium est, sed sinistrè & immodicè hoc liquore utentium.

Sunt

Sunt quidā, *qui Ebrietati Encomium* ex Philosophis pandant, ex quibus Romanorum Sapientissimus agmen ducit: *de Tranq. Anim. cap. 15. f.* liberalior potus eluit curas, & ab imo animum movet, & ut morbis quibusdam, ita & tristitiæ medetur, *ideò nonnunquam ad ebrietatem usq; veniendum est*, non ut mergat nos, sed ut deprimat curas; *Plura loca v. apud Paul. Zacchiam in Quæst. Legal. Med. l. 6. t. 1. q. 5. §. 15.* sed hi belluinam excludunt ebrietatem, hilaritatis saltem admittunt poculum, cùm secundum *Apulei l. 3. Florid.* sint 4. pocula *unum* ad sitim, *alterum* ad hilaritatem, *tertium* ad voluptatem. 4. ad insaniam. An qvædā Ebrietas licita? Affirmant Philosophi.

Ex *Medicis* Ebrietatem modicam in quibusdam morbis convenire notat *Primeros. de Error. med. l. 3. cap. 18.* Imò sunt qui sanitati conducere arbitrantur, si interdum vinum aviditer creberrimè alternatis poculis ingurgitetur, ut inde vomitû excitatô ventriculus eluatur. Hinc *Luxuriosi Romani* ante cœnam bibebant exonerandi stomachi gratiâ. *Dempster. ad. l. 5. Antiq. Rosin. p. 254.* imò statim à balneo unô ductu hauriebant Amystin, ita vocabant huncpotum παρὰ τὸ ἀμυστὶ πίνειν *Grangæus Comm. ad Juv. 6. 425*, quem *Horat. 1. C. 36, 14.* vocat *Threiciam Amystidem*, cùm, *Commentante Cruquio* uno haustu sine interspiratione poculum exsiccatur. *Belgæ* vocant drincken Medici distinctivè. Romanorum perversa consuetudo.

 sonder

ſonder ſuppen/ Invehitur in hunc *Balneis* uſitatum bibendi modum ſuô more optimus morum cenſor *Senec. ep. 88. & 122.* Et *fœminis* hunc morem uſitatum teſtatur *Juv. 6, 425. Mart. 6, 89. & 7, 66. Senec. Epiſt. 95.* de illis exclamat: non minùs quàm viri pervigilant, potant, oleô & merô viros provocant, atquè invitis ingeſta viſceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remetiuntur. *Sic de J. Cæſ. Cicero ad Attic. 13. ep. ult.* venit poſt horam octavam in balneum, accubuit, ἐμετικῶς agebat, itaque bibit & comedit ἀδεῶς & jucundè, hoc eſt explicante *Mercurial. 1. de Art. Gymnaſt. cap. 10.* varii generis cibô & potû ſe replebat, ut poſsit vomere. Vocabant antiqui *Cothoniſmum* quando vino ad ebrietatem ſtomachum replebant, ut corpus per urinam & vomitum expurgaretur. *V. Lang. l. 30. Foreſt. 9. obſ. 28. ſchol. Hippocrates l. de Intern. affect. ſ. 430.* in plenitudine tollenda venarum craſſarum vina eâ probat quantitate, ut æger inebrietur, ſic mediante hoc potû, *inqvit*, ſangvis è naribus copiosè effluit, qui ægrotantem liberat. *V. Proſp. Martianus in l. 7. Epid. ſ. 2. ſ. 294.* In *præſervatione ab Arthritide* qvoſdam diverſa vina bibere in magna quantitate dulcia, acida, (facilitatur enim vinorum varietate vomitus ob turbationem in Stomacho. *Proſp. Martian. Comm.*

Gothoniſmus

in

in Hipp. de Humor. f. 119) ut post vomant, refert *Fonsec. T. 2. cons. 35. Celsus* quoque *l. 1. c. 3.* Solet Vomitus prodesse post varium cibum, frequentesque dilutas potiones. *Rhases*, & *Avic. 1, 3, 2. 8.* aliisque locis quos citat *Zacut. Princ. Hist. l. 2. h. 72. quæst. 41. idem sentiunt*, potissimum quòd inde per somnum profundiorem spiritibus animalibus quies inducatur, & sudor proliciatur. *Sunt* tamen *alii Medici* qui *rectiùs statuant* Medico *non licere* ad profligandos morbos *ebrietatem inducere*, cùm alii dentur præservationis modi. *V. J. B. Codronch. l. 1. de Christ. Medic. cap. 20. Sylvat. contra. 14. Zacut. l. a.* Zacchias *Quæst. Med. Leg. L. 6. t. 1. q 5. § 14. Villanov. in Schol. Salern. cap. 15. p. 136. Horst. dec. 2. probl. 2. & Cels. l. a. pag. 23.* seipsum explicat cùm *ait*: inebriari " ut vomatur, Luxuriæ causâ fieri nõ oportere " confiteor, interdum valetudinis causâ rectè " fieri experimentis credo, commoneo tamen, " ne quis, qui valescere & senescere volet, " hoc quotidianum habeat. "

Rectius prohibetur.

Agitatur quoque *inter Medicos controversia, an Ebrietas reiterato vini potu curetur?* quod affirmat *Schol. Salernit. c. 15. Villanov. in Comm.* permittit si adsit simul nausea & vomitus excitetur, negat autem si calefactio corpori inducta sit. *Holler. l. 1. Pr. c. 3.* putat noxam ab Ebrietate vini qualitate calefa-

An Ebrietas reiterato Vini potu curetur.

ciendi

ciendi & siccandi consumi, imò crassos humores eâ ratione dispergi, ut dolores oculorum mero solvantur. *Forest. 9. obs. 28*, *Frambes. l. 2. Canon. dist. 3. cons. 8.* Vina acida hoc efficere posse putat. *J. Caes. Benedictus l. 1. Ep. 1.* quae dissecent phlegma, incidant, attenuent, bilim retundant, unaque refrigerent. *Greg. Horstius distingvit dec. 2. probl. 2.* esse curam *per accidens*, & iteratam potionem intelligendam esse modicam, ne facultas naturalis magis debilitetur, ut scilicet coctio nutrimenti juvetur, & cruditates corrigantur ex mente *Hipp. in s. 2. Epid. V. quoq; Sennert. Prax. 1. 3, 13. p. 746.* Sed licet ex his dictis Vini liberalior potus si grano cum salis accipiatur, interdum admitti posse videatur, crebrior tamen & *belluina ebrietas myriadas malorum Animae, Animo, Corpori infert*, quae si ex optimis Authoribus enarranda essent, nec tempus, nec charta sufficeret: *Pleni* de ebrietatis incommodis sapientum libri, plena Medicorum Volumina, plena Theologorum Scripta. V. praeter alios *Jan. Cornar. in Theol. vit. l. 2. c. 20. p. 505. seq.*

Belluina Ebrietas damna infert.

Relinquimus *Theologis* enarrationem damnorum, quae *Animae* inferuntur, quantâ non labe *Animum*, quô nihil homini dedit Natura divinius, inficit! Rectè Voluntariam insaniam, Ebrietatem dixerunt Veteres. *Cael. Rhod. l. 28. c. 30.* ita ut si in plures

Animae Animo

dies

dies extendatur, habitus is manifestarius evadat furor. *Operatur* autem *vinum diversimodè*, *tùm* ratione suæ naturæ, *tum* ratione morum eo utentium, dùm *alios* stupidos *alios* iracundos, superbos faciat. *V. Arist. s.3. Probl. 16. Sangvinei* rident, currunt, stoliditatem referunt infantilem: *Cholerici* loquaces, mobiles, furiosi; *Phlegmatici* somniculosi & stupidi: *Melancholici* tristes & flentes. *Gordon. Lil. med. p. ii. cap. 21. Neucranz* de Purpur. *cap. 12. p. 156.* Hinc Poëta. Mores Ebriorum diversi unde?

Est qui per fusus vino lachrymatur, & est qui
Nullus ridendi novit habere modum.

Exemplum de muliere notat *Prosp. Alpin. de Med. Ægypt. 4.2.* vino Cretico ebria quæ primò hilaris & lasciva, mox ad furiam & lites transibat, post mœsta & lachrymans, tandem in soporem incidebat. *V. Baricell. Thes. secr. c. 184.* Hinc ob *crebras rixas Bacchus Cornutus* à Poëtis descriptus. *V. Tibul. 2, 1, 3.* & *Farnab. not. ad Senec. Hippolit. v. 753.* quòd quasi cornu feriat, hinc *à J. Cas. Scalig. in Anacreont.* Tauriformis, ab aliis vitulifrons, & Capriformis dictus, à Græcis ταυρόμορφος, ταυροκέφαλος, ταυρώπις, Βουγενής, *V. Heins. not. ad Hymn. Bacch. v. 517.* & quòd mentem turbet *ab Eod. Scalig.* Ululo capiterotator. Nullum *deterius spectaculum Ebrio: Barthol. Arnigi in tr. Ital. de morib. Human. emendan-* Ebriorum qvale spectaculum.

dis

dis Brescia edito vivis admodum Ebrietatem depinxit coloribus in *Veglia 6. à p. 307. usq. 321.* ubi inter alia: Sciocco, importuno ex fatuo è il parlar dell' Ebbro, un suon di parolle senza mente, un cianciume da nulla un garrir insipido & confuso, il fine suo è far Villania, il parlar dishonesto, il soperchiare il sonnachiare cose tutte lontane dalle Gratie & dalle Muse &c. Veteres *Manduci* effigiem in anniversariis cum grandibus buccis circumferebant, ut fœdam ejus speciem contuentes ab ipsa crapula abstraherentur. *V. Jason. Pratens. de Cerebr. morb. cap. 20. p. 323.* *Vinum* quoq; ve *aperta Animi* recludit (V. infra c. 4.) cum summo sæpè vitæ discrimine: & contrahuntur quoq; *inter vitra Amicitiæ*, sed plerumque *vitreæ*, dùm sæpe concoctô vinô manè illa humanitas, quæ arctissima videbatur, evanescit, aut potiùs ita acescit, ut in ferinam rabiem vertatur. Imò totam Hominis naturam immutat, ut ex casta Penelope fiat Helena adultera, ex Victore gentium Alex. Amicorum interemtor.

Corpori. Si porrò *noxam* quam *corpori* attrahat, contemplemur, *varia morborum genera* ex *Ebrietate* oriri generatim recenset *Avic. 1. fen. 3. d. 2. c. 8. Chr. à Vega Art. med. 2. s. 5. c. 5. Plater. Quæst. Med. q. 77. Forest. 9. 27. Schol. Sylvat. controv. 14. Ranchin. Pathol. s. 2. c. 15.*

Zacc

Zacch. Quæst. Med. leg. l. 2. t. 1. q. 11. Th. Barthol. cap. 4. h. 47. Matth. in conf. Scholtz. 220. Et vini intemperantiam *plura corpori damna inferre quàm ciborum*, (qvòd vinum crudum in venas omnium partium influat, & licet largiores cibi ventriculum onerent, attamen non facilè adeò incommodum iecori, venis, capiti, cordi obtrudant, quin sæpè alvo defluant) vult *Guarinon. conf. 461. & 496.* qvod cum eo statuunt *Celf. l. 1. c. 2. Lemn. 2. Occ. Nat. 18.* quamvis *Clar. Sebizius l. 5. de Alim. probl. 32.* contrarium innuat, cibos vino magis nocere. Plerumque autem *vinum licet calidum sit, morbos frigidos* generat. Rationem reddit *Gal. l. de cauf. morb. c. 3.* modicè sumtum, *inqvit*, calorem auget naturalem, si immodicè, solvit, ac destruit. *Id. 3. de Temper. c. 3.* explicat simili de flamma exigua, cui si confertim multum olei infundatur, extingvatur potiùs, quàm augeatur. *Stephan. Roder. Castrens. in Exercitat. med. ex. 26. p. 206.* scitè dicit, ex vini potu si corpus præter morbum in calescat, generari febres, & morbos calidos; ex ebrietate verò assidua per oppressionem caloris naturalis frigidos, Paralysin, Comam, Convulf. &c. Hinc etiam vinolenti non calent, sed frigent *Arist. f. 3. probl. 1.* & tremunt *f. 5. & 25.* cùm tremor ex frigore; & rigent *f. 6.* & solis calore gaudent.

Intemperantia Vini an plus noceat qvam cibor.

Vinum licet calidum etiam frigidos generat Morbos.

dent. § *28. Bacc. l. 3. de Vin. c. 19.* addit aliam rationem, qvòd vinum copiosè ebibitum replendo caput crasſiſſimas ſecum ex univerſo corpore trahat ſuperfluitates, quæ tùm frigidæ, tùm calidæ, deſtillationum cauſæ. Imò teſte *Sebiz. 4. de Alim. p. 1121.* vinum ſuâ caliditate collectos in capite frigidos humores fundit. V. quoque *Zacut. Pr. l. 2. Hiſt. c. 3. f. 292. Valleriol. 4. obſ. 4.*

Ebrietas plurium Morborum Cauſa. *In ſpecie* ex *nimiâ vini ingurgitatione Brevitas vitæ*, cùm contra Ægyptii longævi admodum ſint, quòd vino abſtineant, aut parciſsimè utantur. *Proſp. Alpin. 1. Med. Ægypt. cap. 11.* Oriuntur inde *Febris Diaria*, & ſubſequente Venere mors *Zacut. 3. Pr. obſ. 1.*

tam Univerſal. Febrium. *Febres* aliæ *diariæ*, quæ frigidæ potu ſanatæ. *Id. 4. Pr. Hiſt. 1.* & *Celſ. in peneſ. Febres acutæ*, ardentes, *Heer. ab Heer. obſ. 17. Zacut. l. 4. Pr. Hiſt. 18, & 19. Gabelchov. c. 2. cur 80.* & *cap. 6. cur. 36. Schenck. 6. obſ. 18. febris magna* cum capitis gravitate & vigiliis, *Mercurial. in Prælect. Piſan. Hiſt. Epid. 19.* & cum cordis dolore *Ib. Hiſt. 36. & 42. Febris continua* & Mors. *Hipp. in Epid. V. Fr. Phrygius Comm. in Epid. p. 2. h. 4. p. 271. Morbus Hungaricus. Lober. Obſerv. Caſtrenſ. dec. 1. obſ. 8.* *Ex eadem*

quam Particul. 1. in prima Corporis Regione. *calvitium* exiccando nutrimentum pilorum oritur. *Mercur. de morb. Cutan. l. 1. c. 5.* inde *Alex. 2. probl. 89.* in Comitatu Sileni plurimos calvos

calvos distinguit. *Ex eadem convulsiones* & subitæ mortes. *Forest. 9, 27. Schol. Zacut. 4. Pr. obs. 126. Ronss. ep. 12. Concussiones cerebri* & obmutescentia ob lapsum *Brendel. cons. 2.* imò & *mortes* ob lapsum, ut de Elpenore *Ovid. 3. Trist. 4, 19. Mart. 1, 83. Valleriol. 6. obs. 4.* Ex *ebrietate Aphonia. Hip. 5. 6. 5. Hochsteter. dec. 3. obs. 9.* Ex eadem *capitis dolor permanens. Forest. 9. 28. Gabelch. 3. cur. 72. Zang. 1. ep. 30.* & *Hemicrania. Forest. 18. obs. 21. Vertigo* & intemperies viscerum. *Capivacc. cons. Scholtz. 44. Phrenitis. Forest. 10, 1. Horst. l. 2. obs. 12. p. 105.* cum *caloris nativi debilitate. Fr. Valles. in Epid. Hipp. l. 3. s. 3. n. 16.* Ex *eadem Coma* soporiferum *Forest. 10. obs. 35. Catalepsis. Plater. l. 1. obs. f. 27. Apoplexia. Fonsec. T. 2. cons. 89. Paralysis Valleriol. 4. obs. 4. Catarrhi*, est enim mater fluxionum. *Crat. cons. 122. Cæcitas Hildan. c. 5. obs. 20.* Ex *eadem Pleuritis. Zacut. 2. Pr. Hist. c. 3. f. 293. Peripneumoniæ*, recidiva & mors. *Horst. c. 3. obs. 8. p. 157.* Ex eadem *Hydrops*, quod exemplo cauponum præcipuè Hydropicorum notat *Cardan. in l. 2. Hip. progn. 2. Dyscrasia hepatis. Ferrar. l. 1. obs. Chir. 47. impedita ciborum deglutitio* & mors, ob lienis nimiam intumescentiam intestina comprimentem. *Th. Barthol. c. 4. h. 47.* ex vini maluatici continuo usu *Diabetes. Tulp. l. 2. obs. c. 46.* tandem *ex eadem mortes morbiq; incurabiles.*

2. Medicæ Corp. Reg.

3. Infimæ.

4. Articulorum. *les. Henr. ab Heer. obſ. 17.* Imô ex Polyphagia & Polypoſia. *Podagra* generetur, præter *Gal. 6. Comm.* §. *20. 28.* qvotidiana addocet Experientia, Brevibus: *Vinô* forma perit, *vinô* corrumpitur ætas. *Propert. 2. El. 4.* Vinum luctator doloſus eſt, pedes captat primùm *Plaut. Pſeud. 51, 6.*

Qua ratione fiat Inebriatio. *Fieri* autem *Inebriationem*, dùm calore Spiritus inflammentur, halitibus ſpiritus turbentur, & motꝰ interripiatur *Sebiz. l. 5. probl. 154. Augen.* qvidem *T. 3. ep. med. 5 c. 4.* Vinum non inebriare qvenqvam, ſed fieri ob accidentariam diſpoſitionem in iis qvorum caput imbecille, ſed experientia aliud docet.

Qvinâ citiùs inebrientur. Verum qvidem, talem *diſpoſitionem* plurimum adjuvare, ut *citiùs inebrientur*, qvibus cerebrum imbecillum, & ventriculus æſtuoſus. *Jaſon. Pratenſ. de Cerebr. morb. c. 20. p. 320.* Senes item. *Baricell. Theſ. Secret. c. 303.* & mulieres qvoq; (qvod contra *Ariſt.* & *Plutarch. 3. Symp. 3. probat Canonher. l. 3. de Vin. c. 1. & 7. ſeq.*) item illi, quibus venæ ſunt anguſtiores nimis calida & denſior corporis conſtitutio. *Holler. Com. in ſ. 5.* §. *5. Hipp.* attamen cùm nemo inveniatur, qvi nõ pergendo vino inebrietur per ſe id facere Vinum, nullum eſt dubium. *Cur aliqvi potu vini non admodùm lædantur vid. Cagnat. de Continent. c. 27. p. 121.* & *Plutarch. 3. Sympoſ. 7. Ariſtot.* autem dùm *in probl.*

probl. referat, *vinum dulce non inebriare*, rectè *Mercur. 1. Var. 17.* hoc problema intelligendum censet de vino dulci in specie Græco protropo, qvod inter vinum medium est & mustum, aut de passo: dantur enim hodiè qvædam vina, qvæ inebriant, dulcia.

Dantur insuper in Rerum Natura plurima, *qvæ mentem tentant*, sensus turbant & *inebriant* ut *Ambra, Monard. Simpl. Ind. Occ. p. 1.* præcipuè vino mista: *xyloaës, Avic. 1, 3, 2, 8. f. Assera: Turcarum. Scalig. ex. 154. Manguers* Arboris succus. *Majol. Colloq. Canic. Elect. Bernavi* apud Ægyptos. *Prosp. Alpin. med. Ægypt. 4, 2. Opium: Döring. de Opio, c. 2. p. 70. semen hyoscyami* aut *mandrag:* radix vino indita, *Plater. Prax. T. 1. p. 106. Solanum* furiosum *Schenck. 7. 164.* Pulvis Turcarum *Hierantac. VVier. 3. de Præstig. Dæmon. 18. Nicotianæ Fumus*, quô Indi Sacerdotes utuntur, ut fiant Ecstatici. *Monard. de simpl. Ind. Occ. p. 25. Bangue* fructus in India Orientali *Acosta Hist. Aromat. p. 80.* & *Garz. l. 2. Hist. Arom. 25.* Fructus *Coca* in India Occid. v. *Monard. de simpl. Novi. Orb. p. 27.* semen *Daturæ Garz. l. 2. Aromat. c. 25.* Odor. *Betonicæ. Th. Barthol. c. 3. h. 97. Variiq; potus Indorum* tàm Orient. quàm Occident, de qvibus infrà in speciali vinorum Historia. *Inebriat* qvoq; *vitis viridis* combustæ pars vino infuso. *Ruell. 1. de Stirp. c. 143.* Ar-

Pluri-
mæ res
natura-
les E-
brieta-
tem in-
ducunt

buti fructus crocatus rubore infectus vulgò *Imbriagola*, qvod facie ebriosos repræsentet, caput ferit. *Porta Phytogn.* 5,25. sic stirpes quæ vinum olent, & animalium, qvæ vinô delectantur partes assumtæ. *Jd.* 7,7. Ubi plura Exempla; Sic *Plantæ vineum succum* pressu *remittentes* obsoleti coloris caput temulentia feriunt, ut Oenanthe, Cyclamen, Mandragora, &c. *Jd.* 1,14. Scythæ coniectis in ignem *herbis* & *fumô haustô* inebriabantur. *Alex. ab Alex.* l.3.c.11. ex *Maxim Tyrij. serm.* 11. quod & Thraces epulantes in usu habuerunt. *Solin. Polyhist.* c.15 & Babylonii. *Herodot.* l.1. *paulo ante fin.* v. *Tiraqvell. Comm. in Alex. ab Alex.* l.a. Ultra 10. modos *citæ inebriationis* habet *Ferrar. Chir.* l.1.c.50. v. etiam *Portam.* 14. *Mag. Nat.* 12. §. 1. longè tamen *alia est ratio*, quæ fit *ab his* dictis, *quàm quæ ab ipso vino*, imò differt etiam inebriatio â vino, & â Cerevisia invicem. v. *Sebitz* l.5. *de Alim. probl.* 154. Notandum etiam *inebriationem* factam fuisse ex injecto vini clystere in abstemia. P. *Borell.* c.1. *obs.* 56. quod *Patavij* qvoq; cum vino generoso in clystere factum observavit *Illustre Daniæ in Patavino Lyceo sidus Jo. Rhodius*, cum magno Litteratorum damno mundo jam surreptum, *Notis in Scribon. Larg.* c.28. §.114. p.185. Ut igitur *Ebrietas* devitetur, & in vini usu Au-

Sed alia ratione.

Inebriatio à Clystere vini.

rea

rea mediocritas observetur, & Ne quid *Nimis*, cùm interdum vitæ genus urgeat & imperet liberaliorem potum, *præservantia* varia ab Authoribus Præscripta reperimus. Præservatio ab Ebrietate.

Sunt quidem, aſt pauciſſimi, *naturali instinctu* planè à *Vino abſtemij*, qvos *Apulej. 11. Metã. p. 742. Ed. Beroald. Invinios* vocat, qualis *Tiraqvellus* ICtus bis quindecim liberorum & librorum Parens, de qvo ingeniosè Poëta: 1. Naturâ Vino Abſtemij.

Facundus fæcundus aquæ Tiraqvellus amator
Qvod nî reſtinxiſſet aqvis Abſtemius ignes
Impleſſet orbem prole animi atqve liberis.

V. Bernh. Langvvedel. in defenſ. Hippocr. th, 13. p. 103. meminit. *Lotich. 4. c. 1. obſ. 1.* juvenis qvi vinô, cerevisiâ, aqvâ omni ætate abſtinuit, v. *qvoq. Scalig. ex 153.* pariter Apollonia Schreiera qvæ poſt longam inediam rurſus tandem optimè bibit & comedit, vinô tamen ſemper abhorruit. *Horſt. l. 2. obſ. 13. p. 116.* Qvidam ex *Voto* & *Lege* à *Vino Abſtemij*, ut Daniel Propheta, Rechabitæ, Nazaræi, hodiè Turcæ, olim qvoq; in V. T. Sacerdotes in Templo ſuô munere fungentes, de qvibus *Jan. Cornar. in Theol. Vit. l. 2. c. 27.* usq; 32. Votô Vino Abſtemii.

O 3 *Arte*

8. Arte Vino Abstemij. *Arte* tamen quosdam *Abstemios reddi*, & *vini odium induci* posse, notarunt Authores. *Gesn. in Hist. Aqvat. l. 4. p. 953.* & *Baricell. Th. secr. c. 185.* laudat *Ranam viridem* in vino suffocatam (causas *cur Rana Abstemios reddat*, inquirit *Libav. Singul. T. 4. in Batrach. l. 2. c. 11. Schol. p. m. 322.*) aut *Angvillam*, (qvanqvam cum *Angvilla* eventus non semper respondeat, v. *Salmuth c. 3. Obs. med. 12. lachrymam vitis* commendat *Porta 14. Mag. 12, 3.* Ova noctuæ elixata. *Mizald. 1. Memor. §. 7.* Causam de *Noctua* ex *Lyl. Greg. Gyrald. Syntagm. de Hist. Deor. 8* deducit *Henr. Salmuth. Not. ad Pancirol. de Reb. Dep. l. 1. t. 25. p. 38.* cùm noctua mortalib9 vinum criminata fuerit, Baccho adeò invisam factam, ut ipsi vitem denegârit, Noctuamq; solam â suis racemis abegerit. *Fontis Clitorij aqvam* laudat. *Ovid. in lib. Metam.* Sic *Uvam marinam. Porta Phytogn. l. 5. c. 25.* & *Cardan. in Encom. Podagr. p. m. 52.* item *Planta & animalia* in *aqvis nata*, & quæ *vino inimica*, abstemium reddunt, quod exemplis probare nititur *Porta. 7. Phytogn. 7. Radicem* Arboris *Amavil* in Persiâ brachio appensam id præstare, *vult Zacut. Pr. Adm. 4. obs. 128. Petr. à Castro in Collect. mss.* notavit Turcam seqventi modô *abstemios reddidisse* ad perdenda vina natos. Sumsit caput agni, cui cornua quàm primum

primum nascerentur, cum pelle, Lana, oculis, dentibus, labiis, & sanguinis ex eodem capite circiter ℥v. qvod tamen frangi poterit ut meliùs exsiccetur. post ℞. Fellium quorundam piscium, qui dicuntur Mulli (Hispanis Baruos) ℥j. human. ex barba capill. p. j. sudoris eqvi inter crura collect. spumosi ℥j. simul juncta vase optimè clauso in furno siccentur. Modus utendi ut ℥j. exhibeatur in vini rubri tanta quantitate, quæ sufficiat ut inebrietur, cavendum ne æger evomat, aut intra 9. dies qvicqvam vini digustet, quod intra hoc spatium anxiè desiderabit, peractis his dieb⁹ nullo modo digustabit vinum, imò odorem ejus fugiet. Alij *notante Eod.* Dn. Castro ℞. fell. lucij n. iij. Aloës ʒij. Ciner. hirund. ℥ij. calc. viv. ℥ij. Fulig. ʒiij. per s. impastetur cum vino rubro, immittitur de hac massa vino aliquid cum fell. 6. Angvill. minutim in cis. colatur. exhibetur, prorsus vinum abhorrebit, qui assumserit. v. quoq; *Forest. 9. Obs. 28. Schol. Pratens. l. a. p. 324.* Sed missis his, cùm sæpè cum sanitatis dispendio offerantur, alia *Præservantia* paucis notanda. Sunt illa remedia. Remedia ab Ebrietate præservantia.

1. *Theologica*: Timor *Domini*, & *Verbum DEI*, quæ *explicat Stuk. 2. de Conv. c. 24.* 1. Theolog.

2. *Moralia*: ut antè oculos ponatur studium 2. Moralia.

dium Sanitatis & Honestatis. Hinc *Laert. in vit Anacharſ.* refert ipſum dixiſſe: Turpiſſimos *Ebriorum mores* optimum eſſe Præſervativum. Apud Lacedæmonios Ebrij ferè infamiæ notâ inſigniti, adeoq; ne viderentur ebrij lege apud ipſos cautum, ne quis domū è convivio reverteretur cum Lumine Vulcanum in cornu geſtans, ſed ut *Xenophon.* & *Plutarch* ait δίχα λαμπάδος; cùm contra apud Romanos è convivio redeuntibus lucernæ prælatæ per pueros λυχνοῦχους. *v. Joſeph. Laurent. Lucenſ. in Polymath. l. 2. diſſ. 17. p. 305.* Inter bibendum ex vitro notetur tritum iſtud fragilitatem humanam denotans:

Dùm bibis ex Vitro, Vitrum cinerem eſſe memento;
— Sic eris ipſe cinis, cùm Te trahet Ultima finis

Ut enim vitrô, qvamvis optimè niteat, nihil fragilius, ita & vitâ noſtrâ. Hinc memoriam ſubit, Omen illud quod paucos dies præmaturum chariſſimæ *Matris Excell. D. Bucretij Seren: Archiducis Caroli Archiatri & Reip. Vratisl. Phyſici filiæ p. m.* Anno 1640. demortuæ præceſſit, quod omen *Dn. M. Elias Major*, Epicharmus noſtræ Reip. Venerand⁹, & *Dn. Chriſt. Colerus Hiſtor. Prof.* ambo oculati teſtes poſteà erudito carmini funebri (vitrum

trum absq; ulla admotâ manu in convivio antè orbem Hospitæ collapsum & fractum) in ferruerunt. *Posterior* quidem sequenti Epigrammate Dn. Parentem Viduum allocutus est:

Saxo, quod in mensis nuper Genialibus ultrò
Conjugis ante tuæ concidit ora *vitrum*,
Crede *tua* voluit Fatum signare propinquum,
Qvàm foret illius Vitrea vita brevi;
Vitreus in puncto, quo splendet frangitur orbis
Dumq; nitet virtus Fœmina cruda ruit.

3. *Politica Remedia*, qvalia sunt, ut conviva morbum simulet, valetudinem causetur *Lemn. Occ. 2, 17.* Obiiciat vini generositatem, corpusculi imparitatem, temporis dispendium, tractationum molem: corrumpatur Pincerna, fugiantur conventicula, &c: *de qvibus regulis uberrimè Joh. Obsopœus in l. 13. de Arte Bibendi*, & *Joh. Frid. Matenesius in Syntagm. Critic. de Ritu Bibendi, nec non Canonher. Lib. 3 10. de Vini Effect.* 3. Politica.

4. *Physica & Naturalia* plurima sunt. *Zacut. 4. Pr. Adm. obs. 127.* commendat haustum ℥j. *Ol. Nucum* pòst crapulam, itemq; monile brachiis gestatū ex gummate Indiæ Orient. 4. Physica.

Lakoka. Refert *Chr. à Vega. l.3. ort. Med. s.1. c. 15. f.494.* Si præbibantur Ol. simpl. ℥ij. citra ebrietatis periculum integrum vini dolium posse ebibi. *Gratarol. de Nat. Vin. c. 5.* laudat *Portulacam, Panem biscoctum,* ac *halecem* salitum. *Id. de Regim. Iter Agent. l.1. c.15. p 74. pulmones ovis comestos.* Amygdal amar. *Plutarh. 1. symp. probl. 6. Lac recens* emulctum sale conditum, atq; mica panis albi coctum potator adhibebat, qui 17. Vini Rhenani mensuras unô haustû ebibit *Lotich. l. 4. c. 1. obs. 2. Amethystus* gemma Umbilico admotꝰ vini vapores ad se trahit. *Sebiz l. 5. de Alim. probl. 169.* facit autem hoc, quia vinum colore æmulatur *Porta. 1. Phys. 18. Græci* dapibus *Sal* præmittebant, tùm ut amicitiæ symbolum, tùm quòd ab Ebrietate præservet. *Alex ab Alex. 5. 21. Cornu Cervi* & *Verbenac.* rectæ semen pro præservat: extollit *Frambezar. l. 2. cons. 8. Elæa meli* in Syria Oleum sapore melleo ex oleis manans antè potoriã palastram exhibendũ suadet *Forest. 9, 28. Schol.* ubi quoq; testatur omne quod reprimat, exstinguat, exsiccet, absumat Vapores, conducere. *Porta 5. Phytogn.* 25. ad præservationem recenset *ea* quæ ex *carbunculo refulgeant in purpurâ* leniter *roseo nitore, aut colore vini meracioris,* ut hederæ, viol' ros. Jris fl. purp. brassica quæ plus

cœteris rubeſcit. Amygd.fl. purp. Eryngium Apuliæ cærul, myrti bacc. vinoſæ, ſuccus granati, &c. *Braſſica* ob *Antipathiam* cum vino unde apud Ægyptios ex lege prægustabatur, ut ebrietatem arceret. *Cœl.Rhod. 16,3. Athen. 1,25. Alex. ab Alex. 5, 21. Plin. 20, 9. Ariſt. ſ.3. 934. §.17. Mizald.c.2. ſ.37. Port. Phytogn. 1,17.* qualis autem deligenda. *Lemn. 2. de Occ.c.17. Villanov. Comm.in Sch.Sal.c.57. Plura remedia Ebrietatem arcentia* v. *apud Port. 14. Mag. Nat. 12,2. Fumanell.Sylv.Bacch. c.12. VVeck. de Secret.5,7.p.262.* Harsdörff. *T.3. Recreat. Math. p.10. ſ.17. Canonher. l.3. de Vin. c.2. à ſ.1. usq. 25.* Eandem ob cauſam Veteres *Coronas Convivis adhibuerunt, partim* ad ſenſuum oblectationem; *partim* ut vi earum refrigeratoriâ incendium vini reſtingueretur. v. *Mercurial.3. Var. 9. Cœl. Rhod. 27, 26.* illasq; *vel capiti admovebant*, & temporibus ungvento delibutis. v. *Plaut. Amph. 3,4,16. Tibull. 1,7,45. 3, 7, 31. Ovid. 5. Faſt. 238. Juv. 15. 50. Mart. 2, 59, 3. 5, 65. &* 13,127. vel *collum iis cingebant Horat. 2 5.3, 256. Tibull. 1.7,51.* aut *unctum pectus circumgyrabant* Corollis. v. *Athen. 15. & Joſeph. Lucenſ. in Polymath. l.2. diſſ. 22.* aut *pocula coronabant. Virg. 1. Æn. 728. & 7, 147. Tibull. 2,5,98.* qvi mos Perſis adhuc ſolemnis. v. *Olear. Itin. Perſ. l.4. c.38.* aut *poculis ipſis immergebant.* v. *Latin. Pacatum*

Indè Coronæ à Veteribus adhibitæ. qvarũ varia forma & uſus.

Varia Materia. *tum in Paneg. Theodos. componebantur vel* sine delectu, nullô habitô florum discrimine, quæ tumultuariæ dictæ. *J. Laurent. Polym. l. a.* vel hypotimiades unctæ simul. *Plutarch. in sympos. l. 3. quæst. 1.* aut *ex Rosis Propert. 3, 4, 44. Rosenberg. Rhodol. p. 2. c. 23. p. 337.* aut *Lauri* foliis. *Mizald. c. 1. §. 57. Mercurial. 4. Var. l. 6.* aut ex *Apio Horat. 4. c. 11.* aut præcipuè *hedera*, qvæ admodum ab Ebrietate præservat. *Baricell. Thes. Secr. c. 397. Lemn. Expl. herb. Bibl. c. 33. Th. Farnab. not. ad Senec. Oedip. v. 415.* Unde etiam *Bacchus hederâ coronatus. Tibull. 1, 6, 2. Ovid. 3. Fast. 774.* ut etiam *Poëtæ* vini Amatores eâ coronari. *Ovid. 1. Trist. 62.* hinc etiã ex *hederâ poculum* in conviviis circumlatum, tùm qvòd hedera purpureis corymbis vinum æmulans frigore merum restingvat, tùm, quòd cauponum fraudes aqua vinum miscentes, hoc poculo deprehendantur. Vocabatur hoc *Cissybium.* v. *Cato R. R. c. 110. Porta Phytogn. 5, 25. Lang. l. 1. Ep. 29.* De *coronis Convivi.* & de hedera v. *Plutarch. Sympos. l. 3. probl. 1. & 2.* De *ebrietate* verò *curanda* v. *Hildesheim. Spicil. 1. de cap. morb. p. 80. Forest. 9. obs. 27. & 28.* & *Heurn.* de iisdem *Meth. ad Prax. l. 2. v. 7. p. 127. seq. Brendel. cons. 10. aliiq;* Practici, adde quod *Scribon. Largus. c. 2. §. 12.* herbam nervalem Græcis πολύνευρον (quam *Plin. 25, 8. Arnoglossum*

Ebrietatis Cura.

sum seu plantaginem vocat) datam, crapulam discutere, & mentem restituere: item *aquas acidas* in potu præstare & lavationes in Thermis. v. *Bacc. l.3. de Therm. c.1. f.157.* & testatur *J.T.Tabernem. in Thes. Aq. c 28. p.298.* *Acidulas Dunchollenses* ad Rhenum in viciniâ oppidi *Braubaci* eximias in discutiendâ crapula esse præ reliquis. Sic *Fumo Tabaci* quamvis Ebrietatem inducat (qvare ab eo fiat Ebrietas v. *Joh.Chrys.Magnen.Exercit.de Tabac. 6.§.4.*) itidem tamen Ebrietatem à vino reprimit. *Id. Magnen.l.a.ex.6.§.7.* De *Usu aceti* in discutienda crapula *v. infrà.*

CAPUT III.

DE VINI USU ADMIRANDO, ET QVIDEM PHILOLOGICE CONSIDERATO.

Vini Usus Philologicè considera-tus.

HActenus de Abusu Vini satis superq; dictum, nunc *moderati Vini usus* considerandus, cùm hic pretiosus Uvæ liquor, sit unicum vitæ humanæ condimentum, sine quo omnia frigeant langueant. Itaq; si Antiquitatis Favissam excutiamus, omnibus negotiis adhibitum Vinum, patebit.

I. In

1. In Sacris. 1. Judæorū.

I. In Sacris.

Exordiamur *à sacrificiis Judæorum*, in iis ut Vinum offerretur mandatum erat. *v. Exod. 29.40. Levit. 23,13.* Ipsi Jehovæ vinum in sacrificiis, ritè oblatum, erat gratissimum. *Os. 9,4. Syrac. 50,17.* Undè *Judic. 9,13.* Nunquid possum deserere Vinum meum, quod lætificat Deum & homines, exclamat Vitis. Vndè *Vallesʃ. Phil. Sacr. c. 16. p. 114.* A Deo in sacris Sal reqvisitum tanquam Symbolum integritatis & incorruptionis, *Vinum* Charitatis, contra mel prohibitū, tanquam voluptatis & deliciarum, item fermentū, tanqvam corruptionis & impuritatis signum *Aut* inter sacrificandum vinum fusum, ut offerentes testarentur, se Deum Authorem vitæ & lætitiæ, quam alit vinum, agnoscere, eiq; gratias agere. Erant autem *apud Judeos duo oblationum genera*, omnib9 holocaustis & qvarumcunq; *pecudum victimis addenda, unum minhah*, hoc est, *sacrificium aridorum* Speißopffer/ ut farinæ purissimæ, panis, Salis, *alterum Nesech oblatio liqvidorum*, videlicet *vini*, Tranckopffer.

Additū Vinum Judæorum Sacrificiis Publicis.

Additum vinum *tum Judæorum publicis sacrificiis*, quæ fiebant *1.* singulis diebus, Juge, Holocaustum. *2.* in Sabatho *Num. 28,10.* *3.* in Calend. cujusq; mensis seu Novilunio *Num. 28, 11. & 15,8.* *4.* in solemnitate Paschali. *5.* in die

Pri-

Primitivorum, hoc est, festo Pentecostes. *6.* in festo clangoris & tubarum. *7.* in festo Tabernaculorum : qvàm *privatis sacrificiis Libamen seu Vinum* oblatum Nazaræorum Puerperarum, Leprosorum, in spontaneis sacrificiis. *v. de his* latè differentem *Jan. Cornar. in Theol. Vit. l. 1. 15. à p. 131. usq. 140.* In *Novo Testamento*. Dominus noster JESUS Christus adeò dignatus est Vinum, ut delicatissimum ex aqua produxerit. De quo miraculo scitè *Sedul. l. 3. Oper. Pasc.* cantat. ---mirabiles fusas

Privatis.

2. Christianorum.

In vinum convertit Aqvas; amittere
gaudent
Pallorem latices, mutavit læta saporem
Unda suum largita merum, mensasq;
per omnes
Dulcia non nato rubuerunt pocula
musto.
Implevit sex ergo Lacus hoc nectare
CHRISTUS
Qvippe ferax qui vitis erat

Rubrum illud *colore* fuisse ex Sc. S. Locis probare nititur *Lauremb. Acerr. Philol. Cent. 3. §. 68.* Imò adeò vinum extulit Dominus noster, ut illud ad N. T. principale Sacramentum unà cum pane adhibuerit, ut his duabus naturalibus rebus, sacro sanctum suum corpus & sanguinē Christianis exhiberet. Hinc *August.* narrat

narrat Ethnicos existimasse à Christianis adorari Cererem & Bacchum, cùm audirent in eorum mysteriis tanti fieri Panem & vinum, neqve rem benè intelligerent. Imò *ex Tertull.* refert *Stuck, Ant. Conv. 1, 33. f. 124.* Cœcilium Christianorum calumniatorem obiecisse falsò Christianis, quòd infantem farre confectum occidant, & sitientes ejus sanguinem, lambant. cuj9 impurum ôs obstruxit. M. Minutius Felix in sua Apologia, quam Octavium inscripsit. Meminit huj9 qvoq; calumniæ *eximium Silesiæ nostræ Dec9, Andr. Gryphius* (qvi Herculis cothurnis indutus in Tragicô scribendi genere omnibus ipsiq; etiam Gallorum hodiernô Lumini Dno. de Corneille palmam facit dubiam) *in Not. ad Tragœd. Felicit. Op. p. 36. & 63. Moscovitas* in administratione, S. Cœnæ vino rubro aquam calidam admiscere, ob mysterium Lateris aperti refert. *Joh. Faber in de Reb. Muscovit. f. 136.*

5. Ethnicorũ. Diabolus qvoq; tanqvam divinorum operum κακόζηλος qvædam simia, & ἐμπαίκτης (ita vocatur â *Rittershus. Comm. in Oppian. 4. Cyneg. v. 276.*) etiam mancipia sua, Ethnicos, docuit *vino* sua *sacra celebrare.* Celebrârunt illa *Vinalia Sacra* Jovis, qvæ & *Vinalia Rustica*, quando cilicet *vinum* primùm in urbem

Festa Vinalia duplicia.

dela-

delatum, *Mense Aug. XIV. Kal. Sept.* idq; Jovi libabatur tanqvam Authori hujus boni, priùs ab homine degustari nefas habebatur. Elapsô namq; annô, per totam æstatem insolata hauriebant vina, gustabantq; quam acqvisiverint qvalitatem, & in cellas tunc reponebant. Vinum autem, qvod afferebatur *Calpor* dictum & *Sacrima. Rosin. 4. Antiq. Rom. c. 12. p. 107.* item *Inferium* quod inferretur ex dolis. Celebrabantur qvoq; *Vinalia* teste *Alex. ab Alex. 6. G.D. 8.* cùm flamen Dialis vindemiam auspicatus maturis Uvis vinum legere, & vindemiam fieri jubebat. Porrò *Vinalia* in honorem Veneris *Mense April. IX. Calend. Maj.* celebrata, qvia Venus tutrix Hortorum. v. *Plutarch. Quæst. Rom. 45.* hæc ab Ænea instituta. *Mercur. 1. Var. 15.* qvô die multū vini effundebatur è Fano Veneris. *Rosin. l. a. c. 8.* v. *Joseph. Laurent. Polymath. l. 2. dis. 24.* 2. Veneris.

Pleraq; alia *Gentilium sacrificia vinum admittebant*, & dicebantur σπόνδα in qvibus Vinum necessarium: reliqva pauca ἄοινα seu νηφάλια (*Gell. 3, 29.* vocat *abstemia*) in qvibus vinum adhibere nefas, qvalia sacra Cereris. *Macrob. 3. Sat. 11.* Rumiæ, Vestæ, & apud Athenienses in festis Mnemosynæ, Auroræ, Solis, Lunæ, & Vraniæ, ubi non vinô, sed melle libabant *Alex. ab Alex. 3. 12.* quædam etiam fiebant

In plerisq; Sacrificiis vinum adhibitū. In qvibusdā prohibitum.

fiebant aqvâ, oleô. v. *Stuck. de sacrif. Gentil. f. m. 133.* Hæc Sacra qvæ vinũ non admittebant, dicebantur *Sobria* eaq; prima & antiqvissima, nam cùm vino carerent, aqvâ primum libare necesse habebant. *Tomasin. de Donar. p. 199.* ex *Porphyr. de Abstinent. l. 2. p. 156.* Namq; antè Bacchi ortus Aræ sine honore fuerunt. v. *Ovid. 3. Fast. 627.*

Adhibitum Vinum in Sacris D. Super: ubi 1. Victimæ Sigillatio

In Sacrificiis Deorum Superorũ fiebat *victima*, per Sphragistas sive Sigillatores Mystas, *primùm cum Annulo Sigillatio*, si enim annulô victima priùs non esset signata, capitis pœnam incurrebant sacrificuli, ut ex *Herod. l. 3. & alii*, probat *Fortun. Licet. l. de Annul. Antiq. c. 48. p. 218.* qvi itidem refert, Annuli hujus „notam fuisse, hominem in genua provolu„tum, manibus revinctis cum gladio ad jugu„lum, alioqvin bovem, hircum, agnum ho„minis locô immolabant, ad eluendam offen„sionem divinam, has victimas acceptante „DEO, ut expiarent hostiarum sanguine no„xam illam, qvâ alioqvi purgari proprio san„guine ipsos oportuisset.

2. Immolatio.

Post succedebat Immolatio (hoc est molæ salsæ in caput victimæ collocatio) qvæ ubi facta fuisset, Famuli *Spondophori, vinum*, qvod libandũ erat, offerebant, Crateras ad summum implebant, illud in minora pocula fundebant. *Ovid. 7. Met. 611.*

611.Virg.4.Æn.v.60.Senec.Thyest.585. In *superorum* qvidem *sacris* manû supinam spargebant, vocabantq; *fundere. Virg.5. Æn.98.* in *Inferorum* paterã convertebant, vocabantq; *vergere. Stat.6. Theb. v.210.* Vasculum ex quo spargebant dictum *Præfericulum. Stuck. de Sacrif. f.90. & spondeon. v. Beroald. Comm. in l.11. Apul. p.728.* Ipse actus dicebatur *Hostiæ probatio,* exemplum apud *Ovid.1. Fast.366.* si enim vinũ admittebant, nec stupebant, aptæ probabantur. *Stuk. de Sacrif. p.135.* Postquã autẽ affunderat Scipulo vel *Simpuvio* ligneo vel fictili admodum parvo, ipse Sacrificulus delibabat leniter, gustabat vinum, & adstantibus gustandum deferebat, ut pariter libarent, *Rosin.3. Rom. Antiq.33.* quod enim libabant quasi Diis propinabant. Dicitur *Libare* â Libero, quia Bacchus peragrato orbe, primitias Vini Jovi Maximo obtulit, ac primùm libavit. Factâ immolatione, libatione, Victima cædebatur, ubi pars ex iis, Diis offerebatur (qvod vocabant *reddere, litare*) unà cum thure *flammis vinum injicientes. V. Herod. l.2. p.119. Senec. Thyest. v.698. & Oedip. v.323. Ovid.13. Met.637. Homer. Odyss.* Γ. *v.460.* tunc simul preces fundebant. *Homer. Od.* Γ. *v. 42. seqq. Virg.4. G.380.* & si Vinum Effusum in flamma relucebat, bonum augurium captabant.

3. Libatio Vinum spargendo.

Libando.

Flammis injiciẽdo.

bant. Qvod Divinationis genus *Peucer. tr. de Divinat. p. m. 224.* οἰνομαντεία, vocat. Reliqvum Victimæ in convivia servatum. Peractô conviviô ex reliqviis victimarū Lingvas in rogo Mercurio, facundo Deorum interpreti libabant, parum vini infundentes. V. *Natal. Comit. Mythol. 1, 10. p. 37.* qvamvis ipsi Mercurio vinum lymphatum oblatum, qvod vivis & mortuis dominetur. *Stuck. 2. Ant. Conv. c. 37.*

Vinum in Sacrificiis Deor. marinorum — In *Sacrificiis Deorum marinorū* postqvam exta victimarum *in mare* dejecta *vinum* qvoq; dejiciebant. v. *Virg. 5. Æn. 237.* & *775.* *Valer. Flacc. l. 2. Argonaut. 611.* Interdum tamen etiam *vinum in flammam* projectum, ut de Oceani sacrificio *apud Virg. 4. G. 384.*

In Inferorū. — In *Inferorum sacrificiis* jugulatâ victimâ in foveam *vinum* & sanguinem infundebant v. *Ovid. 7. Met. 255.*--invergens liqvidi Carchesia *vini.* ita enim legit. *Nat. Com. Myth. 1, 12. Taub. Comm. ad Plaut. Curcul. 1, 2, 11.* editio autem Ovidii Janssoniana legit carchesia mellis. Plutoni tamen plerumq; pro vino Oleum exhibebant. *Virg. 6. Æn. 254.* Qvod inferiis delibabant *Delibamenta*, quod defundebant, dicta, ex *Val. Max.* notat *Joseph. Laurent. Polymath. 2, 18. p. 309.* *Platæenses* in Sacrificiis annuis eorū qui pro Patria occubuerant variis aliis ceremoniis, immolatô taurô, Junonem & Mer-

Mercurium ad cœnas & Inferias Epulas invitabant, & pateram vino miscentes, profundentesq; clamabant: *Propino illis Viris*, qui pro libertate Græciæ occiderunt. *Plutarch. in Aristid. Aliud Exempl.* apud *Apulej. 4. Met. p. 146.* ubi Latrones summis poculis Memoriæ defunctorum litant Commilitonum.

In omnibus autem *Sacrificiis. Vinum* qvod *offerendum*, oportebat esse *Meracum absq; aqvâ*, ut mentis sinceritas, expers fraudis indicaretur. Hinc *prohibitum, Vinum* ex *vite Græcâ*, qvod aqvam haberet, ex amputata seu fulmine tacta &c. *v. Plin. 14, 19.* tale sacrificiis *inidoneum Spurcum* dictum. *Alex. ab Alex. 3, 12.* qvod verò in sacrificiis Bonæ Deæ oblatum, *Merum, Lac* dictum. v. *Macrob. 1. Sat. 12. Alex 3, 12. & 6, 8. Baccho vinum novum* oblatum seu *Mustum, Sacrima* dictum, qvod antea intactum, non aliter ac Cereri de spicis offerebant, qvas primùm messuissent, *Præmessum* dictum. *Joh. Laurent.* Polymath. 2. *diss. 24. Alex. ab Alex. 3, 12.* Plin. *18, 2. Horat. 1. C. 31, 2.* item Genio. *Tibull. 2, 2, 5.* Pers. *2. Sat. v. 3. Rosin. 2. Antiq. c. 14. Arcula*, in qvâ *primitiæ* fructuũ oblatæ asservabantur, θυηλὴ, & θυμίλη Ara super qvâ primitiæ adolebantur. *v. Tomasin. de Donar. c. 4. p. 44.*

Qvale Vinum Sacrificiis adhibitũ?

Primitiæ oblatæ.

2. Vini Usus in Conviviis.
In iis Vino libabát 1. Diis.

2. IN CONVIVIIS.

In Conviviis varius admodum *Vini Usus.* Libabant enim in illis *1. DIIS*, non tam in Conviviis Sacrificalibus solùm, qvàm comunibus qvoq; : Non bibebant priùs nisi *Libationem Diis* fecissent, ut patet ex *Homer. Jl.* H. *v.480. virg. 1. Æn. 741.* & effundebant ex vase vel in aram, vel in terram, mensam, certis adhibitis ceremoniis, in Deorum honores. *Rosin. l.5. c.30.* Sic multibiba Lena apud *Plaut. Curc. 1,2,31. Veneri, Dido apud Virg. 1. Æn. 736.* in mensam effusô *vinô Jovi Hospitali* libat. v. *qvoq; Eund. 8. Æn. v. 279.* In festis Conviviis *Laribus* prima Libamina facta, effusô in terram *vini* pauxillô, & dapum parte in focum injectâ, fuisse notat *Th. Farnab. not. ad Senec. Thyest. v. 981.* In qvibusdam Conviviis *primum poculum Gratiis* libasse, alterum *Horis* ac *Dionysio*, tertium *Injuriæ*: alios *primum Craterem Jovi*, alterum *Heroibus*, tertium *Jovi Servatori* dicâsse, author est *Tomasin. de Donar. c. 17. p. 129.* De oblatione *Poculi Boni Dæmonis* dictô, *v. infra de vino Diluto.* In fine Convivii libabant Mercurio, qvia Præses Somni. *v. Homer. Odyss.* H. *v. 137.* cum lingvis oblatis. *Jd.* Γ. *v. 333.*

2. Imperatorib9 & Honoratis.

2. *Imperatoribus & Honoratis libabant.* Ex Deorum Libatione successit tacitis continuata

nuata suffragiis consvetudo, ut qvando dies celebraretur Natalis Principum, vel alicujus viri generosi, ipsorum honori libarent, hoc est, in salutem eorum biberent. Exemplum aput *Herodot. l. 1. ubi de Persarum Convivio*. Hinc in multa copia honorum Augusti decretum, ut per Genium ej⁹ vulgò jurarent, & in Conviviis omnibus pro ejus salute libarent. *ex Dion. & Horat. 4. C. 5. 33. Taubm. Comm. in 1. Æn. virg. p. 414.* Hinc *Ambros. l. de Helia & Jejun. c. 7.* refert convivantium tritam fuisse vocem: *Bibamus pro salute Imperatorum*, & qvi non biberit, sit reus in deustione. Qvi *mos* apud *Germanos* qvoq; usitatissimus, in Principum & Honoratiorum salutem bibere, qvem falsè suô more perstringit *Ovven. l. 3. Epigr. ad Carol. Eborac. §. 14.*

Undè Mos in Sanitatē Principum bibere.

Est potior potâ sicca Salute Salus.
Et res absurda est, & talis forma loqvendi
Credere, pro alterius posse Salute bibi.

Et *Idem* alibi canit:

Qvo tibi potarum plus est in ventre Salutum,
Hoc min⁹ epotis hisce Salutis habes.
Una Salus Sanis, nullam potare salutem,
Non est in potâ vera Salute Salus.

Notat *Isaac Causabon. Animadv. in Athen. l.10.c.6.* Athenienses Regib9 sic adulari consuevisse, ut singuli Diis in Conviviis libantes in Regis honorem duos qvoq; cyathos effunderent.

3. Supremi Inferiorib9. 3. *Supremi Inferioribus libabant* interdum, qvando scilicet Rex vel Princeps festi tempore in Convivio, aut cùm hospitem augustiùs exciperet, pateram vino sumebat, summis labris delibabat & degustabat, & pòst ordine Convivis educendam præbebat; qvale exemplum de Alex. M. apud *Arrian. l.8. de Reb. gest. Alex. & Sueton. in Tiber. c.13.*

4. Absentib9 Amicis. 4. *Absentibus Amicis* libabant, bibendo vinum vel in eorundem honorem. *Theocr. Idyll. 14, v. 18.* vel propter eorundem felices successus, ut de Muræna Augure. *Horat. 3. C. 19, 10.*

5. Amicis præsentib9 5. *Amici præsentibus Amicis* libabant, qvod *propinare* vocabant, dùm in benevolentiæ obseqvium convivæ seipsos ad invicem libabant. Hinc ille apud *Æthen. lib. 10. f. 426.* hanc ego plenam pateram amicis meis qvos nominatim appellavi totam prælibo, benevolentiæ certum pignus. Hîc notetur observatio. *Is. Grang. Comment. in Juv. 5, 127. p. 168.* erat veterum propinandi mos hoc discrimine, quòd *Græci* pateram solùm offerrent

rent & nominarent, cui poculum essent tradituri: *Latini* verò infusum vinum propinabant. Huic Libationi hodiè respondere Legem poculorum reciprocam in Conviviis *Germanorum Brindis* (quasi, ich bringe dirs) vult *Casp. Caldera Hisp. in T. 1. Tribunal. Magic. Med. l. 3. tr. de Pot. s. 2. c. 3.* Rursus tamen propinatione variant, dùm *Germani* non solùm Amicos nominant, sed & poculum exhaustum, de novo repletum offerunt; *Galli & Itali* saltem nominant, non offerunt. *Homerus* in Convivio introducit Ulyssem, qvi vinô implens poculum, propinat Achilli. *Il. l. 9. 224. Plura de hoc more apud Romanos Juv. 5, 127. Mart. 2, 15. 3, 81, 25. 10. 49. 12, 75. 9. Formulæ*, quibus *Vinum propinabant* invicem apud *Græcos*, erant ζησείας *Vivas* (cui vox hodiè successit *Prosit*) *ex Dione Cassio in Commod.* notat *Joseph. Laurent. in Polymath. 2. diss. 41.* Apud *Romanos* autem: *Benè me, Benè te, Benè vos, Benè nos.* &c. v. *Plaut. Stich. 5, 4, 26.* & *in Pers. 5, 1, 20. Ovid. 2. Fast. v. 637. & 1. de Art. Am. v. 605. Brisson. l. 1. de Form. Pop. Rom. p. 82. Romani* qvoq; in compotationibus *tot vini* cyathos hauriebant, *qvot* essent in Imp. Amicorum, Amicarum &c. *nomine Litteræ*, quas vel apertè profitebantur. *Scholiast in Theocr. Idyll. 14, 18. p. 15.* vel sodalibus hariolandum relinqvebant. v.

Girmanorum Brindis

Propinandi Formulæ.

Modus propinandi ad numerum Litterarum.

Farnab. Not. in Martial.1,72. v. *quoq; Mart. 8, 51,21. 9,95.11,37.7.* de nomine Cæsaris. *Id.9,74.* interdum ad numerum nominis, cognominis, pronominis. *Id.11,2.& Horat.3.c.19,13.* in honorem Charitum 3. in Musarum 9. pocula poscit. Et ne tot pocula in Sanitatem Principum, Ducum, Magnatum, Amicorum, Amicarum hausta, Sanitatem offenderent, ad qvosvis haustus Deorum ac Heroum nomina invocasse; testis est *Tomasin. de Donar. c.17. p.129.* Siticulosus *Pantagruel.cap.8.* optat amasiæ suæ nomen ut esset Bartholomæa. **Bibebant** interdum *tot cyathos, qvot* digitos in manu haberent, *Plaut. Stich.5,4,24.* imò *tot* cyathos, *qvot* alicui annos precabantur. *Ovid.3.Fast.v.531. Fulv. Ursin. de Triclin.p.m.165.* *Hebræos* verò ad numerum litterarum secundùm ordinem alphabeticum bibisse, vult *Harsdörff. T.5. Recreat. Math.p.1.§.21.* qvâ ratione *hodiè in Holsatia* & qvibusdam Saxoniæ inferioris locis bibere *secundùm ordinem globulorum* in vestibus, consvetum esse, nach den Wambstknöpffen trincken / pro certissimo relatum est.

Vinum diversum cõvivatoris & convivarum.

Notandum porrò olim *Convivatores Convivis* sæpè, *an* ex fastu, *an* ex Avaritia, *ignobilius* obtulisse *vinum, ipsi* autem *nobilius* potabant, quem morem reprehendit *Mart.4,*

86.&c

86, & 6,11. & passim. item *Juv.* 5,51. Hinc scitè *Petron. Satyr. p.* 17. Vinum qvod Trimalchio bibebat, vocat *Vinum Dominicum.* v. *Gonsales Comm. p.* 119. & citat *Simon Abbes Gebbema Comm. in* Petron. *p.* 49. *ſ.* 143. inscriptionem Romanam ex Welseri Monumentis Augustæ, ubi vocatur *Merum* nigrum Falernum, Setinum *de Apothecâ Dominicâ.*

Cùm *Convivæ vinum* peterent, *à* pueris *canentibus* exhibitum fuit. *Petron. Satyr. p.* 17. qvod pluribus Authoritatibus confirmat *Gonz. Comm. in h. l. p.* 122. v. & *Horat.* 2. *Ep.* 2, 9. potissimùm Neronis tempore, qvi ad insaniam citharœdus fuit. v. *Sveton. ej. vit.* 20, 21. 22. Vinum ad Musicam oblatū.

Servi qvi *Vinum ministrabant*, & vini curam habebant, vocabantur *Ministratores. Petron. Sat.* & *Senec. ep.* 47. *à Svet. in Cæs. c.* 49. vocantur *Servi ad Vinum*, à *Juv. Sat.* 13. *ad cyathos.* in veteri *marmore à Lagena seu Laguna*, *Apulej.* 10, *Met. Pocillatores.* v. *Laurent. Pignorius de Servis p. m.* 68. 69. Servi Vinum Ministrates.

Qvantum autem *qvisq;* & *qvomodo* bibere deberet *Vinum*, præscribebatur ab eo, qvi jactu talorum *Rex Convivii* factus fuerat. *Horat.* 1, 4, 19. qvem *Id.* 2, 7, 25. vocat *Arbitrum* Bibendi, 2. *S.* 8, 7. *Cœnæ Patrem. ib. v.* 74. *Convivatorem. ib. v.* 28, & 1, 5, 46, *Parochum.* (cujus vocis originem declarat *Cruq. Comm. p.* 368.) Vini bibendi Mensura decreta.

Plaut.

Plaut. Perf.5,1,18. *Dictatorem & Strategum.* *Mart.*2,48,15. *Cœnæ Magistrum*, & *Plutarch.* 1. *Symp.*4.*Symposiarcham*, ubi qvoq; describitur,qvalis esse debeat?

Varia Poculũ genera, eorũ viria Materia.

Propter *Vini Usum varia Poculorum genera* inventa,qvæ *vel à materia*,è Cornu primũ. *Mizald.*3.*Memor.*93.*Mercur.*1.*Var.L.*22. deinde in fagina,lutea,fictilia,pòst vitrea,gemmata, crystallina, myrrhina, de qvibus omnibus, *Salmuth. not. ad Panciroll.l.*1.*t.*50.*p.*237: & de postremis *Nic. Guibertus singul.tract.v.qvoq;* *Lang.l.*1.*ep.*29.*Rhodius Not. ad Largum.§.*135.

varia forma

vel à forma: & dicebantur *Cantharus. Virg.* 6. *Ecl.*17. (hodiè *Italis* à tenendo, *Tazza*:) *Toreumata. Virg.*4.*Ecl.*36. *Cyathi*, *calices* à calefaciendo. *Plin.*32,2. *Cululli. Horat. Art. Poët.* *v.*434.*Cratera*,*Virg.*1.*Æn.*729.*patera*.16.*v.*745. *Scyphi. Horat. Epod.* 10. *Oenophora Apulej.* 7. *M.* & *Baucale* apud *Alexandr. in Problem. v.* inprimis *Athen. l.* 11. *à cap.* 1. *usq;* 20. Tandem *Romani* ad Græcum morem bibentes (erant enim Græcorum morũ Simiæ & stulti Amatores Imitatoresq; *v. Juv.*6,185.*seq.*) reliquias vini arte qvâdam interram elidebant exhausto poculo, aut in pelvim æneam, ut redderet sonum & hunc morem vocabant κοτλαβίζειν. *v. Lips.*1.3.*Antiq.Lect.c.*1.*p.*84.*Athen.* 10,9. *Juv.*3,108. *Horat.*2,14,26. *Stuck. de Conviv.* *Antiq* 3,14.*f.*363. De hoc more *Taubm. Comm.*

Cottabus Lusus cũ Vino.

in

in Plaut. Trin. 4,3,4. inqvit: Libatio Vini erat Diis, Cottabus verò amasiis dicatus. *Gonzal. Comm. in Petron. p. 265 ad* Cottabi Lusū reducit jocum Romæ pervetustū in Conviviis freqventem, ut aspergerent circumstantes poculi residuo, quem morem & Elephantos didicisse, præcipuè qvi ad spectacula essent destinati, tradit *Ælian. 2. H. Anim. 11.*

Tandē in *Amatoria Propinatione*, ab Amasia prægustatū poculū eâ parte, qvâ labra admoverat, ebibebant amantes. v. egregiū locum apud *Ovid. Ep. Heroid. 16, 79. & 1. de Art. v. 579.* ut enim explicat *Lucian. in Dialog. Jov. & Junon.* ita bibunt simul & osculantur. Propinatio Amatoria.

Plura qvi de *Vini Usu in Conviviis* variisq; ritib⁹ circa vini potū desiderat, adeat *Joh. Guil. Stuckiū* de Conviv, *Andr. Bacciū* de Conviviis. Antiq. *Bartholom. Burchelat.* in Convivio Dialog. *Jani Cornar.* de Conviv. Græcorū Veterū & Modernorū German. *Jul. Cæs. Buleng.* de Conviv. *P. Ciaccon. & Fulv. Ursinum* de Triclinio *Casp. ab Ens* Conviv. Apparatus &c.

3. In Foederibus, Induciis, Amicitiis Pangendis.

3. Vini Us. in Fœderibus, Induciis, Amicitiis pangendis.

In *Fœderib⁹* pangēdis vini plurim⁹ us⁹, unde *Sponda, Libatio* idē qvod *fœd⁹*, qvia *vini* pocula fœdera sanciebāt, & σπένδεσθαι fœd⁹ inire. Sic

Sic Nestor apud *Homer. Il. B.* v. 341. de perfidis inqvit, qvo nunc Sacra Mera (σπονδαὶ ἄκρητοι) & dextræ, qvibus credidimus. Sic Thraces & Ægyptios è cornibus boum *vina* libasse alternâ vice conciliati amoris & mansuræ fidei certissima pignora, refert *Alex. ab Alex.* 5, 3. qvæ consuetudo qvoq; Pœnorum apud Nasomenes. *Herod. l.* 4. Mulieres *olim per vinũ jurasse* testis est *Guil. Stuck. de Sacrif. f.* 95. *Germanos* inter pocula creberrimè Amicitias contrahere, qvotidiana probat experientia.

Adve. nis Vinũ Donariũ. Nec ab hoc loco aliena *consvetudo*, ut Magistratus qvibusdam in Locis *Advenis* alicujus conditionis *Vinũ mittat Donarium*, qvod in Superiori Germaniâ non infreqvens *Jac. Phil. Thomasin. l. de Donar. c.* 1. *p.* 8. & de Helvetiis *Stuck. l.* 1. *Ant. Conv. c.* 20. Pariter cùm Helveticorum Legati ad Henr. IV. Gall. R. fæderis ineundi ergò Ao. 1602. tenderent, omnibus in locis *vinô* excepti fuerunt *honorariô*, nam, ut inqvit P. *Matthieu Hist. Gal. T.* 2. *l.* 5. *narr.* 6. *p.* 411. *le vin* est le plus honorable present dont de tout temps on a honore les Estrangers, & *le vin* qvi se præsente par honneur aux Personnes illustre, & apparentes s. appelle γερούσιον οἶνον par Homere.

4. In Spon- 4. In Sponsalibus Et Nuptiis.

In Sponsalibus (quæ sunt mutua viri & Uxoris

ris fœdera) *Libationes cum vino* fieri ſolitas, ex *Feſto* probat *Stuck. de Sacrif.f.*136. *Germani* de jungendis affinitatibus in Conviviis inter pocula conſuluerunt. v. *Tacit.*22. *G.*4. falibus & Nuptiis.

In Nuptiis antè aras Deorum genero Socer in convivio auream phialam intus rore Uvæ bullientem (verba ſunt *Pindari Od.*7.*ſ.*6.*Olymp.ſtroph.*1. ubi morem deſcribit) præbibitam tradebat. *Hodiè* in *Moſcovia* antè aram Sacerdos Sponſo & Sponſæ rubrum *vinum* ebibendum offert. v. *Olear. Itin. Perſ.l.*3.*c.*8. qvi mos qvoq; *Armenis* in uſu. v. *Eund.l.*4. *cap.*40.

De *Vino in Convivio* Nuptiali *v. Stuck.l.*1. *de Conv.c.*24.

5. IN FUNERIBUS. 5. In Funeribus.

In Funeribus uſtulato corpore *vino rogus aſpergebatur*, ut factum iu funere Patrocli *Homer.Il.*ψ.*v.*237. Miſeni *virg.*6.*Æn.v.*227, Pilati. *Urſi.Stat.*2.*Sylv.*6,90. v. *Tibull.*3,2,19. *Kirchman. dè Funer, Rom. l.*3.*c.*6.*p,m.*316. *Kornman. de Mirac. Mort.ſ.*7.*c.*53. *De Libatione ferali cum vino* (qvæ fiebat Diis manibus. v. *Thomaſin. de Donar.c.*36.*p.*229.) in funere Hectoris. *Virg.*3.*Æn.*302. Archemori *Stat.*5.Th.*v.*740. aliamq; qvam celebravit Tireſias. *Id. l.* 4. *Theb.v.* 454.*ſeq.*

Poſtea *ad Sepulchra* qvoq; *Convivia inſtituta,*

tuta, περίδειπνα dicta, & P*arentalia*; item *Cœnaferales* & *Silicernium Kornm. de Mirac. Mort. s. 7. c. 36.* Sic Achilles convivium instituit in funere Patrocli. *Homer. Il.* ψ. *v. 28.* Priam⁹ in funere Hectoris. A *Gentilibus* didicerunt *Christiani*, qvi in *exeqvialibus Conviviis* vinô se ingurgitârunt, indeq; merito Patrum reprehensionem incurrisse, attestatur *Kirchman. de Funer. l. 4. c. 6. p. 188.* Indè fortè adhuc manavit *mos Lugd. Batav.* & qvibusdam aliis in locis usitatus, ut *Vinum* exhibeant iis, qui demortui funus comitari dignantur.

Vinum Damnatorum. Meminit qvoq; ex *Pontan. Jos. Laurent. in Polymath. l. 2. diss. 30.* *Vini damnatorum*, qvod ex damnatorum mulcta & supplicio comparatum, cum qvo Diis sacrificare, & proindè convivari peracto sacrificio Veteres consvevére. Inde etiam *ad supplicium ducturis* tale *Vinum* oblatum, ex *Cerda Advers. c. 176. Id Laur. l. a.*

6. Vini Us⁹ in Puerperio.

6. IN PUERPERIO ET NATALITIIS FESTIVITATIBUS.

Veteres, *Infantes non aqvâ sed vinô abluere* solitos, testatur *Cal. Rhod. 18, 1.* putantes, hoc experimentô morbis obnoxios admotô merô debilitari, qvi autem valetudinis obfirmatæ, eorum corpora robustiora fieri. Qvod idem in *Italia* hodiè à qvibusdam fieri laudat *Mercur. T. 3. cons. 139.* ut tenella corpora

An Infantes Vino lavandi?

Vino

vino aqua temperato laventur; sic enim mirum in modum corroborari, & à nimiâ humiditate exsiccari. Et *melius* quàm quidam veterum; qui recens natos *aquæ gelidæ* exponebant, ut Latini *Virg. 9. Æn. 603.* Germani de quibus *Turneb. 22. Adv. 5. Claudian. 2. ad Ruff. v. 112.* quos inde *Gal. l. 1. Salubr.* graviter increpat. *v. Lang. in præf. Epist. & l. 1. Ep. 59.* Inde Rhenus quasi Ryn, purus, in quem infantes exponebant; quòd esset velut Judex vindexq; Conjugii, *Taubm. Comm. ad Virg. 9. Æn.*

Vinum in Conviviis solemnib⁹ ob nativitatem liberorum celebratis non solùm adhibitum, sed etiam recens natis mysticè *Lac, Mel, Vinum* in primitiva Ecclesia exhibitum fuisse, ex Patribus deducit *Stuck. l. 1. Ant. Conv. c. 16. f. 33.*

Imò in *Germaniæ Locis Vini* aliqvot mensuras eâ horâ insumere, qvâ puerpera enixa, est consvetudo, pari ratione ut apud Lusitanos ex panis taleolis eô tempore cum ovis, Cinnam. & sacchVaro, qvod *Fatias* vocant puerperæ consangvineis, adstantibusq; gustandum exhibent. *Rod. à Castro de Morb. Mul. p. 2. l. 4. f. 1. c. 1.*

7. IN THERMIS ET BALNEIS.

Luxuriosos etiam in *Thermis* Vinum adhibuisse — In Thermis.

hibuisse *ad Petron. Satyr. p. 15.* de Trimalchionis Jatroliptis in Balneis Falernum bibentibus notavit *Gonzal. com. p. 101. ex Graug. comm. in Juv. Sat. 7. v. Mart. 12, 71.* Faciebant autem ut vomerent, & alacriores fierent ad novam crapulam. v. *supra c. 2.* Culpat hunc morem *Qvintil. l. 1. c. 6. extr. Senec. ep. 122. Plin. 14, 22. Gonzal. l. a. ex Plaut. Rud. 2, 3, 43.* demonstrare conatur potionem calidam in Balneo præberi solitam fuisse. Sed qvantopere dilatatis per balneum poris, & corpore ibi indigo noceat nervosis partibus subitus vini occursus *v. Bacc. 2. de Therm. c. 20. f. 125.* imò instar veneni vinum à balneo, *Id. 7. c. 25. f. 497.* Senibus tamen à balneo vinum dulce convenire. *Id. l. 7. c. 19.* statuit.

In Ludis.

8. In Ludis.

In *Amphitheatris* Luxuriosi Romani Spectatores *vinô aspergebant Croco* diluto, qvod patet *ex Mart. Spect. 3, 8. l. 3. Ep. 64. 5, 26, 7. 9, 39. 5. Plin. 21, 6. Senec. ep. 90. & Nat. Quæst. 2, 9. Apulej. 11. Met. p. 276. Lips. de Amphitr. c. 16. Brodæus in Miscell. 5, 6.* Adhuc moris est ut in *Coronationibus*, aliisq; Principum festivitatibus, *vinum* per tubulos Populo elargiendum emittatur.

9. Delectatur Vino.

9. Plantas Et Bestias Vino Delectari.

Arbo-

Arborum radices vinô irrigatas firmiores reddi, docet *Plin.* 12, 1. Jucundè de *Platano* luditur *in Anthol. Græc.* qvæ de seipsâ 1. Plantæ & Arbores.

Austro nuper humi nimium vexata procaci
Succubui *Platanus* fronte comata prius.
At superinfuso facies mihi pristina *vino*
Adfuit, hoc summi plus valet imbre Jovis,

Eqvis olim tempore Homeri *Vinum* datum patet de Hectoris Eqvis ex *Hom.* θ. *v.*189. qvod confirmat *Ph. Comineus l.* 1. *Comm. Gall. p.*229. Eqvum suum vetulum & laboribus fractum, cùm post præliũ situlam vini repertam hausisset, eâ potione sic fuisse recreatũ, ut alacriorem antè nunqvam expertus sit. Undè Aurigæ *vinum* in os & nares eqvorum injiciunt, aut offam ex vino & pane offerunt, ut Eqvi firmiores reddantur. *v. Zacut.* 2. *Princ. Hist.* 61. *Comm.* Qvod in Gallia hodiè à peregrinantibus fieri usitatissimum. 2. Bestiæ Eqvi.

Ferocientes *Tauros* inspersô tergori merô obseqventiores fieri putat *Columell.* 6, 2. Tauri.

Oves tonsas à Romanis pastoribus vinô unctas, ut tenerior post lana succresceret, *Varro R. R.* 2, 11. & *Juv.* 5, 24. testantur. Qvàm Oves.

 vino-

Pantheræ. Vinosæ sint *Panthere*, adeò ut *vino* capiantur, *v. apud Oppian. 4. de venat. v. 318 seq.* Fabulantur enim Poëtæ, Nymphas â Baccho in Pantheras mutatas, cum ipsis Pentheus insidias struxerit, undè Pantheræ adhuc remanent semper amatores vini. *Id. Oppian. l. a. v. 231. seq.* capiuntur qvoq; vinô & Oenutha (*Zacut. 6. Pr. c. 1. f. 908.* Oenanthen putat, alij Oenotheræ radicem, qvæ siccata vinum olet. *Porta 2. Phytogn. 40.*) Corvi & Simiæ, aliæq; bestiæ. *Plin. 21, 11. & 24, 17.* Elephanti qvoq;. *Porta l. 15. Mag. 8. §. 7.* perdices anatesq; *16. §. 9, 10.*

Corvi, Simiæ Elephanti.

Ursi *Ursus* ex Ursinorum ædibus Romæ vagans exhaurire solebat, qvæ inveniebat dolia. Ex *Volaterr. Zacut. l. a. f. 908.*

Reptilia. *Reptilia* qvoq; vini odore illici, ut in vinaria vasa decidant, probat *Forest. 30, 3. sch.*

Serpentes. Imprimis *Serpentes* avidè vinô delectari certissimum est. *v. Plin. 10, 72. & 22, 23. Erasm. adag 3, 10, 98.* tit. *Hydra in dolio. Juv. 6, 429.* Hinc *vinum in qvod* irrepserunt *Serpentes* bibitum *Elephanticis* & Leprosis prodesse, *ex Gal. 11. Simpl. & Aretao 2. de Diut. Pass. c. ult. Zacut. Pr. Hist. l. 6. h. 1. & 2.* refert, qvamvis interdum locô salutis mortẽ qvoq; hauserint. *Id. l. 2. Pr. Hist. 72. dub. 43.* Hinc serpentes per os hominis ingressi, suppositô vinô dulci, qvod adeò appetunt, evocandi. *Cardan. Comm. in progn 21. Hipp. l. 1. &* dolores ex deglutito serpente, vini, lactisq; sumtione, mitescunt. *v. Greg. Horst. s. 6. obs. p. 390.*

Curá per vinum iis qvi Serpẽtes gerunt.

CAPUT

CAPUT IV.
DE VINI USU ADMIRANDO, QVATENUS ANIMO HOMINIS CONDUCIT VINUM.

Vini Usus qvoad Animũ Hominis.

DElibatô huc usq; *Vini Usu Philologico*, nunc qvæ cõmoda *Homini*, in cujus gratiam creatum est, conferat, curiosâ Mente, manuq; investigandum erit.

Respiciunt *illa* vel *Hominis Animum*, vel *Corpus, tàm Sanum quàm ægrum*; de qvibus in seq.

Animo Hominis nullam Medicinam salubriorem, hoc æthereô liqvore, Natura progenuit. Nam

1. *Tristitiam abigit*, qvod S. Script. comprobat ✠. *104, 15. Eccl. 31, 32.* Hinc apud Poëtas *Liber* dictus *Bacchus* & *Lyæus* à λύειν solvere, qvôd sollicitis animis onus eximat. *Hor. 1. Ep. 5, 18.* Nam ut *Ritterſch. Comm. in Opp. p. 143.* — 1. Tristitiam abigit.

Qvòd mentem curis solvat, frontemq; pudore
Et lingvam, hinc nomen jure *Lyæus* habet.

Ab *Oppian. Cynag. 4. v. 252.* λυσίπονος solvens curas Bacchus vocatur, utpote qvi curas exonerat graves. *Senec. Hippol. v. 444.* dissipat curas edaces. *Horat. 2, C. 12, 17.* levat omne malum.

lum. *Id.Epod.*13,17. & docuit sollicitas fallere curas. *Heinſ.Monobibl. El.*15.*v.*19. Vinô cura fugit. *Ovid.* 1, *Art. v.*236. vinô fit curarum Medicina. *Propert.*3,16,6. Vino mordaces diffugiunt sollicitudines. *Horat.*1.*C.*18,4. *Tibull.*1,7,6. *Horat.* 1. *C.* 7,31.3,12,2.4,12.20.& 2.*S.*7,112. & ex Græcis exempla notata apud *Piccart. Obſ. Hiſtor. Pol. dec.*13.*c.*6.

Nō tamen ſemper nec omne vinum. *Non qvidem ſemper* hoc præſtat, si enim corpus vitiosis humoribus ſcatet, triſtitiam creat potiùs: *nec omne vinum.* Refert enim *Lemn.*1.*Occ.*16. dari *vinum*, qvale *Picta vienſe* qvod bibentes morosos, calcitrosos faciat, *Rhenanum* contra blandientes & osculô potiùs qvàm fuſtibus impugnantes Uxores reddit, qvale generoſum & lene qvoq; deſcribit *Horat.*1.*Ep.*15,18.*ſeq.*

Qvomodo fiat ex vino Lætitia. Fit autē *ex vini potu lætitia, tū* propter Spir. refectionē, *tùm* qvod calore vini Cor laxetur & titilletur ex cuj⁹ motu lætitia, *tùm* ob indicibilē Sympathiā qvæ in ej⁹ ſubſtantiæ modô conſiſtit, qvam habet cum Corde. *Valleſ. Phil. ſacr. c.* 27. *v. Xenophon. in Conviv. p.*242. & *Heurn. Meth.ad Prax.l.*2.*c.*5.*p.*97.

2. Somnū inducit. 2. *Somnô feſſum animum reſtaurat,* illumq; curis, laboribus, vigiliis fractum, placidô demulcet ſomnô. Hinc *Ovid.*3. *Faſt. v.*305, Vina qvies ſeqvitur, & apud *Tibull.*1, 7, 41.

Bacchus & afflictis reqviem mortalibus affert, & Bac-

& Bacchus est somnô gaudens. *Horat. 2. Ep. 2,78.* Hinc vinum alloqvitur *Propert.3,16,24.* hoc sollicitum vince sopore caput. Et *Sannaz.* l.2. *El.* 5.v.37.

Tu mihi securos adige in præcordia somnos
Afflatuq; juva Lumina fessa tuô.

Causa autem *cur* Poëtæ *vinum ad Somnum* efflagitarint, redditur â *Propert.*3,16,10.

Semper enim vacuos nox Sobria torquet amantes.

3. *Mentem acuit*, præcipuè *Vina generosissima*, quæ plurimum ætheræ naturæ obtinent; inde qvòd Dii sapientiâ præstarent Mortalibus, Poëtæ finxerũt ipsos Nectare & Ambrosiâ vesci. *Gryll.de Sapor.dulc.l.1.* qvalia dicta fuerũt *Vina Theologica*, quod Scholastici Doctores Parisiẽses, Lovanienses, Colonienses, aliiq; ob necessariam ipsorum Ingeniorũ acumen spirituosa expetierint. *Villanov. Comm. in Schol. Salern.c.8.p.95* Alludit hinc *Nicol. Rigaltius in Funere Parasitico Biberii* Curculionis *p. m.*25. ubi Parasitus in Epitaphio inqvit: Summa ingenia in occulto latent, ea flore vini edentuli foràs prolicienda sunt. *Majol. Canic. Coll.*21, *Vinum* non solùm corporeas vegetat partes, sed & phantasiam, cogitativamq; facultatem adjuvat, & ferè 3. Mentem acuit.

& ferè ad intellectivam fermè penetrare videtur, dùm organa affixa adeò probè disponat, ut hilarem faciat, illustret, ipsam corroboret memoriam, undè intellectus exerceat suas functiones illustriùs, si à Sapiente Viro sumatur. *vid. qvoq; Gell.* 15, 2, & *Macrob.* 2. *Sat.* 8.

4. Ad Carmina pangenda incitat.

4. *Ad Carmina pangenda incitat.* Nam vinum est Eqvus Poëtarum, Vinum est Hippocrene, unicus liquor qui stupendos Vates efficiat. *Muret. or. vol. 2. in poem. p.* 388. Undè *Maßinus Poëta Italus* eleganter: Versi versa chi di Bromio è pieno, & fan tazze feconde facondo l'huomo, qvando ho Bacco in Seno, io Febo ho in Bocca, Questo è la Fonte che mi fà Poëta, Il Magazino è il Monte di Pegaso, e Vino è de Poëti il gran Pianeta. Ipse *Mart.* 11, 7, 12. exclamat:

Possum nil ego sobrius, bibenti
Succurrunt mihi qvindecim Poëtæ.

Nam Ingenium potis irritat Musa Poëtis, *Propert.* 4, 6. 75. contra siccis omnia dura proposuit Deus. *Hor.* 1. *C.* 18, 3. *u. Ovid.* 7. *Met.* 351. *Tibull.* 1, 7, 37. Ex Recentioribus *Dominicus Baudius Jamb. carm.* 3. canit, Poëta, me vide, Ni vina potet nullus unqvam esse potest. Et *I. Cæs. Scalig. in Anacreont.*

Uno in Cymbolico, sed hoc pusillo,
Sexcenti latitant, puto, Poëtæ,

Uno

Uno ex cymbiolo hoc Catulliano
Sexcenti caput exerent Poëtæ.

Dan. Heinsius quoq; l.1. El.6. v. 45. seq.

Felix qvi modicô perfundit nectare Musas,
Castalias, qvamvis Græcia laudet aqvas.
Felix qvi modicis indulgens haustibus, ignem
Ingenii Vates suscitat ipse sui.

Horat. 1. Ep.19. v.2. Nulla placére diu nec vivere Carmina posse ea judicat qvæ scribantur ab Aqvæ potoribus absq; vino: & falsè *Joh. Auratus Prof. Regius Paris.* morbô correptus excusat versuum insvavitatem, carmina, inqvit, meliora fuissent

Sed Lymphâ, miscere *vinum* sum febre coactus
Carmina nunc *vinô* convenienter erunt.
Dilutô diluta puta mea carmina vinô,
Respondere valens vividiora dabo.

Causa autem cur Vinum Carminibus pangendis adeò necessarium est, quod dum Anima præstantissima ad peragenda utatur tan- Causa cur Vinum ad Carmina necessariũ

tanquam instrumento cœlesti splendore micantibus spiritibus, illi autem quò puriores & subtiliores elaborati sint, ut ideam cœlestis, blandiq; caloris æmulam referant, fit, ut generoso bibito vino (qvale specificum ad pangenda carmina *Falernum*) tales generentur, qui mentem illustrent, suggerant Spiritibus Animalibus vegetantem calorem, & splendidissimam lucem, quâ ad omnes actiones Intellectus sint pervii. Ex vino enim facillima fit mutatio in sanguinem, undè Spiritus in copia generantur, & exhausti resarciuntur. *Causa* quoq; est quòd vini calore excitatur furor Poëtarum, sine qvo fores Poëticæ frustra pulsantur. *Bacchi* enim *& Apollinis furorem unum eundemq; esse* patet *ex Marsil. Ficin, de Sanit. tuend. Stud. l. 2. c. 20 Macrob. 1. Saturn.* 18. *& Fortun. Licet. l. 6. de Lucern. Antiq. c. 45.* Et scitè *Hieron. Brissoni nella Gondola à Tre Remi scors. 6. p.* 290. Non è altro quel furor Apollineo che agita li menti di Poëti, & fà lor dire & inventare tante cose che *Spirito di Vino*, non *divino*. Exemplo sunt vinosus *Homerus* & *Ennius* qui faciles Baccho comitante invenerunt Musas. *Horat.* 1. *Ep.* 19, 6. De *Alceo Aristophane, Anacreonte*, qui non nisi poti, poëmata scripserunt v. *Athen.* 10, 7. & de *Sophocle Id.* 1, 19. *Ronsardum* Gallorum Poëtam

Ob furorem Poëticú qvi idem cum Bacchi furore.

Exempla vinolentor Poëtar.

Poëtam Amici ſemper vinô generoſô maddidum invenerunt. v. *Canonher. de vini Eff. l. 1. c. 1. §. 18.* *Eobanus Heſſus* adeò potator inſignis fuit, ut cum eo de palma contendere nemo auderet. v. *Melch. Adam. in ej. vit. p. 113.* Cùm *Camillus Quernus Archipoëta* dictus apud Leonem X. Pont. de ſe gloriaretur.

Archipoëta facit verſus pro mille Poëtis:
ſuggeſſit Leo: Et pro mille aliis Archipoëta bibit.

De *Dominico Baudio*, qui non potuit præterire ſcopulos, hoc eſt Vini vitra ab ejus diſcipulis diſpoſita ad excitandum Animi fervorem, notiſſimum. Hinc *Horat. 1. Ep. 19, 10.*

— — non ceſſauére Poëtæ
Nocturnô certare merô putere diurnô.

Hinc *Ovid.* in exilio pontico vino deſtitutus, de ſe conqueritur *4. de Pont. 2, 25.*

Impetus ille ſacer, qvi Vatum pectora nutrit,
Qui prius in nobis eſſe ſolebat, abeſt:

Hinc Poëtæ *Vini amatores* coronati *hederâ* quæ ab ebrietate præſervaret. *Plin. 16, 34. Virg. Ecl. 7, 25. Ovid. 3. Art. 412.* & eorum ſtatuæ *Perſ. proœm. v. 5.* quamvis & coronas acceperint ex *quercu Mart. 4, 54. Stat. 5. Sylv. 3, 232.*

ex

ex *palma* aut *Lauro.Stat,1.Achill. v.15, Auson Epigr.1.v.3. Myrto.Ovid.1. Amor.15.37.* aut *apio, Virg.Ecl. 6, 68. Jun. 8,226. Laur.Gryllus de Sapor. dulc.l.1.* causam putat, cur Itali Germanis ingeniosiores, qvòd vina habeant generosiora; Græcos etiam ob præstantiam vini olim fuisse sapientiæ Parentes, qui nunc cum vitibus â Turcis exstirpatis Ingenii & doctrinæ gloriam simul amiserint.

5. Con-silia sugge-rit. 5. *Consilia suggerit*, & ad res serias peragendas mentem qvoq; acuit. *J.Cas. Bened.l.4. Ep.7.* Humorem Melancholicum vino comparat, undè cùm Melancholici sapientes, magis fiunt ebibito vino. Insuper cùm nonnulli sint ad inveniendũ ingeniô quidem aptô, sed minùs audaci, quando ad pocula ventũ est thuris in morem â calore correpti, exhalant, nam metum quo nulla alia res magis consultationibus impedimento est vinum profligat, & propter veritatis dicendi libertatem est fœcunndissimũ. v. *Plutarch.Sympos. 7, quæst. 8, 9, 10.* Hinc quòd Prudentia vino augetur. Palladem cum Baccho Gentiles in uno simul Templo collocârunt. *Alciat.Embl. 22.* & Bacchus à consiliis suppeditandis Græcis ἐυβέλ@ dictus. v. *Heins.not.in Hymn. Bacch. v.143.* Sic *inter pocula consuluerunt Persæ Curt. 7,4,1, Polyd. Virg.de Inv.Rer.3.3.p.204. Græci*

Exem-

Exemplô Nestoris apud *Homer.Il.α.v.70.* De *Germanis; Tacit.4.H.14,4.* & *de mor.G.22.4.* & fusè elegãterq; *Traj.Boccalin. Relat. Parnass. Cent.2.rel.28.* & dicitur Catonis Prisci sæpè mero incaluisse virtus. *Horat.3.C.21,11.*

6. Mentis Candorem revelat. Nam condita verax aperit præcordia Liber. Horat.1.S.4,89. & operta recludit. *Id.1.Ep.5,16.* ut fiat arcani fides prodiga mens perlucidior Vitro. *Id.1.C.18,16.Vid.Ovid.1.de Art.237; Horat.Epod.11,13.* & *3.l.21,14.* Hinc Bacchus *Phanes* διὰ τὸ πάντα φαίνειν quod omnia aperiat. v. *Heins. not. ad v.513.* Inde principes hoc Instrumentô abutuntur ad expiscanda consilia, quòd *Horat. de Art.Poet.v.434.* jam suo tempore usitatum fuisse dicit:

6. Mentis candorem revelat

Reges dicuntur magnis urgere culullis
Et torqvere mero, quos perspexisse laborant.

Exempla hùc facientia collegit *Piccart. Obs.Hist.Pol.Dec.7.c.7.*

7. Militum animos roborat. Licet enim Cartag. militibus in castris vinum fuerit interdictum. *Arist.l.1. Oecon.c.5. Alex.ab Alex.3,11.* Constantinus tamen Imper. Honor: & Arcadi⁹ vinum iis concesserunt, modicum tamen, pro medicamento & pro animi alacritate excitandâ. v. *Schneberger de milit. Valet.tuenda c.3.p.61.seq.* Hinc cum Hector recusaret vinum bibere apud *Homer.Iliad.2.v.264.* Hecuba

7. Militum Animos roborat.

ba ipsi, ut bibat, suadet, quôd animum & vires vinũ augeat, moderatè bibitum. *ib.v.261.* Vinum in prælia trudit inermes. *Horat.1.Ep.5,17.* Indè Bessus gravis mero, militibus vinũ largius circumferri jubet, debellaturus super mensa Alexandrum *Curt.7.4,7.* Quare, quòd cordatos reddat merum, Antiqui *Bacchum Cordis præsidem* fecerunt. v. *Dempster. ac.11. Antiq. Rof.* Hinc ille miles apud Poëtam siccato Vini cratere:

Non mare turbatum timeo, non fulgura, fidum,
Audacem, intrepidum, me facit esse merum.

CAPUT V.

DE USU VINI ADMIRANDO MEDICO QVOAD CORPUS HUMANUM, ET QVIDEM SANUM.

Us9 Vini Medic9 in Corpore Sano

Quib9 Vinum conveniat Positivè: Sensibus.

Cùm *Vinum sit alimentum, teste Gal.3. de Alim.Fac.* idemq; quoq; medicamentum *Id.Comm.3. ad l. de rat.Vict. acut*: quod utrumq; probat *Plater. Quæst.med.quæ 88.* & nos sequentibus probabimus, idcircò *humano Corpori tàm sano, quàm ægro* utilissimus hic liquor est, quibusdam tamen summo cum judicio exhibendus. *Præ-*

primis

primis Senibus Vinum utilissimum est, adeò ut eorum *Lac* dicatur, Concessit illis rigorosus Plato apud *Athen. 10, 11.* quia vinô eorũ spirit⁹ recreantur, somnus excitatur, præfarcti recluduntur meatus, & Senum adventitium recalescit frigus. *Cœl. Rhod. 27, 29.* nam calefacit vinum geminâ caliditate, tàm elementari, qvàm cœlesti & Vitali, quam ipsi Vis Solis, dùm generatur vinum, impressit. *Savanoral. apud Rubeum de Destill. l. 2. cap. 2. p. 91.* Concedit illis vinum *Zacut. l. 6. Princ. hist. 12. & Fumanell. de Regim. Senum c. 14. Avic. 8. d. 2. f. 3. 1.* *Qvale* autem debeat esse, describit *Aet t. 1. f. 4. c. 30.* qui senibus suadet vinum calidioris naturæ, substantiâ tenue, colore tamen fulvum & flavum. Senes sunt οἰνόφιλοι & impensè delectantur plerumq; vinô, ob desiderium â Natura ipsis inditum, qvòd sui conservationis est sitientissima. *Sebiz. l. 5. de Alim. probl. 127. Fr. Valles. in Philos. Sacr. cap. 29. pag. 171.* objicit quidem, nihil stultius esse quàm senibus caloris augendi gratiâ, vinum abundanter dare, cùm vina calida â debili calore, qvalis senum, non superentur, sed acescant, unde crudus succ⁹ generetur, qvi naturalem calorem penitùs suffocet. Sed huic *Respondet Alfar. â Cruce de Quæsit. per Epist. l. 1.* Vallesium loqvi de vinis Patriis Hispanis, quæ

Qvale Senib⁹ Vinum

quæ sunt fortia longeq; diversa ab alterius soli Vinis, quæ commodissima, ob levissimam, qua indigent, alterationem. *Senibus Vinum utile*, ut alimentum & ut medela. v. *Pamph: Herilacus de Aq.& Vin.l.6.c.2.p.385.*

2. Remotive Pueris. *Pueris* verò rectè *vinum denegatur*; si enim iis afferatur, perindè videtur ac si igni ignem aggerere perrexeris, quia cùm sint pueri raris laxisq; corporibus & ob insiti caloris exsuperantiam facilè inflammari possunt, & ob imbecillos nervos, quibus vinum noxium, facilè convulsionibus tentari. v. *Avic. Æginet.l.1.c.95. Gal.2.de Loc.aff. cap.ult. l.2. Aph. Comm. 21.& 5. Aph. Comm. 5. Cœl. Rhod. 15,28. Cardan.l.1. Controv. tr.2. Contr. 9.* Hinc *Lex Platonica* apud *Athen. 10,11.* Cavendum ne pueri ante 18. annum prorsus vinū gustent; quoniam in ignem non est ignis deducendꝰ: ab hoc tempore usq; ad annum 30. modicè illis concedendum, sic tamen, ut eô tempore juventutis, â nimio vini potu sibi temperent; ubi autem quadragesimum annum excesserint, & Senibus initiati, liberalius bibant. Notat *Alphons. Luperius de Vini Commodo lib.* faciliùs juvenes, qui in pueritia vinum degustarunt, postea â vino tentari, qvàm eos, qui inprimis ætatibus fuerint abstemii, quia cerebrum fuit debilitatum. Plurima *damna quæ* sequan-

seqvantur *pueros merum* bibentes, notavit *Primerof.3.de Vulg.Error.c.16.* Novimus, *inqvit Vega.l.2.f.3. Art. Med.c. 2.p.236.* non paucos pueros ante septennium ex potu vini incidisse in *morbum comitialem,* qvosdam in *febres ardentes,* alios in *pulmoniam.* Exemplum *pueri* qui ex largo vini meraci potu in *motus convulsivos* incidit. v. apud *Fonsec.T.1. conf.38.* & alii qvi merum liberaliter potans ex reliquo tempore *vigil* permansit, & oborto delirio periit. *Gal.2. de Loc.aff. c. ult.* & *Zacut.l.4.Pr.h.18. Comm.* Vinum potum pueris *calculum* generare statuit, *Pamphilus Herilacus de Nat.aqvar. l.5.c.9.* Hac de causa *Pueri apud Persas* solâ aqvâ cogebantur esse contenti. *Xenoph. in Cyropæd. p.6. Horat. Augen.* qvidem *T. 2.l.9.ep.7. med.* Exemplis probat vini usu nutrice mortuâ in lactis defectu infantes fuisse conservatas. Distingvit tamen rectè *Camer.c.6.memor. §.64.* non omne vinum Infantibus, convenire, sed solùm dulce, nisi adsit suspicio obstructionis, nec omnibus infantibus præcipuè in his regionibus ubi Parentes pro communi potu non utantur vino. In *Hispania, Gallia,* & *Italica* vinum pueris non nisi summè dilutum exhibetur. Adultioribus tamen pueris rectè parum vini concedit *Lang. l. 2. ep.51.*

Diſtinctivè mulieribus.

Apud *Maſſilienſes & Mileſios* lege cautum, ut *mulieres ſint abſtemiæ. Athen.* 10, 7. *Ælian.* 10. *H. Var.* 9. imò apud *Romanos mulieribus vinum bibere*, præter paſſum, capitale fuit. *Alex. ab Alex.* 3. *Gen. Dier.* 11. adeò, ut à cognatis oſculo probarentur. *Plin.* 14, 13. *Valer. Max.* 2, 10. *Gell.* 10, 23. Indè *Claves cellarias* Mariti loculis condebant, qvi loculi à mulieribus non erant reſignandi: qvales *Claves* fuerint, deſcribit eruditiſs. *Kirchmann. in l. de Annul. Vet. c.* 3. *p.* 18. fuiſſe ſcilicet *genus annulorum*, qvibus clavis adjuncta ad ſignandi & ſimul aperiendi uſum, quales in Batavis erutos complures ſe vidiſſe teſtatur *J. Lipſ. ad Tac.* 2. *A.* 2, 6. formam exhibet earum quoq; *Hadr. Junius in Hiſt. Batav. c.* 10. & talem Clavem annularem Ditisſima *Bibliotheca Illuſtriſſ. Holſatiæ Principis Gottorpii* posſidet, ut oretenus laudatisſimi Principis qvondam Bibliothecarius retulit. Dubitat qvidē *Kirchm. l. a.* an hi annuli cum Clave ſignatorii fuerint, ut & *Cl. Salmaſius*, *Fortun. Licetus* tamen *l. de Ann.* ubi pluribus de his *Clavibus annulatis c.* 29. *p.* 147. ex *Gorlæo* talem Annulum ad Claves cum gemma producit. Plura *Licet. l. a.* adducit loca, præcipuè *Plin.* 33, 1. cibi & potus Annulo vindicantur à rapina; ibidemque ænea figura 7. tales depingit claves annulatas

tas *n. 2.3.4.5.6.* 7. Causam cur mulieribus vinum interdictum, refert *Alcimus*, qvod instar pœnæ fuerit, quod mulier Herculi in Crotoniatum agrum venienti vinum denegâsset. *Athen. 10, 11.* Rectius ut *pudori muliebri consulatur*. Cùm enim vinum immoderatius sumtum, sit Armiger & Hortator Veneris, teste *Apulei. 2. Metam* non raro evenit, qvod *Ovid. 3. de Art. v. 767.* canit: -- mulier multo madefacta Lyæo Cur Interdictum ipsis Vinum

Digna est concubitus qvoslibet illa pati.

Hinc *Alciat Embl. 24.* Oleam depingit, qvam amplectitur vitis cũ inscriptione: Auferte hinc botros Virgo fugit Bromium. Ubi videri potest *Claud. Minois in explicat: hujus Embl. p. 272.* Qvòd Antiqui innuere voluerunt, dùm inauspicatum habuerunt vitem serere sub signo Zodiaci Virginis. *V. Kornmann. de Virginit. c. 109. p. 180.* v. qvoqve *Cl. Henelius Silesiæ nostræ Lumen* in *Otio Uratislav. cap. 26.* ubi plures causæ, cur *mulieribus vinum interdictum*. *Nutricibus* qvidem rectiùs *vinũ* prohibetur, *Rod. à Castro l. 4. de morb. mul. s. 1. c. 23.* & quod impensè est vaporulentum præcipuè nigrum. *Lang. l. 2. ep. 51.* & *Mercur. T. 3. cons. 139.* qvi posterior aquosissimum tamen aut vino dilutum concedit *Sanitatis* tamen Nutricibus prohibitum.

Non omnibus fœminis interdicendum. *gratia* modicè sumtum *non est denegandum reliqvis Fœminis* vinum. v. *Lang. l. 2. Ep. 51.* mòdò non ingurgitent in se vinum avariter plenis buccis, ut de Scytharum fœminis. *Athen. 10, 8.* de Græcorum *Id. 10, 11.* de Illyriorum. *Id. 10, 12.* refert, à quarum bibacitate pro inebriari, dicitur ἐπισκυθίζειν v. *Cœl. Rhod. 28, 35.* & Græcari *Horat. 2. S. 2. Congræcari. Plaut. Mostell. 1, 10. Hipp. l. 1. de morb. mill.* fœminis merum nigrum concedit, sed potiùs pro medicamento, qvod exsiccet. v. *Cordæus Comm. 6.* §. 4.

Puerperis. *Puerperis* statim à partu non convenit; facit enim dolorem capitis, sæpè convulsionem ac delirium *Horst. de Vite Vinif.* §. 76.

Novis Maritatis distinctivè. *Novis maritatis*, apud Carthag. Vinum interdictum ex lege Plat. ne scilicet fœtus labem indè conciperet, cum nihil magis generationi damnum inferat qvàm vini cruditas. Sed cum grano salis hoc intelligendum: verum est, vinosos fieri stupidos, trementes, ad concubitum ineptos, humidos, frigidos. *Mercur. T. 3. consf. 68.* Verum est nimiam vini ingurgitationem reddere semen aqvosum, indeq; Alex. M. multibibum & merobibum ad Venerem adeò ignavum fuisse, ut Callixena meretrix ab Olympiade Matre ipsi submissa ipsum frustra sollicitaverit, teste *Athen. 10, 10. Macrob. 7. Sat. 6.* Sed si moderatè bibatur

tur vinum, nullum est alimentum quod generationi magis conducat, qvàm vinum album, præsertim ad ingenium partui conciliandum. *Huart. Scrutin. Ingen. c.21.p.614.* Imò cùm *Vitis* numerosam stirpium molem circa caudicem obtineat, fit ratione hujus signaturæ, ex vino moderato, libido & fœcunditas. *Porta. 5. Phytogn. 8.* Est quoque *in specie qvoddam vinum,* quale in Illyria *VVipachianum,* Rheinfall / quo qui utuntut largiùs, ad Venerem proniores fiunt, & numerosam prolem suscipiunt. *Laur. Gryll. l. 1. de Sapor. dulc.* qvale qvoqve commendatur in Italia ad *Portum Herculis* natum *ab Angel. Victor. cons. 54.*

Magistratibus suis Carthaginenses toto Imperii tempore vinum interdixisse testatur *Arist. l. 1. Oecon. 5. Alex. ab Alex. 4, 6.* & ebrius Princeps apud Athenienses morte mulctatus *Laërt. in Solon.* Rectiùs *Ægyptii*, qui Regibus suis vinum non in totum denegarunt, sed saltem certam vini mensuram obtulerunt, ne sui impotes per occasionem turpitudini navarent. *Diod. Sicul. l. 2. c. 3.* Imò moderatum vini potum Magistratibus & Belli Ducibus necessarium statuit acutissimus *Huartus. in Scrutin. Ingenior. c. 16. p. 516.* cum nulla re calor naturalis intendatur, & ut & Magistratib.

nullum alimentum sit, qvod tantùm ingenii & largiatur homini, & adimat, si immodicè bibatur, quam vini Liquor.

Medicis in specie, qvibus Humani corporis cura demandata est, *Vinum qvidem interdicendum non est*, illis tamen imprimis moderatissimum vini potum conducere, omnes quotquot Medici Boni notas genuinas descripserunt, (qvales *J. B. Sylvaticus in Medico, Gabr. Fonseca in Oeconom. Medici, Theod. Zvvingerus in Medico Hippocratico, Rod. à Castro in Medico. Politico, Hier. Bardus in Medico-politico Catholico Zacut. Introitu ad praxin, &c.*) uno ore testantur. Et refert *Forest. l. 9. obs. 28. Schol.* In Hispania adeò odio haberi Medicos ebriosos; ut si talis semel ad ægrum veniat vino madidè madens, qvamvis doctissimus sit & expertissimus, tamen pro medico ampliùs non agnoscant. V. *Cagnatus de Continent. c. 29. p. 121.* ubi pluribus docet, qvibus vini abstinentia utilis sit.

Qvando Vinum conveniat. Tandem notetur olim *interdictionem vini* apud *Græcos gravem* fuisse *censuram* v. *Plutarch. in fin. Sympos. 4. & Lang. l. 2. ep. 51.* ubi dicit inter alia Pein/Wein verbieten.

An Jejunis? *Qvando* autem *vinum sanis exhibendum* sit jam disqvirendum. *Sunt* qvidam *qvi Jejunè* statim *vinum* hauriant. Veteres antè cibum

vinum

vinum præbebant *Propoma* dictum. *Plutarch. Sympos. 1. qvæst. 6.* qvod, ut *Mercur. 1. Var. 7.* Vinum factitium diversorum generum, *Æginera* verò *l. 7. c. 15.* eo nomine indigitat qvod ex mellis dispumati p. 6 vini. p. 4. confectum. Qvi mos ut potus vini antecedat cibos à Tiberii temporibus usitatus. *V. Plin. 14, 22.* Medicamentosum enim statuebant, & præcipuè non austerum vinum præbibitum antè cibum vel cœnam, aluum mollire *Scribon. Largus. c. 34. §. 135.* Hodie *Germani* Vinum *Absinthites* & Hippocraticum, *Angli* cerevisiam conditam, *Hollandi* vinum aromatisatum calidum, Vinbrusle dictum, *Galli* haustulum vini Gallici jejunè bibunt. Sed non admodùm sanitati conducit. Haustus enim vini diluculo præcipuè generosi, qvale est maluaticum de Candia qvod in Italia manè freqventer bibitur, perniciosus. *Gal. Comm. in l. 6. §. 28.* animi Vigorem hebetat, mentem obnubilat. *Lemn. 2. de Occ. c. 21.* eo, ut & eo ritu jejunè, nervorũ substantia promtissimè offeditur. *Andr. Gallus in cons. Scholtz. 218.* item ii, qvi doloribus articulorum aut affectionibus hepatis obnoxii *Crat. cons. 111.* inducit Apoplexiam & mortem subitam. *Ugo Senens. cons. 73.* V. qvoqve *Crat. cons. 135, 220. Montagn. cons. 16. Baver. cons. 63.* Attamen *Nic.*

Massa T. 1. ep. 3. c. 6. mane post sorbile ovum offam in vino aromatico, qvale est Maluaticum, pro excitando appetitu & roborando stomacho laudat. Vinum ergò potiùs cum cibis adhibendum, ut sit *potus Nutritivus* & *Delativus* reliqvi *cibi*.

An fructibus vinum superbibendum.

An *Vinum fructibus superbibendum horariis* inter Medicos disceptatur? Negat *Avic. 1. fen. 3. d. 2. c. 8. Valleriol. l. 2. Enarr. c. 7.* Affirmant tamen *Venust. cons. 28. p. 237.* qvi ex *Hipp. l. de Aff.* monstrat vinum superbibendum esse: præcipuè vinosum eorum enim vitium corrigit, dandum tamen in longe minore copia, qvàm illud, qvod ex consvetudine potatur. *Prosp. Martian. de rat. vict. l. 4. f. 322.* Modicam qvantitatem vini superbibendam fructibus, præcipit qvoq; *Bauer. cons. 1.* aliàs facit fructuum humidorum & recentium humiditates in venas labi, qvoniam penetrator est bonus. *Id. cons. 63. Nicol. Massa T. 1. ep. Med. 3. p. 40. distingvit* & vinum meracum modicè superbibendum statuit fructibus humidis & frigidis, qvi carent insigni dulcedine: fructibus autem admodum dulcibus non est superbibendum vinum, cùm ex tali permixtione mater ardentium febrium generetur, & tunc tutiùs est, aqvam cum vino granatorum bibere: *Aqva* enim sua frigiditate

tate fervorem ac putredinem inhibere potest. *J.B. Codronch. de Ann. Climact. l.2. c.5. p. 146. Mercurial. 1. Var. Lect. 14.* etiam *ficubus* superbibendum *Merum* concedit. *Jacob. Praefectus de Nat. Vin. p. 49.* prorsus *calidum vinum* post usum horariorum commendat, ut frigiditas fructuum expellatur.

Nec *Lacti* vinum superbibendum; Lac enim coagulatur à vino, hinc offenditur stomachus, indè putrescunt omnia, & magnarum ægritudinum, Scabiei, Lepræ Seminaria ministrantur *Lemn. l.2. de Oec. n. c. 45.* An Lacti.

Vinum melleis sacchareisve cibis superpotum insvave, aqva verò svavis: Causam Tancred. reddit *de Fame & siti l.3. qvæst. 19. p. 141.* An post Mellita.

Neqve dandum *Vinum peracta purgatione*, visceribus adhuc à medicamento calentibus. *V. Valles. l. 7. Controv. 17.* An Purgationi superbibendum.

Piscibus verò *superbibendum*, juxta versum: Defunctis vinum, sed da viventibus undam Piscibus. v. *Neucrantz. de Harengo. c. 6.* An Piscibus.

Finis autem *vini*, *qvare bibendum à sanis* consistit in eo 1. *ut nutriat.* 2. *ut Spiritus & vires reficiat*, tàm in cibo, qvàm in potu. Finis Vini. Qvare Bibendum.

Vinum nutrire verè, negavit *Hieron. Mercurial. tr. de Vin. & Aq. c. 4. & 5. f. 5. seq.* sed saltem esse vehiculum nutrimenti partibus nutri- Finis Vini prima-

tius ut nutriat. nutriendis affigendi, &c. Cui opinioni acriter se opponunt, & rectius *vinum reverâ nutrire* statuunt, partimq; Mercurialis rationes diluunt *Fr. Bonamicus de Aliment. l.3. c.5. 6. à p.268. usq. 276. J.B. Confaloner. de Vin. l.2. c.9.10,11. Andr. Bacc. l.3. de Vin. c.4. f.94. Horat. Augen. T.3. Ep. l.9. ep.21. J. Cæs. Benedictus l.1. ep.2. Steph. Roder. Castrensis in Comm. ad l. Hipp. de Alim. f.4. q.4. p.47. Santorell. l.16. Anti-Prax. c.3. p.435. Plater. Quæst. Med. 76.* & funditus *Lud. Nonnius l.4. de Re Cibar. c.8. Melch. Sebiz. de Alim. l.4. p.1113. usq. 1118.* latè qvoq; *Joh. Nardius Flor. in Anni primi Noct. Genial.5. p.309.* cujus potissima ratio, qvòd vinum facillimè mutetur in sanguinẽ: sanguis autem nutriat. Porrò, qvod si Uvæ nutriant, ergo & vinũ, succus ex Uva expressus &c. Hinc *Liebault. in Schol. §. Hip.7, 56. Vinum* celerrimè nutrit, facilè in sanguinem vertitur, optimi est succi, solidas partes nutriendo humectat, sitim extinguit, spiritus reficit suo calore, & mira tenuitate permeandiq; celeritate, plurimis corporis affectibus frigidis medetur. Et *Augen. T.3. ep. l.9. c.17. Vinum* parte spirituosa calido innato àmicum, temperaturâ substantiæ sanguini & carni similis, crasso & viscido humore solidas partes fovens. Qvod & *Gal. 4. in 6. Epid. com. 20.* te-

20. testatur: vinum, *inqvit*, Aqvæ præstat, non solum ad coctionem qvæ fit in ventriculo adjuvandam, sed etiam ad concocta distribuenda, ad sanguinem creandum, ad nutriendum, ad lotium citandum, & ad rectè valentium corpora difflanda. Et qvid ni *vinum optimè nutriat* cum parva alteratione in sanguinem vertatur, *præcipuè rubrum*; album enim facilè cum urinâ transit, nigrum & pingue difficulter coqvitur. Imo *nihil sangvini humano magis Vino analogum est. Qvercet. in Tetrad. p. 61. e. l. de Prisc. Philos. Materia cap. de signat. Rer. & Schrœd. in Qvercet. Rediv. T. 1. p. 135. & 140. elegantissimè* hanc deducit *vini & sanguinis analogiam*. Comparat initio vini „ ab Uva torculari expressionem, pellicularem „ rejectionem, & in cados infusionem cum fru- „ menti præparatione masticatione, in ventri- „ culum immissione: hinc Ebullitioni vini & „ effervescenti musto cum secretione fœcum „ respondet fermentatio & digestio ciborum „ in ventriculo, ubi partes excrementosæ ad „ ductus à natura destinatos rejiciuntur; reli- „ qvum fit sangvis. Dein ex vino per vasa circulatoria extrahitur ignis naturæ, qvem comitatur humidum naturale, hoc est, aqva vitæ ignea & ætherea tota spiritualis ferè, & incorruptibilis: Sic ex sangvine beneficio caloris

Analogia sangvinis Humani & vini.

lor s cordis & hepatis per circulationem in nobis spiritus ille vivificus elicitur. Remanens in destillatione vini phlegma, partim utile, partim insipidum est, respicit humectantem liqvorem, qvi partim alimentosus est, partim excrementosus, &c. Sic ex ♁ rectificatissimo per digestiones fit Balsamus è crystallino carbunculo in qvo mirum sanguinis latet mysterium. *Tenzel. Exeg. Chym. p. 629.* De qva *Analogia* egregiè & pluribus *Carol. Piso de morb. ex sero sect. 6. c. 1. p. 404. seq.* imprimis novissimus, & acutissimus Naturæ indagator *Th. VVillis Anglus in tr. de Febrib. c. 1. p. 19. usq. 13.* qvi idem *in tr. de Fermentat. c.*
„ *5. p. 31.* inqvit Medici idem ac Oenopolæ of-
„ ficium, sangvis & humores æqvè ac vina in
„ æqvabili temperie & fermentationis motu
„ conservanda, qvare dùm sanguis nimis effer-
„ vescit, non secùs ac vinum è Vasis depleri,
„ ejusqve feruor attemperantibus demulcendus est. Hinc *Tob. VVitacker. de Sang. Uvæ. p. 9.* manifestè apparet Vinum esse sanguinem, in illo est vita, est etiam à Vite, & illa est vitæ planta, etsi distinctio inter hanc plantam, & arborem vitæ in Paradiso nihil aliud sit meo Judicio, nisi majus & minus. Hæc *ille VVitack.* Verissimum itaq; *Vinum nutrire*, sive vinum sit tenue, sive crassum, differunt

tan-

tantum Nutritionis qvantitate, cum tenuiora minus nutriant. *P. Fr. Phrygius Comm. in Hist. Epid. Hipp. p.3. h.3. p. 393.*

Nihil qvoq;, *vino*, *vires* citiùs reparat. *Holler. f.1. in §. 11. Hipp.* hinc Vulgus cum vult statim vires reficere, medullam panis optimo vino intinctam exhibet, aût præparant cum vino offam delicatam, qvæ *Vippa* dicitur, Gallis Souppe au vin, de qva *vide Schol. Salern. c.54. Fonsec. T. 1. Cons. 12. Suppam* vocat & melancholicis apprimè commendat. Hinc Apitiani illi Nepotuli Coqvinii, Abdominii Dentati, Placentarii, Carpi, Lucones sapidissimis nutrimentis studentes, *infinita* ferè excogitarunt *cum vino pulmenta*, de qvibus *Cecil. Apitius de Re culinar. Platina de honesta voluptate seu de arte coqvinaria. VVecker. de Art. Coq.* qvæ non solùm palatum demulcent, sed & convalescentibus vires reficiunt. Salsam refert *Paul. Jovius de Piscib. c. 34. p.m. 116. Historiam* de mariano Cucullato, cui cum Leo X. joci causa funem vino Cretico delicate jusculo incoctum apponeret, dentibus inhærente frustra colluctatus, cum convivis cachinnum moveret, dixit non solum funes, sed & catenas, tali condimento se cum voluptate absumturum.

Finis Vini ut vires restauret.

Vini usus Culinaris.

Vippa.

Rod. à Castro de morb. mul. p.2. l.4. f.1. c. 1. pu-

erpe-

erperis ſtatim poſt partũ ſvadet, ut modicũ ſumant puri Hippocratici aut Vitell. ovor. cũ vino *Rhenano* Sacch. & cinnam, qvod Galli *Chaudeau* vocant. Cum vino fiunt delicati Hiſpanorum Cibi *Roſqvilias*, Italorum *Braſſadella* Saccharina ex farina, ovis, ſaccharo & vino; Neopolitanorum *Sambajon* ex Vitell. ovor. vino ſacch. & cinnam. deſcribit *Rod. à Caſtro p. 2. l. 3. ſ. 1. c. 5. de m. mul.* Cui affine *Ovum Lombardicum Heurn. meth. ad Prax. l. 2. c. 5. p. 100.* ex vino, aqva, aq. roſat. vitell. ovor. & ſacch. *Julebum ex vino refectivum* præparat *Sala ſ. 2. Myrothec. §. 21.* Ova in vinô adſtringente elixa *Reſperſa* dicta, & cum pane toſto vino Græco madefacto commendat ad vires reficiendas. *Lœl. à Font. conſ. 144.* Ova autem vino maluatico cocta leniter *ſparſa* dicta, ventriculo conferunt, qvia maluatico nimia ovi humiditas corrigitur. *Id. conſ. 43.* Ovorum lutea ex jure & margaritis cum vino maluatico perfuſa, etiam in acuta febre tuto exhiberi poſſunt. *Id. conſ. 16.* *Pulmentum*, ex Vitell. ovi, vin. maluat ℔. ß. Sacchar. ℥ij. Amygd. ex cort. n. ii. laudat *Stacker. Prax. Med. c. 53. Pulverin. in Praxi l. 2. c. 53. p. 499.* ad virium reſtaurationem laudat panem vino guarneto vel maluatico madefactum & *Heurn. Meth. 2, 5. p. 110.* *Offulas* albiſſimi Panis

Samba jon
Ova Lombardica
Ova Reſperſa.
Ova ſparſa.

Panis qvæ leniter △ torrentur, vino immissas, facchar. ac cinnam. pulv. inspersas ægris gratissimas esse. Ad *seminis generationem* fiunt cibi ex lacte butyro, vino & frugibus, ita parantur *Vermiculi* ex farina facti, quos Hispani *Fiados*, Lusitani *Aletria* vocant, sic *Leucophagum* paratur, ex vitellis qvoqve ovorum cibus concionatur cum Eruc. sem. Lacte, Vino, aromate; vel ex dactyl. pingvibus, cum hordeo farre, lacte, vino, cinnamom. *Castro de morb. mul. p. 2. l. 3. s. 1. c. 5.* *Veteres* parabant cibum *Cyceon*, Cic. *Cinnus*, Athen. *pentaploë* ex 5. rebus, erat mistura ex *vino*, melle, caseo, polenta, & olei modico, quam Ephebi Athenienses in festo Palladis palmites vitium botris onustos deferentes in cursus certamine victori offerebant. *V. Lang. l. 1. ep. 58. Marsil. Cagnatus l. 1. obs. 30.* Et quis omnia cum vino Ciborum præparata genera posset enumerare? Notetur tandem observatio *Prosp. Martiani* qvi ex *Hip. l. de Vict. Acut. s. 4. f. 330.* improbat Practicorum communem modum, qvi in die Venæ sectionis largiùs vinum concedant: potius ipsis diætam tenuiorem svadet ne corpus impensiùs qvàm morbo conveniat, nutriatur. Et cum tanta vis *Vini in Spir. reficiendis* sit, ne in Itineribus vino destituantur, qvidam *Extemporanea*

Fiados Hispani. Leucophagũ.

Cyceon Antiqvorum.

An Vinum post Venæ sectioné.

ranea Vina excogitarunt. Modum communem docet *Gratarol. de Regim. Peregr. l.1. c.3. p. 24.* panis scilicet tessulatim incisus, postqvam coctus est calens adhuc in malvatico vel alio generoso ponitur vino, tegitur & cum refrigescit rursus exiccatur, ut fiat biscoctus, tempore usus frustulum panis aqvæ injicitur, ut mollescat, reddit Aqvam sapore & odore vini æmulam: *Alii* calentis panis medullam orificio dolii (dem Spund) imponunt, ut Sp. Vini attrahat, optimè linteis tegunt, ne qvid exspiret, & exsiccant. *V. qvoq; Harsdorff. T. 2. Recr. Math. p. 16. §. 3.* alios modos infra *sect. 7. de oleo vini,* & qvo modo, *Persæ* cum *Syr.* ex *musto* Duschab dicto, siccato *ex Aqva vinum faciant v. Olear. Itin. Pers. l. 5. c. 9.*

Qvantum sanis bibendú. *Qvantum Sanis bibendum Vini, tum* ex Vini, *tùm* ex bibentis natura metiendum est. *Scipio Mercur. l. 7. c. 28.* de Error. Popul. pro potu saltem ℔. ij. seu ℥ xxiv. concedit, sed pro subjecti, & temporis diversitate viniqve natura ad amussim definiri neqvit, nec Cortaci Libella, nec Sanctorii Sellâ staticâ, [de qva in ejus *comm, in. 1. fen. Avic.*] opus est. *Trajan. Boccalin. c. 1. relat. 28.* ex adstricta vini dimensione crebræ hecticæ & phthiseos causam deducit, dum ut loqvitur, molti scio-

occa-

occamente si sono lasciate persvader di bere à onciè cori una complesſione da Cardinalino, si vedono camparar à ſcropoli, onde affatto è mancata la feroce complesſione de gli antichi huomini robuſti.

Qvale autem *vinum* exhibendum ſit, ex *differentiis vini* patebit, ſi illa applicentur ad ſumentis naturam. Hic notetur, *ſimplex vinum* præferri commiſtis vinis. Si enim dulce & auſterum ſimul bibatur, vitia ſua ſibi mutuo augent, qvæ ſeorſim infirmiora habent. *Sic* dulce, craſſum, quod facilè ventrem tranſit, ab auſtero à cito lapſu in inteſtina detinetur auſterum ob dulcis moram remoratur, venas inficit, Eadem incommoda ex vino albo & nigro ſimul ſumto. *Guarin. conſ. 118.* Idem dicit *Lemn. 2. Occ. Nat, c, 52. p. 284.* Acerba vina, ac ſubauſtera dulcibus non commiſcenda, nec rubrum candido, negotium enim faceſſunt ventriculo diverſarum qvalitatum alimenta, cum aliud properantius, aliud tardius in habitum corporis rapiatur. *Iis* qvi *pingues* fieri deſiderant, *vinum rubrum* & *craſſum* plus confert; *vetus, clarum,* ac *purum* melius eſt *phlegmaticis* & *macreſieri cupientibus. Gratarol. de Reg. Iter agent. l. 1. c. 3. p. 25.* Qvale Vinum ſanis exhibendum?

CAPUT VI.

DE VINI USU ADMIRANDO MEDICO QVOAD CORPUS ÆGRUM, ET QVIDEM INTERNO.

Vini Usus Medicus qvo ad Corpus ægrum.

Cùm antea notatum sit, vinum *non solùm* esse *Nutrimentum*, *sed etiam medicamentum*, nunc cōsideratio subjicienda est, *qvomodo*, *qvando*, *qvibus ægris* tàm *pro potu* alimentoso, *qvàm medicamento* conveniat, nec ne.

An in Morbis Vinū conveniat?

Locrenses, teste *Ælian. 2. H. Anim. 37. & 38.* legem tulerunt, & capitis suppliciô caverunt, ne qvis ægrotorum *Vinum inscio Medico* biberet. Hac de causa *Thoner. Phys. Ulmensis l. 6. ep. med. 3.* felices judicat medicos Italos & Hispanos, qvi adhuc hodiè ægros adeò morigeros habeant, & ipsorum dicta velut prætoria, & cœlitùs delapsa observantes, adeò, ut cibum & potum unciatim assumant, nec à designata Dosi, licèt rigidâ, deflectant. *Apud Germanos* verò Medici non tantâ pollēt authoritate. Hinc multos, qvos Medici diligentia sublevasset, Intemperantia propria peremit, qvi inobedientiæ pœnas dederūt. Et si nunqvam Medico cautâ circumspectione & Jani Bifrontis (qvi præsentem & futurum ægri statum æqvâ lance dijudicet) vultu opus est, certè in exhibitione vini in morbis Lynceus

ceus admodùm sit oportet. *Non* enim *semper ægris denegandum est Vinum*, modò absq; insigni noxa fieri possit, si avidè expetatur, cùm & in hoc gratia Medica consistat censente *Rod. à Castro in Medic. Politic. l. 3. c. 8.* Imò copiosius sumtum in qvibusdam morbis à malo liberat. *v. Primirosf. l. 3. de Error. vulg. c. 18.* Sunt tamen alii morbi in qvibus si non rectè & opportunè adhibeatur, pro Panacea Toxicum evadat nocentissimum. *In genere Medicus* observet: Regulæ generales.

1. *Ægrorum naturam.* Proprietas enim hominum in omnibus morbis curandis magnã habet potestatem, & sunt nonnulli usq; adeò comparati ad vinum, ut etiam in extremis morbis eô non possint abstinere. *Mercurial. 5. de Febr. c. 9.* Qvale exemplum notavit *Joh. Ant. Van der Linden in Select. med. l. 1. ex 7. §. 38.* de Para Schvverts de Weer in Belgio abstinentissima fœmina, qvæ in acutissimis febribus vinô abstinere non potuit, imò curari nunqvam sine vino. 1 ex Ægri natura.

2. *Morbi proprietatem, an Calidus an frigidus morbus sit*; cùm in frigidis ferè omnibus, in calidis circumspectè, ut ex seqventibus patebit, vinum offerendum. 2. Morbi proprietate.

3. *Virium constitutionem*, si enim vires dissolutæ propter magnitudinem morbi etiam in 3. Viriũ constitutione.

in calidis morbis vinum vinosum afferri posse putat *Herc. Saxon. Panth. l 3.c.27.* & hac de causa *Hippol. Obstius Ferrar. med. in prædict. Astron. p. 79, 80, & 88.* Vinum Maluaticum etiam valdè febricitantibus virium causa, cum fructu, ut attestatur ipse, exhibuit.

4. Vinorum qvalitate. 4. *Vinorum qvalitatem*, cùm, ut ex differentiis infra Vinorum subjungendis, luceat magnam in illis diversitatem esse. Hîc notari possunt verba *Cardani*, qvæ habet *in Com. ad f.7. Hip. §. 48.* ubi causam reddit, cur à Veteribus Medicis præscripta vina hodiè non eundem præstent effectum: Animadvertendum, *inqvit*, vinum olim potiùs pro medicamento, qvàm potu in usu fuisse: insuper Hippocratis regio, utpote calidior & magis inæqvalis vina longè potentiora tulit, inde alios edunt effectus nostris. Falleris, ô Medice, qui eosdem ex vappa nostra (talia sunt nostra vina) expectas non sunt vina nostra vina nisi solo nomine respectu Mombasii, Cretici, Græci.

5. Regionũ Consvetudine. 5. *Regionum Consvetudinem:* in iis enim locis, ubi vinum non est qvotidianus potus faciliùs prohiberi potest, qvàm illis, qvi cô quotidiè utuntur.

Nec negligenda *consideratio Ætatis, Temperamenti, Anni temporis, Vitæ generis* & *Exerci-*

ercitiorum. v. *Mercat. l.1.de Indicat. c.2. p.161.* *Præmissis* his *generalioribus*, *in specie* in qvibus morbis ejus usus conveniat, *tàm Universalibus*, quàm *Particularibus internè* & *externè*, *tàm ut potus*, *qvàm ut medicamentum* & hoc *capite de Vini usu interno* subjungendum est.

I. IN MORBIS UNIVERSALIBUS.
IN FEBRIBUS IN GENERE.

In specie Vini Usus in morbis Univ. 1. Febribus in genere.

De *Usu Vini in Febribus* accuratè scripserunt integris tractatibus, *Hippolyt. Antonelli*, qvi scripsit Apparatum Animadversionum in Author: & rationes qvibus *Hippol. Obicius* Vinum exhibet ægrotis omni tempore in omni febre. *Venet. ed. 1631. 8.* *Mauritius Tinelli* in Historia vini & Febrium, ubi demonstrat, Vinum quibuslibet febribus, & quolibet tempore propinatum, salubre. *Venet. ed. 1630. 4.* & nuperrimè *Georg. Cortacius Cretensis* in *Trutina medica* de sanguinis missione, & vini exhibitione in Febribus. *Patav. 1654. 4.* illustrarunt eandem quæstionem *Gal. l. 1. ad Glaucon. c. 3.* *Cl. Deodat. in Pantheo l.2. c. 16. p. 149.* & præcipuè *J. B. Sylvat. controv. 12. Sennert. 2. de Febr. c. 9. Camerar. c. 12. memor. §. 80. Melch. Sebiz. l. 5. de Alim. probl. 164.* distingvit inter febres, earum tempora, vina & ægrorum corpora. *Hipp. in 4. de Rat. Vict.* Qvando.

acut. vini usum in morbis acutis, quales Febres, instituit habitâ Vinorum differentiâ dulcis, vinosi, aqvosi, albi, nigri. *Galen* in hunc locum *comm:3.* idoneum in acutis asserit vinum pro communi virium ratione, qvod vires corroboret, admonet tamen passim habendam rationem, tum vini ipsius exhibendi qvalitatis, qvantitatis, tum etiam coctionis in morbis & in ipsarum febrium declinatione. *Idem Gal. ad Glaucon. 12.* vinum febricitantibus prohibet 1. qvando febris est vehemens. 2. si dolore caput afficiatur. 3. si delirent. 4. si febris putrida oriatur ab inflammatione alicujus visceris, vel seqvatur inflammationem. *Forest. l. 6. obs. 23. Schol.* addit quoqve cavendum, à vino cùm materia morbum faciens, sit cruda. *VVitacker* tamen *de sangv. Uvæ p. 72. seq.* in talibus casibus vinum dilutum (non cum aq. fontana, sed qvod prædominat, cum naturali aqvositate in se, *ib. p. 71.*) hoc est, oligophorum summè laudat, utpote quod magnâ quantitate exhibitum, vel repetitione alternis vicibus omnem vehementiam sedat, nam qvalitate narcotia colligit sensus, somnum conciliat, deliria, & dolores acutissimos capitis imminuit, aperit obstructiones, undè oritur putredo & concoctionē adjuvat. & ut *Brud.*

Lusitan. de Vict. febric. l. 1. c. 1. ait: omnes promovet evacuationes, nec affectū auget, qvia aquosum, nec in morbi materiam aptum est ut convertatur. *P. Franc. Phrygius Comm. in Hist. Epid. Hip. part. 1. h. 6. p. 110. distingvit inter ægrotos*; refractâ vi Febris *ægris*, qui *Medico sunt obtemperantes concedit, aliis* verò *qvi Medicis* non *parent*, etiamsi à Febre liberi sint, *Vinum denegat*, sæpissimè enim contingit, ut eo permisso, ægrotans liberalius utatur cum ipsius detrimento, qvod pòst non confitentur ægrotantes si malè succedat, sed potius omnem culpam in Medicum transferant. *Poter. de Febrib. c. 28.* Vinum admittit in febribus cùm ortum habeant à ♀ro minerali & animali, rejicit, cum à vegetabili: quædam etiam febris symptomata admittunt vinum, qvædam prohibent.

Sunt qvidem qvi in Febribus omnibus vinum Rheinfalicum commendant, putātes, ipsum esse frigidum, quòd caput non inebriet, qvòd sit dulce; sed rectiùs prohibetur in acutis, quia viscera infarcit, flatus in intestinis excitat, ignem qvoq; latentem ac ♀n. in se habet, nec focus oleô, sed aquâ extinguendus, adeoq; Neccarina meliora. *Hechsteter. dec. 5. obs. med. cas. 9. p. 417. In genere* observentur Regiones, ubi vinum potari solitum consve-

tudo, & si ægri morosi, verendumq; ne propter excandescentiam ob denegatum vinum in alios morbos incidant: Aliàs placet sententia *Mercur. T. 3. consf. 5.* qvi Medicos errare arbitratur, qui nimium ægrotantibus in Febribus patrocinium deliciarum in accusatione non merentis stomachi ponentibus indulgentes, Vinum concedant, quòd non modo toti febris constitutioni officiat, sed caput alioqvin similibus morbis invalidum, egregiè offendat. Ergò nisi imminutus aut in tuto positus morbus, abstineatur à vino. *Plura de Usu vini* in *febribus* ratione *virium, morbi, consvetudinis* inter se argutè componit *Brudus Lusit. l. 2. de Vict. acut. c. 12.*

In Febribus in specie.

IN FEBRIBUS IN SPECIE.

1. In Diariâ.

1. *In Diaria*: si illa à curis & vigiliis proveniat, itemqve à lassitudine, vinum liberaliùs concedendum, idq; album, tenue, nisi capitis dolor metuatur. *Heurn. de Febr. c. 3.* coctionem enim juvat, Urinas & sudores promovet. *Eust. Rudius l. 3. de cur. aff. c. 9.* qvod metricè qvoq; testatur *Franc. Boussuet q. l. 11. de Art. med. v. 84. seq.* canens de tali Ephemerâ ---vinum laudatur aqvosum

Quod quidam ὀλιγόφορον Græci dixêre, juvatur

Venter eo, hinc melior procedit coctio, & inde Prom-

Promptiùs urinæ & citius truduntur inanes,

Et melius toto prorumpit corpore sudor.

His ergò Febribus. *Galen. 8. meth. med. 3. Vinum* dilutum, *Forest. l. 1. obs. 1.* Rhenanum, aqvosum, album, subtile, commendat. Convenit quoq; vinum illis, qvi ob frigus & adstrictionem, ephemeram patiuntur, modò plenitudine non laborent, neq; cutis vehementer adstricta sit; notante *Forest. l. 1. obs. 8.* Admonet qvoq; Boussvet. l. a. v. 92. qvod in quibusdam Diariis vinum

Iratis minimè tutò conceditur, atq; huic

Qvem lædit Bubon vini disconvenit usus.

Magnus enim in talibus Diariis, fit sangvis & humorum feruor. *Sennert. 1, Febr. 6.*

2. *In Febre ardente* seu Causo magnâ distinctione opus est. *Hipp. 2. de morb.* §. *61.* in specie in febre ardente dari præcipit vinum vinosum, album, aqvatum, & laudat *Gal. 12. M. M. 4.* qvod amaram bilem, quæ sæpè syncopen inferat, mitiget. Consentit *Trallian. l. 5. c. 5. f. 387.* Si tamen calor intensior, corpus calidum & siccum, etiamsi materia sit cocta, sed copiosa, non modò in principio, augmẽto, statu, sed & in declinatione à vino abstinendum. Febris enim magis potest in prohibendo, qvàm virtus in indicando. *Capivacc.* 2. In Febre Ardente.

de Febr. c. 28. Si Symptomata remissa, concoctionisque notæ insigniores, vini albi, aqvosi, tenuisq; usum non tantopere pertimescendum statuit *J. B. Sylvatic. Controv. Med. 12. f. 62.* ubi multa egregia de Usu vini in Febribus. In eadem permittit vinum aqvosum. *Amat. Lusit. c. 1. cur. 28.* exhibuit *Gal. 10. M. M. c. 3. Zacut. comm. in l. 8. Pr. hist. 10. Fumanell. consf. de Febr. in Oper. f. 429.* Tandem in Regionibus calidis in febribus acutis, *inqvit Chr. à Vega l. 2. Art. Med. f. 3. c. 2. f. 235.* absit vinum; si tamen consvetudo & facultas urgeat, detur adeò dilutum, ut neq; odorem, neqve saporem vini referat. Panem verò intinctum in febribus acutis in gratiam gustûs & ad refectionem quandam concedi posse ex *Hipp. l. 1. de morb. mul. f. 3. f. 211. Prosper. Martianus* statuit. Crebras Collutiones oris cum vino generoso in his febribus admittendas prohibet. *Camer. c. 12. Memor. §. 78.*

3. In Febre Syncopali.

3. *In Febre Syncopali,* peccante pituitâ, convenit vinum album, oligophorum, etiam morbi initiô, secus, ubi humores copiosissimi, ab eo abstinendum. *Heurn. de Febr. c. 18.* In tali *Forest. l. 3. obs. 29.* commendat vinum Rhenanum in ipsa accessione, Galenus exhibuit Tiburtinum, Surrentinum, Falernum. *ib.*

4. In

4. *In Quotidiana Continua exqvisita* in mor-

morbi principio peccante pituitâ salsâ vel dulci, antè perfectæ coctionis signa, vinum non convenit. *Sennert. l. 2. Febr. c. 13.* nisi assvetis & peccante pituitâ acida & vitrea, apparentibus signis concoctionis, idq; album, tenue. *Rhod. in Analect. in Septal. l. 5. p. 106.* Qvotidiana Continua.

5. *In Tertiana Continua duplici* moderatus vini pauciferi usus multùm prodest. *Cœl. à Font. cons. 105.* 5. In Tertiana Continua.

6. *In Qvartana Continua* vinum parcius, idq; pauciferum conceditur & dilutum *Guainer. de Febr. diff. 2. tr. 4. c. 6.* in calore vehementiore tamen nullum. *Sennert. l. 2. Febr. c. 4.* 6. In Qvartana Continua.

7. *In Tertiana Intermittente* antè statum & signa Concoctionis, vinum non confert, sed post statum, apparentibus signis concoctionis. *Heurn. de Febr. c. 21.* idqve album, tenue, aqvosum, aut valdè dilutum mensura exigua. *Sennert. l. 2. c. 12.* Et in omnibus Intermittentibus si vinum exhibendum, detur hora intermissionis, præcipuè in animo linquentibus. *Vega. l. 2. Art. Med. l. 3. c. 2. f. 235.* 7. In Tertiana Intermittente.

8. *In Qvartana Intermittente* pro potu nō sit vinum vetustum, non admodùm dulce, minùs valdè austerum, & asperum, sed albū, tenuissimum, nunqvam nigrum, crassum, *Guarinon. Cons. L.* Ratione *ægri* cautè agendum. 8. In Qvartana Intermittente.

Qvidam

Quidam in *Quartana duplici* Maluaticum bibens febre ardentissimâ oppressus periit, alius Rhenanum bibens in copia, beneficiô sudoris liber evasit, alius cùm idem tentaret mortuus est. *Forest.5. obs.9. Schol.* Quidam copiosô vinô vomitum excitant, & Quartanam curant. *v. Benven. de Abdit. morb. c.59.* Quidam novô inventô (quod Romæ Anno 1650. usitatissimum erat) pro depellenda *quartanâ*, Vinum Græcum offerunt, in quo maceratus *Sinensis cortex* alexipyrethrus, uti vocatur *à Nardio in Noct. Genial. 6. p. 445.* acerrimi & amari saporis. Vocabatur à Patribus Jesuitis, qui eum divendebant Romæ, charissimô pretiô, *Radix China Chinæ*. De hujus corticis pulvere febri fugo ex arbore Peruv Incolis *Guannanaperide*, Hispanis *Palo de Calenturas*, hoc est lignum febrium, item China *febris*, singularem tractatum edidit *Bruxell. 1653. 8. Joh. Jacob. Chiffletius*, qui dicit ipsum exhiberi in vino albo non tamen ejus usum tutum, cùm ferè qui eo usi, omnes pòst recidivam passi sint, quod ipsius Serenisf. Archiducis Leopoldi Guilielmi p. t. Gubernatoris Belgii exemplô commonstrat. *Nardius l. a.* cautè exhibendum censet, ne ob summâ caliditatem sollicitata bile in Tertianam aut mortem degeneret. Calida tamen, modo

Radix China Chinæ antifebrilis.

causis

causis, febrem facientibus adversentur, adhiberi posse *Id. Nard. p. 447. ex Gal. & Hip. probat.*

9. *In Hectica.* In omni Hectica vinum prohibet *Lœl. à Fonte conf. 126.* In confirmata quidem vitandum, in Incipiente putridâ diuturna & viribus fractis, ita severè non abnegandum esse censet. *Mercur. T. 3. conf. 36.* Si vires morbi diuturnitate fractæ pauciferum concedendum vult *Mercur. T. 2. conf. 86.* & si accedat alui fluxus tunc album vel rubrum. *Rhodius Analect. in Septal. l. 5. p. 140.* ubi autem partes solidæ jam sunt exhaustæ, à vino abstinendum. *Heurn. de Febr. c. 5.* 9. In Hectica.

10. *In Febribus malignis* & in *Purpurata* *Lœl. à Fonte conf. 73.* Vinum maximum præsidium attulisse testatur, & ea propter offam in vino diluto *Idem conf. 28.* cum aqva acetosa commendat: *Neucranz.* tamen *de Purp. c. 43. p. 548.* in curatione etiam dilutum dissvadet vinum, & refert, se testari posse, omnes, quotquot vinô abstinere noluissent, mortuos, in declinatione tamen permittit. *Prior* vires, *posterior* morbum respicit. *v. Brudum de Vict. Acut. 3, 20. p. 141. P. Salius Divers. de Febr. Pest c. 25. p. 196. in Febre Pestil.* apparentibus signis concoctionis, vel virium imbecillitate, vinum album, pauciferum, odoratū, 10. In Febribus malignis.

nec-

nec dulce, nec adstringens, sed medii saporis, & injectô pane tostô, infractum, permittit.

11. In Morbillis. 11. *In Morbillis* præcipuè tempore eruptionis vinum nocet. *Ingolstet. in Cista Hornung. ep. 230.* itaq; ab eo abstinendum, nisi in declinatione *Marcell. Donat. de Variol. c. 20.* Laudant quidem vinum rubrum, negat tamen *Horst. app. l. 1. p. 2. p. 113.* Si enim vinum sit forte, promovet inflammationem initio sumtum, si debile, & acidum, impedit expulsionem; in asuetis post eruptionem vinum Rhenan. & Neccar. cum decocto hordei côcedit. Notat *Forest. l. 6. obs. 41. vinum Gallicum* rubrum, adstringens exhibitum ad impediendum naturæ motum mortis causam esse in plurimis.

12. In Lue Hungarica. 12. *In Lue Hungarica,* Breun/ vinum inimicissimum. Hinc *Th. Jordan. de Pest. phænom. tr. 1. c. 19. p. 226.* notavit, omnes, qui vini potione non abstinuerint, interiisse, adeò ut summa salvationis spes in vini abstinentia collocata: nec tamen ullus ipsi visus morbus, qvi tantam vini hauriendi voluptatem desiderio inexplebili conjunctam, ac iste, introduxisset, ut præcipites cum vino necem appetere prudentes & scientes visi fuerint.

13. In Peste. 13. *In Peste* Vinum admodùm pro præservatione laudat *Marsil. Ficinus in Epidem. c. 5. & 6.*

& 6. ſuâ enim vi theriacali humores pernitioſos corrigit & vires cordis roborat. *Jul. Palmar. de morb. contag. c. 14. & 18. Alex. Bened. de Peſt. l. 1. c. 14. Foreſt. 6. de Febr. obſ. 23.* præcipuè qvædam *vini ſpecies aromatica* nectareô ſuccô repleta, qvæ ſuâ fragrantiâ, & vi qvadam cœlitus infuſa, putredini reſiſtit, mixtum firmat, veneni vires rumpit, Spiritus roborat, qualia *Amabilia, Racenſia, Malvatica, Trebiana, &c.* Admiranda enim vini poteſtas Theriacam longè exſuperat, inqvit *Guibert. Med. Offic. de Tuend. valet. c. 3. p. 413.* qvi in probat exemplô exercitûs C. Jul. Cæſ. qvi in Africa peſte infectus exhibitô generosô vinô convaluit. Magis tamen pituitoſis in morbis epidemiis convenire, qvàm aliis temperaturis, vult *Foreſt. l. 6. obſ. 3.* Non tamen in copia. Notat namq; *Mercurial. in Prælect. Piſan. hiſt. 1. f. 5.* exemplo Thaſiorum & Venetorum, bibaces, & qvi vina generoſa potant, acerbiùs peſte corripi aliis. *Minder. de Peſt. c. 19. p. 358. tempora morbi in Peſte diſtingvit:* nam qvantum vini potus ſpiritibus recreandis in declinatione Peſtis prodeſt, tantum in ejus principio officit. Vinis fortiſſimis in copia ſumtis, Spiritus & humores cordis accenduntur, undè non tantùm citò recipitur hoc contagium, ſed & aduſtio ac

putre-

putredo acceleratur tùm in influentib⁹ tùm in insitis humoribus & spiritibus cordis, ut multi, dùm etiam adhuc ebrii sunt, morbo correpti ex improviso vitam cū morte commutent. *Joh. Henneman. in Id. Loimod. p. 33.*

2. In Morbis Particularibus. 1. In Affecti busCapitis. 1. In Dolore Capitis

II. IN MORBIS PARTICULARIBUS

I. IN AFFECTIBUS CAPITIS.

1. *In dolore Capitis* ex sanguinis plenitudine, vel ex materiâ sangvineâ *non* conducit *vinum*, præcipuè in non assuetis, nec nisi parcissimè & aqvosum. *Forest. l. 9. obs. 10. Schol. Laur. Scholtz. f. 1. 6. 784.* * in Cephal. vinum summoperè cavendum censet, nisi in declinatione præcipuè generosum: vinis enim qvæ inmodicè calefaciunt caput imbecillum repletur, odora item & fulva omnia caput gravant. *Gal. 12. M. M.* generosa vina caput replere comprobat *Montagn. cons. 15. Matth. de Gradi cons. 28, 29.* quod etiam mediocria faciunt. *Id. conf. 42.* Acida qvoq; & cruda improbat in Cephal. *Trincav. l. 1. cons. 1.* qvòd Ventriculum crudiorem efficiant. In diutino tamen malo concedi potest aqvosum & subrubrum: *Claudin. de Ingress. ad Infirm. l. 2. c. 3.* & si pituitosi humoris copia, oligophorum concedit, quod Teste *Trall.* modicè calefaciat, ac itidem ex tenuet; *Zacut. Pr. Hist. l. 1. c. 3.*

l. 1. c. 3. f. 142. in declinatione parum albi minus calidi probat. *Montagn. conf. 14.* clarum, colore cerefoleum, nullô modô valdè nigrū, substantiâ tenue, non fumosum, præcipit.

2. *In Vigiliis Nimiis* ob mœrores & curam, vinum meracissimum vel Hippocraticum dandum, putat *Heurn. de Aff. Cap. c. 16.* nisi adsit Inflammatio. Iis facit somnum, qvibus non tàm bilem urit, qvæ pungere & siccare posit cerebrum, qvàm vaporum multitudine replet, somnum humiditate facit, qvibus verò contra, facit pervigilium calore. *Fr. Valeſ. in l. 3. Hip. Epid. ſ. 2. h. 5.* *Somnum inducere vinum qvalitate* abstrusâ *narcotica* vult *Plater. Quæſt. Poſth. 88.* & *Plater.* defendit *Joh. Jacob. VVepferus* de *Obſervat. Cadav. Apopl. p. 251. ſeq.* ob evaporationem tamen & humorum crudorum agitationem potius, vult *Augen. T. 3. Epiſt. med. l. 9.* cun qvo sentit *Sebiz. de Alim. l. 5. propl. 123.* Vinum non esse verè narcoticum, sed saltem halitibus suis cerebrum nervosqve implendo Spiritibus viam intercipere, quò minùs ad sensuum motusque organa accedant, quibus halitibus discussis, somnus cesset. *Modicè* dilutum imprimis somnum facit. *Gal. 2. de Loc. aff. c. 9.* *Immoderatè* autem sumtum vinum potiùs vigilias excitat. Causa apud. *Ariſt. ſ. 3. §. 24.* 2. In Vigiliis nimiis.

3. In Insania — 3. *In Insania,* Vinum non convenit, licet enim teste Xenoph. in Conviv. p. 242. Vinum animos riget, mœrores, perindè ac Mandragora, sopiat, hilaritates, velut oleum flammam, excitat: imò licet dicatur, vinô dulcescere hominum ingenia, intelligendum tamen potiùs de melanch. frig. & sicca non de ferina. *Mercur. T. 1. cons. 25.* In *Insaniæ* specie solùm qvæ ex metu ortâ *Cels. L. 3. c. 18.* rectè *vinum* exhibere statuit.

4. In Phrenitide. — 4. *In Phrenitide*, omniq̀ue insania *Hipp.* Vinum prohibuit. *Trallian.* tamen *l. 1. c. 19. f. 38.* Vinum assvetis concedit, præcipuè qvos molestant vigiliæ, cùm vires non satis robustæ, febris non magna, & coctionis notæ appareant in Urina; qvibus os ventriculi à natura frigidius, & imbecillum, ferociam enim phreneticorum immutat, somnum conciliat, & cibi distributionem per corpus adjuvat. *Tralliani* sententiam collaudat *VVitack. de sangv. Uvæ p. 42.* Sed absq; his circumstantiis vinum exhibitum delirium auget, & mortem accelerat. *Forest. l. 10. obs. 4. sch.* In declinatione saltem convenire ad promovendam urinam, vult *Duret. Annot. in Holler. l. 1. c. 16.* & pluribus vini usum in Phrenitide dissvadet *J. Cæs. Benedictus Consult. 2. p. 17. seq.*

5. In Melancholia. — 5. *In Melancholia* per essentiam vinum con-

convenit, qvia animum lætificat, qvod sit ætate medium, leni odore, pauciferum, vermilium. *Claudin. conf. 84.* mediocriter tenue, clarum, non admodùm coloratum, potens etiam potiùs, qvàm adstringens. *Montan. conf. 24.* austerum benè qvoq; *Guarin. Conf. 387. f. 439.* admittit, ut ventriculus robur accipiat ad melancholiam superandam; nocet autem crassum asperumq; & potens, præcipuè si austerum, qvia facilè à melancholico humore, qui siccus, suô humore & vi privatur, & in illius naturam convertitur: imbecillum contrà citò, calore concepto, mutatur, & prodest, melancholiam humore suo & calore liqvando. Et testatur *Thoner. l. 2. obs. cap. de melanch. obs. 3.* de melancholico puro puto, qui nullâ re, qvàm vini haustu, magis recreabatur ob spirituum regenerationem, & naturam frigidiorem incalescentem. Reliqvis melanchol. & mente motis *Hipp.* in totum vinum prohibet, vix aqvosum concedens. *P. Martian. in l. 7. Epid. s. 2. f. 294.*

6. *In Lethargo Cels.* pro potu vinum album, aqvosum, tenue, adstringens eligit *Benedict. Faventinus* ob inflammationem & febrem prohibet, *Forest. l. 10. obs. 10.* permittit in declinatione. *Lucil. Philalthæus T. 1. conf. 6. p. 39.* Vinum meracum commendat, & si adsit febris, mediocrè. 6. In Lethargo.

7. in Catalepsi. 7. *In Catalepsi Amat.Lus. c. 2. cur. 14.* ex mente *Gal. 3. simpl. c. 19.* generosum ac fulvum imperat, quod vim vivificandi obtineat, si malum à causa frigida & narcoticis; secus minimè, propter evaporationem. *Matth. de Gradi. c. 5. & 6.* In priori casu vinum malvaticum Catalepticis quoq; svadet *Forest. 10. obs. 42. & Jacob. Sylvius de morb. Int. cura p. 28.*

8. in Tremore. 8. *In Tremore* vinum nocet, qvia caput replet, & in ventriculo multis pituitosis humoribus referto, facilè in acetum convertitur: at in declinatione (qvæ cognoscitur ex minoratione tremoris) vinum antiqvum non acidum, nec dulce, sed aliqvomodo potens mediocriter bibendum. *Massa. T. 2. ep. 18.*

9. in Paralysi. 9. *In Paralysi* Vinum improbat *Scholtz conf. 50.* & ejus locô aqvam mellitam svadet. Generosum namq; humores magis fundit, secumq; crudos vapores ab inferioribꝰ partibus ad superiores ducit. *Mercur. T. 1. consf. 51. VVitacker. tamen de Sangv. Uvæ p. 44.* laudat vini moderatum usum. *Solenand. S. 2. consf. 15.* admittit vini mediocrem usum discutiendo & siccando humores, tùm ventriculi vires & coctionem juvando. *Zacut. l. 1. Pr. Hist. c. 10. f. 227.* Vinum saltem in declinatione admittit, & corpore exqvisitè purgato, tunc materiam residuam concoqvit, præcipuè austerum, oligophorum.

10 In

10. *In Convulsione* à repletione,vinum no- 10. In Convulsione.
centisſimum.*Foreſt. l.10. obſ. 107. VVitack.de Sangv.p.45.* cum *Celſ.& Hipp.* ſaltem in declinatione. *Matth. de Gradi c. 12, 13.* dilutum admittit: Concedit tamen *Guainer. Tr.11.c.9.* generoſisſimum, qvòd materiam reſolvat, urinamq; provocet,ad mentem *Gal.5. Comm. §.5.* qvi, *inqvit*, ſubſtantiæ copiâ vinum nervis convulſionem conciliat, ſed qvalitate nervos excalefaciendo,& deſiccando,moderatè ſumtum,rurſus ſanat.

11. *In Epilepſia* Vinum eſſe inſtar peſtis & veneni,putat *Epiph. Ferdin. h.24. Bened. Sylvat. c. 1.conſ.45.*hinc *Gal.*in tribus caſibus vinum interdicit, in inflammationibus, in humoribus crudis, in Epilepſia. *Montan. Conſ. de Febr. conſ. 5.*Album tamen ſubtile,& tranſparens,modò non fumoſum, concedit *Montagn.conſ.45. Montan. conſ.47. & 50.* generoſum etenim & fumoſum nocet, tùm propter evaporationem, *Id. Conſ.51.* tùm quia nervorum principium,&nervos reddit imbecilles. *Heurn. l. 4. §.45.*tùm qvia auget ſeroſam in vaſis colluviem,& ſanguinem tenuem & calidum in caput rapit, *Carol. Piſò de morb. ſeroſ. ſ. 2. p.2.c. 7. p. 145.* In *Epilepſia* cum melancholia vinum exhibet *Mercur. T.3. conſ.87.* modò dolor, & gravitas capitis abſit,melan- 11. in Epilepſia.

cholia enim amarulentiam demit, *ib. conf.47.* oportet tamen, ut tenue sit & medicatum *ib. Conf.9. Zacut. in Comm. ad l.1. Pr. Hist.28.* distingvit, *vinum* ut alimentum copiosè sumtum nocere in Epilepsia, ut medicamentum, modicè exhibitum conferre. *V. Eund. Zacut. l.3. Pr. hist.11. qvæst.22.* ubi disqvirit, cur vinum exteriùs adhibitum levet epilepticos, admissum intrò, Epilepsiam inducat?

12. In Oscitatione. 12. *In Oscitatione & Pandiculatione* laudat vinum *Hip. 7. §.56.* Putat tamen *Forest.10. obs. 126. Schol.* hoc dictum Hip. tempore magis convenisse, qvàm nunc, ubi vinum immoderatè sumptum hanc affectionem inferat.

13. in Refrigeratione. 13. *Refrigeratis à frigore* externo convenit Thorexis, hoc est potio vini meraci, qvod neqve valdè acerbum, neq; nimis vetus sit, hoc enim nervosas partes jam à frigore vexatas magis offendit. *Schneberg. de militum Valet. tuend. c.1. p.13.*

14. in Catarrho. 14. *In Catarrho*, vinum destillationibus obnoxiis fugiendum, utpote maximè adversum, & nisi stomachus impedierit omninò negandum. *Mercur. T.3. conf.53.* Præcipuè vina generosa capiti cal. & hum. & destillationum feraci inimica sunt. *Id. T.2. conf. 4.* Si frigidus Catarrhus, convenit vinum, sed saltem in declinatione, ut coctionem juvet, non ubi

ubi fluxio in augmento est & vigore. *Mercur. T. 1. consf. 74.* Vinum maturum, non tamen replens caput, non acerbum, non austerum propter spirandi difficultatem, sed potiùs subdulce, album qvàm nigrum præcipit *Vict. Trincavell. l. 1. consf. 42.* tenue tamen & aqvosum, qvod *Bened. Victor. Favent. consil. 14. p. 154.* suadet, in catarrho dissvadet *Id. consf. 48.* qvoniam impedit ventriculi imbecillis concoctionem, sed sit mediocre, limpidum, aromaticum. *Neucranz. de Purpur. c. 20. p. 299.* Vinum Gallicum, si boni vini notas obtinuerit, salubre Catarrhosis esse, judicat. Mirandum qvòd *Hipp. l. 2. s. 3. §. 18.* vinum in Catarrho cum febre svadeat, cum paucis affectibus febriculosis utile, catarrhosis maximè noxium sit? sed ut explicat *Vales. in Comm. Epid. f. 82.* Hipp. non dedit, nisi cùm deturbati jam à superioribus partibus succi ad vias urinæ, & alvi, & cùm lingvæ ariditas sedata imò saltem vinum oligophorum. Nam & *Angel. Victor. consf. 18.* vinum leve pro potu expeditius censet, in Catarrho, qvàm aquam.

15. *In Ophthalmia* & oculis malè valentibus in totum abnegandum vinum censet *Mercur. T. 2. consf. 30.* indè etiam aqvæ potores acutiùs videre vini potatoribus. *Id. T. 3. consf. 67.* Vinum oculis inimicum esse testatur 15. In Ophthalmia

Trincav.l.1.conf.70. Verum quidem est, si non habitâ Ophthalmiæ genuinâ causâ, vinum immoderatè & potens hauriatur, facilè cæcitatem induci posse, qvod *Mart. 6, 78.* comprobat, & lusit in οἰνόφιλον quendam eleganter *Th. Morus* qui vino abstinere noluit seqventi Epigrammate:

Perdis, ait Tussæ medicus, *tua lumina vino*:
Consultat secum qvid velit ergò seqvi.
Sidera, terra, fretumq; solent qvæcunq; videri,
Omnia sunt, inqvit visa, revisa mihi.
Multa mihi sed vina tamen gustanda supersunt,
Multa refert annus qvàm nova musta novus.
Jam certus, firmusqve, valebitis, inqvit, ocelli,
Nempe satis vidi, non satis usq; bibi.

Sic Petrum *Ramum* ex immodicis Vigiliis *ophthalmiâ* correptum, *Jacob Sylvius* summus alioqvin Medicus, infaustô successu vino curare voluit ex malè intellectô Aphorismo, ut æger vix summis remediis restitui potuerit. *Zvving. Theat. Vit. vol. 2. l. 4. f. 343.* Homerus quoque ob immoderatam vini potionem oculorum morbô laborans, tandem cæcus factus est. *Præfect. de Nat. Vin. p. 17, 6.* sed *in declina-*

clinatione ſemper convenire vinum qvia concoquat abſumat aliô tempore vel nunqvam vel ſolum quãdo materia eſt frigida aut ſanguis craſſus, vult *Mercurial. prælect. de Ocul. Aff. c. 11. p. 134.* in *tali* caſu vinum generoſum præcipit *Hipp. 6.* § *31. Gall. Com.* & *7. Com.* §. *4. Trall. l. 1. c. 23.* §. *30. Celſ. 6, 6.* Et *M. Aurel. Severin. l. 4. de Abſceſſ. c. 14.* pluribus deducit, cum Hipp. in inveteratis Ophthalmiis vinumgeneroſum vetuſtum exhibuerit, tale enim, *inqvit*, ætate æthereum velut redditum, inſtar ℣, unde non ferit caput, ſed ſeroſos, acresque humores, Ophthalmiæ cauſas, per urinam educit: Notarunt *Exempla Ophthalmiã* ex ſangvine craſſo, & pituitoſo oculorum tunicis impacto, meri potione ſublatam *Zacut. Luſ. l. 1. Pr. hiſt. 57. P. Borellus Cent. 2. obſ. 77.* & *Lazar: Riverius*, Præceptor olim meus in Monſpelienſi Academia fidelisſimus *Cent. 3. obſ. 25.* Diuretica vina in hoc caſu laudat *Montan. conſ. 82.* generoſa prohibet, reliqua concedit *Montagnan. conſ. 57, 59.* Craſſa & potentia convenire negat, clara, contra tenuia cum modeſtia bibita ſuadet *Trincav. 1. conſ. 62.*

16. *In Auditus Gravitate* vini generoſisſimi potum adverſisſimum eſſe, cenſet *Mercur. T. 1. conſ. 83.* nam vina generoſa omnes ſenſus feriunt. *Bened. Sylvat. cent. 2. conſ. 17.* Interdi- 16. in Auditu gravitate.

Trincav.l.1.conf.70. Verum quidem eſt, ſi non habitâ Ophthalmiæ genuinâ causâ, vinum immoderatè & potens hauriatur, facilè cæcitatem induci poſſe, qvod *Mart. 6, 78.* comprobat, & luſit in *οἰνόφιλον* quendam eleganter *Th. Morus* qui vino abſtinere noluit ſeqventi Epigrammate:

Perdis, ait Tuſſæ medicus, *tua lumina vino*:
Conſultat ſecum qvid velit ergò ſeqvi.
Sidera, terra, fretumq; ſolent qvæcunq; videri,
Omnia ſunt, inqvit viſa, reviſa mihi.
Multa mihi ſed vina tamen guſtanda ſuperſunt,
Multa refert annus qvàm nova muſta novus.
Jam certus, firmusqve, valebitis, inqvit, ocelli,
Nempe ſatis vidi, non ſatis usq; bibi.

Sic Petrum *Ramum* ex immodicis Vigiliis *ophthalmiâ* correptum, *Jacob Sylvius* ſummus alioqvin Medicus, infauſtô ſucceſsu vino curare voluit ex malè intellecto Aphoriſmo, ut æger vix ſummis remediis reſtitui potuerit. *Zvving. Theat. Vit. vol. 2. l. 4. ſ. 343.* Homerus quoque ob immoderatam vini potionem oculorum morbô laborans, tandem cæcus factus eſt. *Præfect. de Nat. Vin. p. 17, 6.* ſed *in decliva-*

clinatione ſemper convenire vinum qvia concoquat abſumat aliô tempore vel nunqvam vel ſolum quãdo materia eſt frigida aut ſanguis craſſus, vult *Mercurial. prælect. de Ocul. Aff. c. 11. p. 134.* in *tali* caſu vinum generoſum præcipit *Hipp. 6. § 31. Gall. Com. & 7. Com. ſ. 4. Trall. l. 1. c. 23. ſ. 30. Celſ. 6, 6.* Et *M. Aurel. Severin. l. 4. de Abſceſſ. c. 14.* pluribus deducit, cum Hipp. in inveteratis Ophthalmiis vinumgeneroſum vetuſtum exhibuerit, tale enim, *inqvit*, ætate æthereum velut redditum, inſtar ☿, unde non ferit caput, ſed ſeroſos, acresque humores, Ophthalmiæ cauſas, per urinam educit: Notarunt *Exempla Ophthalmiã* ex ſangvine craſſo, & pituitoſo oculorum tunicis impacto, meri potione ſublatam *Zacut. Luſ. l. 1. Pr. hiſt. 57. P. Borellus Cent. 2. obſ. 77.* & *Lazar: Riverius*, Præceptor olim meus in Monspelienſi Academia fidelisſimus *Cent. 3. obſ. 25.* Diuretica vina in hoc caſu laudat *Montan. conſ. 82.* generoſa prohibet, reliqua concedit *Montagnan. conſ. 57, 59.* Craſſa & potentia convenire negat, clara, contra tenuia cum modeſtia bibita ſuadet *Trincav. 1. conſ. 62.*

16. *In Auditus Gravitate* vini generoſisſimi potum adverſisſimum eſſe, cenſet *Mercur. T. 1. conſ. 83.* nam vina generoſa omnes ſenſus feriunt. *Bened. Sylvat. cent. 2. conſ. 17.* In- 16. in Auditu gravitate.

terdicit generosum qvoq; *Matth. de Gradi. cons. 26.* contra Idem laudat vinum medii saporis inter album & nigrum, ad dulcedinem aliqvalem magis inclinans, quàm ponticitatem. *Mercur. T. 3. cons. 65.* tenuia, mediocria vel potiùs debilia eligit. *Hipp. l. 5. Epid. §. 63.* in surditate vinum album svasit ubi *Vales. in Comment.* præcipuè si inveterata passio, & homo vini assvetus, aliàs potiùs aqva convenit

17. in Oris torturâ — 17. *In oris tortura* Vinum per aliquot dies fugiendum, post cum sassafras medicatum exhibendum. *Læl. à Font. 94.*

18. in Hæmorrhagia. — 18. *In Hæmorrhagia Narium*, Hepate in abstemio, nimio aqvæ potu, & sanguinis effusione refrigerato, vinum modicè sumtum remedium fuit. *P. Borell. Cent. 2. obs. 87.*

2. in Affect. Mediæ Corp. Regionis. — II. In Affectibus Mediae Corporis Regionis.

1. Thorac. & Pulm. — I. *Thoracis & pulmonum*

1. in Peripn. — 1. *In Peripneumonia* ægri qvidem avidè *vinum* expetunt, cujus rationes inqvirit *Læl. à Fonte cons. 3.* sed qvia adest inflammatio, eô abstinendum.

2. in Phthisi — 2. *In Phthisi* vini austeri necessarium esse usum vult *Cels. 3, 22.* tenue debilibus proponat, præcipuè medicatum. *Tileman. in Aphor. med.*

med. ∬. 346. oligophorum, ſubdulce exhibet *Sylvat. Cent. 2. conſ. 43.*

3. *In Pleuritide* vinum nocet, non, qvòd vinum inimicum Pleuritidi, ſed omnibus Inflammationibus. *Foreſt. l. 6. obſ. 23. Schol.* Appetunt qvidem avidiſsimè Pleuritici vinum. *Alfar. Crucius Cent. 2. qvæſt. Epiſtol.* cauſam rejicit in fervorem partium pnevmaticarũ, qvæ cùm ſint abſcōditæ, qvàm ut ab alio potu posſint madeferi, ideò vinũ, qvod promptè permeat, expetunt. *Petr. Vaſcus exerc. 6. de Peripnevm. diff. 13.* ſanguinis ſimilitudini vini deſiderium aſcribit, ut ſit potentialis appetitus bibendi vinum. Qvò autem fervidiùs expetant, eò magis denegandum *ex Mercur.* notat. *VVitack. de Sangv. Uvæ p. 42.* Et teſtatur *Phrygius Comm. in Epid. Hipp. p. 3. h. 8. p. 468.* minimum *vini, in Pleuritide*, mortem afferre, & licèt in omnibus inflammationibus internis à vino abſtinendum, in hâc tamen imprimis inſtar veneni eſſe, aliquid vini ſubdulcis tamen concedit *Hipp. 1. de Acut. ∬. 22. Zacut. 2. Pr. Hiſt. c. 3. f. 308. diſtinguit.* non ratione febris, ſed ratione cauſæ, ſi humor frigidus inflammationis cauſa, dulce. aqvoſum concedi poſſe. Pariter *Matth. de Gradi conſ. 39.* a bi, pauciferi, ſubdulcis aliquid permittit, potiùs tamen in declinatione,

3. in Pleuritide.

ne, cùm plerumqve resolvat reliqvias materiarum, de febre qvæ remanserunt. Itaq; *Lucil. Philalthæus conf. 15. p. 86.* non nisi post diē 14. & febre depulsâ, haustum vini dulcis cum aq. ferrata permittit.

4. In Asthmate. 4. *In Asthmate* antiquo, vinum debile, & potiùs subdulce qvàm austerum laudat *Mercur. T. 8. consf. 8.* corpore purgato: Austerum namq; nocet adstringendo *P. Salius Annot. in Altimar. c. 48.* &, si copia humorum crassorum adsit, viresq; debiles, album suadet *Tileman. Aph. med.* §. *323.* odoriferum, antiqvum, subtile, medii coloris, ad dulcedinem inclinans permittit, *Matth. Gradi consf. 34.* dulce namq; *vinum* ad exspuitionem utile *Galen. Comm. in l. 3. de vict. acut. c. 2.*

5. in Hæmoptysi. 5. *In Hæmoptysi* omni *vino* abstinendum censet *Mercur. T. 3. consf. 50.* qvòd illud febribus adverſetur, & fluxus augeat: *Capivacc. l. 2. Pr. c. 7.* album pauciferum admittit in principio anteqvam succedat Febris. *Guarinon. consf. 483.* Vinum rubrum absente febre aqva dilutum parcè concedit, cui consentit *Trincavell. l. 1. consf. 51.* quod caput roboret, & ventriculum, nec excitet fluxum; grossius quoq; *Gradi consf. 38.* non disſvadet instante sangvinis fluxu.

Notetur tandem *in genere observatio de Usu vini*

ſu vini in morbis Thoracis quam habet *Proſper Martian. Comm. in Hipp. l. 2. de morb. ſ. 2. f. 146.* In Affectibus pectoris, *inqvit*, rarò vinum non exhibet *Hipp.* ſi non ratione potûs, ſaltem gratiâ medicamenti, quò ſputum faciliùs educatur, aut medicamentorum virtus ad pulmonem citiùs perveniat, qvâ ratione ſorbitionibus vinum ſuperbibendum cenſet in *Lethargo Pectoris* (*morbo* qui non differt, niſi cauſa, à Peripnevmonia, cùm in hac bilis, in illo pituita peccet) licet propter delirium vini potus ſit ſuſpectus. 6. in Lethargo Pectoris.

II. *In Affectibus Cordis.* 2. in Affectib. cordis.

1. *In Palpitatione cordis* cum ventriculi languore ſeu cardiaca vinum meracius, ſed exiguâ qvantitate præſcribit *Amat. c. 3. cur. 43.* in parva copia vinum generoſum montanum admittit *Bened. Sylvat. cent. 2. conſ. 84.* Præfert tamen *Reiner. Solenand. ſ. 3. conſ. 10.* Vinum album Moſellanum vel Rhenanum non generoſum aut vinoſum admodùm, non dulce, ſed cum ſapore habens aliquid ſubadſtringens quod Linguam gratè vellicet, item rubellum dilutiſſimi coloris. 1. in Cordis Palpitatione.

2. *In Syncope*, Syncopizantibus vinum ſvadet *Gal. 3. de med. Fac. 20.* & quidem Vinum ſubſtantiâ tenue, colore fulvum, ac vetus potiùs, qvàm novellum, vel mediæ ætatis, qvod Spi- 2. in Syncope.

Spiritus recreet, commendat *Id. 5. de Loc. Aff. c. 3.* Tenuius laudat *Hercul. Saxon. Prælect. Pr. p. 2. c. 2.* idq; actu frigidum, si à sudore Syncope, austerum & adstringens, si à sanguinis fluxu. *Rudius l. 1. c. 55.* si à suffocatione ob sanguinis copiam, ab eo abstinendum. *Rondelet. Method. cur l. 2. c. 17.* Si Syncope â crudis humoribus *Gal. 12. m. m. c. 4.* vina potentia odorata, inter crassa, consistentiæ mediæ, colore flava, quia humoribus concoquendis apta, & respiciendum ad naturam ægri, an capite sit debili vel forti, qvod perferat vina fortiora, fugienda tamen austera, nova crassa, siq; vinis destituamur odoratis potiùs sumenda aqvosa, & ex his potissimum qvæ vetera. *V. Melch. Sebiz. in Colleg. Therapeut. disp. 13. § 14, 15, 16, 17. Mercur.* tamen *T. 2. cons. 48.* in Syncope à frigidis & crassis succis, ubi febris adest, si vires nō ita prostratæ, meliùs putat esse à vino abstinere. *V. Forest. 7. obs. 7. & 8. Schol. & 17. obs. 10 & 11. Schol.* qui accuratè disquirit in *qva syncopes specie conveniat vinum, nec ne?*

3. in Virium prostratione. 3. *In Virium prostratione* Vinum prodesse, capite præcedenti dictum est. Sic *Gal. 7. m. m. 6.* Vino utendum omnibus, qvibus Corpus refici debet, nisi febricitent: admodùm enim attenuatos reficit. *Id. 8. m. m. 3.* Spiritus namq; mirè refocillat. *Valleriol. l. 1. obs. 1.* hinc Val-

Valleriol. Uxor hydropota, in imbecillitate vinum maximè appetebat, quia sagax natura quid facto opus sit, ipsi suggerebat. *Id. Valleriol. l. 1. obs. 2.* Retulit oretenus *Dn. D. Matth. Held* cùm A. 1652. Archiatri munus apud Georg. Ragozium objisset, Principis Consiliarium *Joh. Henr. Biesterveldium* plurimis Legationibus feliciter adhibitum Virum, *Syncope correptum* ferè Animam egisse, consuluit Dn. Held ut *de vino Passo Hungarico* nobilissimo (de *quo suprà cap. de Passul.*) cochlear infunderetur ægro, pòst primum hujus vini cochlear, æger motum, post secundum, loquelam recepit, post tertium deniq; *talem virium refectionem* sensit, ut Testamenti tabulas, quamvis iis aliquot annis adhuc superstes, condere potuerit.

III. IN AFFECTIBUS INFIMAE CORPORIS REGIONIS. 13. In Aff. Infimæ Corp. Reg.

1. *In Imbecillitate Ventriculi*, vino, nihil utilius, ad juvandam concoctionem. *Cels. l. 1. c. 9.* Hinc Doctor Gentium Timotheo Dyspepsiâ laboranti, vinum maximè svadet. *1. Timoth. 5, 19.* quod consilium fusè explicat *Henr. Smetius Prof. Heidelb. l. 11. Miscellan. Medic. p. 619. seq.* & *p. 632.* describit, quòd debeat esse sapore sub austerum, substantiâ mediocre, potentiâ

1. In Imbecillitate.

tentiâ vinosum, ætate mediocre, colore flavescens, vel gilvum vel rubrum, odore suave. *Gal. 4. de Sanit. tuend. c. 6.* vina colore fulva aut alba, odora, substantiâ verò tenuia ad succi bonitatem facere, & πέψιν roborare docet. *Idem 3. de Alim. Fac. c. 40.* ad anadosin ventriculi confortandam & digestionem dulcia vina quoq; adhibet. *Guarin. cons. 387. f. 439.* dulcia ventriculo nocere statuit, etiamsi melancholicum humorem in Ventriculo mitigent potiùs valere vina in quibus asperitatis acumen est, quia robur adstringendo afferunt. Talia sunt adstringentia, vermicula, matura, quæ à *Gal. 6. meth.* nobilia stomachica dicuntur. *Solenand. f. 1. cons. 14.* qvanqvam & vinum album non caret adstrictione suâ præcipuè quod Austerum. *Guarinon. cons. 44. Heurn. de morb. ventr. c. 4.* vinum aquosum commendat, qvia generosum facilè destruat calidum innatum humidô alimẽtali destitutum, nisi frigida & humida sit intemperies. In tali enim *Hoechstet. dec. 5. obs. 1. p. 272.* aqvosa vina Neccarina improbat qvia facilè acescant, præcipuè in Hypochondriacis, quem morbum *Minderer:* vocavit Aciditationem, Weinsäuren / refici Ventriculum potiùs cyathô vini malvatici. Nocent tamen *ventriculo frigido* vina grossa, nova seu turbida,

bida. acetosa, multùm acerba, ut & illa qvæ sunt mulsæ cum aqua permixtionis, qvæ stomachum debilitant, mollificant, & ventositates generant. *Baver. consf. 26*. Hinc cùm *Hipp. 2. acut* § *34*. vinum infirmare ventriculum asseverat, de diluto & aqvoso intelligendum esse statuit *Zacut. 2. Pr. Hist. c. 12. f. 398*. Idem *Zacut. 2. Pr. Hist. 58. obs. 10*. Venriculi langvorem Vini absinthites potû, sanatum narrat, quod tamen, nisi evacuatô ventriculô, improbat *Venust. consf. 7*. cùm enim absinthio insit vis modicè calefaciendi, & vehementer adstringendi, si humores ventriculi tunicis adhæserint, adstrictis tunicis, magis fiunt rebelles.

2. *In Inflatione* Ventriculi vinum meracum à cibo sumtum, decocto sassafras temperatum, quod humores crudos concoqvat, laudat *Guarin. consf.* Tale quidem vinosi m concedit *Matth. de Gradi consf. 44.* quod tamen non nimis acutum, & si vini nigri assvetus bibatur, quod substantia tenue & clarum. 2. In Inflatione Ventriculi.

3. *In Dolore Ventriculi* diuturno vini generosi potum convenire historia Rhasis probat *Zacut. 2. Princ. Hist. 61.* hinc etiam *Rod. à Castro de morb. p. 2. l. 2. f. 1. c. 6.* modicum vini Hispanici aut Italici Rhenano præfert. 3. In Dolore Ventriculi.

4. *In Bulimo* convenit θώρηξις, qvæ fa- 4. In Bulimo

mem caninam solvit. *Hipp. 2. §. 21.* Est autem thorexis secundum *Eustath. Il. β* οἰνοποσία καὶ ἀκρατοποσία Vini meri potatio *Lang. l. 2. Ep. 28.* Cùm enim innatus ventriculo acidus humor appetitum foveat & augeat (*v. Hechsteter. dec. 5. obs. 1. Schol. p. 230.*) fit, ut generosum Vinum temperet hanc aciditatem, non aliter ac aceti mordicans aciditas, qvàm diu cum vino juncta est, ita temperatur, ut palato sit jucundissima sapore: *Horst. dec. 5. qvæst. 7. f.* Exempla sanati Bulimi habet, *Galen. in comm. 2. §. 21.* quæ explicat *Zacut. l. 3. Princ. hist. 69.* Inprimis vinum generosum commendat *Heurn. de Aff. vent. 2. c. 8.* & dulce non ponticum *Guainer. de Passion. Stomach. c. 21.* & adhuc effacius si non compositum offeratur, qvale describit *Zacut. Pr. l. 5. c. 2. §. 9. obs.*

5. In Siti. 5. *In Siti* Vinum præcipuè dilutum convenit, illud enim magis qvàm aqva sitim sedare, probare nititur. *J. B. Confaloner. de Vin. Nat. l. 2. c. 14. p. 51.* Vinum generosum sitim facit: aqvosum sedat. *Venust. cons. 28.*

6. In Vomitu. 6. *In Vomitu* Vinum rubrum sub-austerum, subdulce, commendat *Fonsec. T. 2. cons. 74.* mediæ substantiæ ad nigrum inclinans. *Matth. de Gradi cons. 48.*

7. In Nausea. 7. *In Nausea* vinum confert, nisi febris vehemens,

hemens, & viſceris alicujus inflammatio, aut capitis dolor vetet. *Maſſar. de Febrib. c. 30.* Hinc etiam *Ruell. de Nat. ſtirp. l. 23. c. 9.* Valet vinum ad inflammationes præcordiorum, & qvorum ſtomachus in vomitiones effunditur.

8. *Ad Vermes* in Corpore & inteſtinis hærentes, enecandos, nihil, vinô, & ℣ utili^{s}, quibus etiam in lumbricis felici cum ſucceſſu utimur, inquit *Th. Bartholin. Daniæ Reg. Archiater. cent. 4. hiſt. 19.* quicunq; enim vermes *vinum* adverſantur, fugiunt ex antris terræ vinô irrigatæ: quod *p. 260.* probat exēplô *bufonū* in corpore latitantiū. Id ipſum obſervavit Dn. D. Joh. Michaël, Fac. Med. Lipſ. Decanus & Archiater. Saxo. Altenburgicus, & ejus Collega Dn. D. Clauderus, in muliere altenburgenſi ex qua bufones ejecti vino injecti brevi mortui fuerunt, lacti vero, per plures dies vixerunt. 8. Ad Vermes.

9. *In Hernia* Vinum non ſit dulce aut acidum, nec album aut dilutum, aut aquoſum, ſed rubrum, maturum, pellucidum, ac minimè craſſum. *Donzellin. conſ. Scholtz. 211.* 9. In Herniâ

10. *In Ileo* vinum non convenire vult *Cæl. Aurelian. 3. Acut. 16.* concedit tamen *Hipp. l. 3. de morb. & Horſt. dec. 6. qvæſt. 2.* præcipuè ſi peccans humor frigidus v. *Gabelchov. c. 2.* 10. in Ileo.

cur. 73. aut si *à flatibus volvulus*, tunc convenit Merum, quia cruda reddit ad coctionem attenuat crassa, flatus discutit, *non* autem ubi *Ileos* ab *Inflammatione. V. P. Fr. Phrygius Comm. in Epid. Hist Hipp. p. 2. hist. 9. p. 330.*

11. In Cœliaca. 11. *In Cœliaca* Vinum album adoriferum pauciferum, vel rutili coloris præclari adstringentis ob vires delapsas, & ob minutum calorem Ventriculi. & colliqvationem corporis, adhibet *Lu. sl. Philalth. T. 2. cons. 5. p. 66.*

12. in Fluxu Hepatico. 12. *In Fluxu Hepatico* vinum laudat *Rabbi Moyses Aphor. med. s. 19. §. 25.*

13. in Dysenteria. 13. *In Dysenteria* vinum rubellum tenuissimum viribus attritis, item in virium defectu & morbi progressu concedit *Matth. de Gradi p. 2. c. 12.* rubrum adstringens, cùm fluxus est à Diapedesi, *Capivacc. l. 3. Pr. c. 17.* probat, si autem à Diæresi, nunquam convenire. Hinc *Stocker. in Praxi c. 67.* licèt vinum, qvod agitet, Dysenteriæ nocere statuat, attamen propter virtutem, crassum rubrum conducere docet. Nam; ut rectè Diomed. Cornar. *cons. 2. p. 40* mirum in modum vinum rubrum commodum, tùm quia habet vim exsiccandi, tùm adstringendi. Et ipse *de me* attestari possum, qui adolescens adhuc dysenteriâ afflictus, ope vini rubri, in quo sangvis Leporis mense Martii capti, maceratus fuerat, servatus fui.

14. In

14. *In Colica* & *volvulo* frigido, vinum meracum multum secundum rationem datam commendat *Hipp. 2. Epid. 6. 25.* cujus rationem reddit *Lindan. select. med. 2. ek 6. l. 1. §. 33.* In eâ vinum subtile, purum, odoriferum addulcedinem vergens probat *Stoker. Prax. c. 64.* ut & vina Hippocratica & Clareta cum optimis speciebus apparata. Si caloris adsit debilitas, generosum svadet *Fien. de Flatib. c. c. 12.* subdulce, ubi fæces siccæ, secus debile ac tenue. *Rudius l. 2. meth. cur. c. 28.* Indè Rhenana pura laudat *Crat. cons 169.* dissuadet Moravica & Austriaca improbat Malvatica, dulcia, crassa, turbida. 14. in Colica.

15. *In Fluxu Hæmorrhoidali* potiùs sit vinum rubrum qvàm album, fluxus enim vinô albô qvod aperit & laxat, augeretur, *Trincav. l. 2. cons. 28.* imò in multo fluxu nigrum aliqvaliter stypticum, commendat *Vgo. cons. 28.* qvanqvam *Diom. Cornar. Cons. 29.* album benè defæcatum, oligophorum quale Rhenanum Neccarinum, Austriacum non dissvadeat, qvod sit tenue, sapidum. 15. in Fluxu Hemorrhoidali.

16. *In Inflammatione Hepatis Rudus l. 2. c. 18.* vinum pernegat: contrà *Herc. Saxonia in Panth. l. 3. c. 27.* qvando vires sunt dejectæ, etiam vinosum exhibet. 16. In inflammatione Hepatis.

17. *In Obstructione Hepatis* Vinum sit al- 17. in Obstru

 bum,

tione Hepatis f. bum, maturum, purum, non potens aut vehemens: sit colore vermiculum, pauci coloris, transparens, aqvâ ♂ta dilutum. *Solenand. f. 1. consf. 12.* valdè dulcia autem, quia obstipant, fugienda, ut & austera. *Gvarin. consf. 117.*

18. in Cachexia. 18. *In Cachexia.* Vitetur vinum Canaricum, Creticum, Corsicum reliqvaq; dulcia, crassa, vehementer calefacientia; prosunt Rhenensia, Mosellana, matura non dulcia, non vetera, sed unius anni, qvæ grata hepati, nec exsiccent, sed quæ sub adstrictione viscera roborant. *Solenand. f. 3. consf. 6.* album potiùs quam rubrum. *A. Victor. consf. 10.*

19. in Hydrope. 19. *In Hydrope* vinum meracius conceditur, nisi causa mali calida. *Fontanon. de curat. morb. 2, 16.* & notavit *Epiphan. Ferdin. hist. med. 38.* Asciticos solô malvatici vini usu curatos. Aliàs si causa sit calida, album saltem & aqvosum exhibendum. *Matth. de Gradi. p. 2. cap. 9. Hipp. l. 5. Epid. §. 67.* laudat vinum album tenue ægro qui Hydropicus factus ex refrigeratione antecedente, alibi tamē in hydrope, imperavit nigrum crassissimum, reficiendi causâ, & replendi, concoctô sangvine, ubi hydrops ex colliquescentia. V. *Fr. Valles. Comm. in Epid. f. 266.* Vinum austerum meraculum in Hydrope svadet *Scribon. Largus c. 33. §. 134.* nam tale ventriculum roborat *Gal. 12. m. m. 4.*

20. *In*

20. *In Lienis morbis* vina nō sint generosa, sed diluta aut ℥ta, *Capiuacc: conf. Scholtz. 192. Epiph. Ferd. hist. 53.* non dulcia, quæ nociva, sed alba, tenuia, in quibus silex extinctus. *Mercur. T. 3. conf. 43.* non Austera, qvia talia digestionem tardant, & cruditates gignunt in ventriculo. *Horat. Guargunt. Respons. med. p. 224. Prosper. Martian. Comm. in Epid. f. 298.* temerè hodiernos Medicos album vinum in Affectibus Lienis nigro præferre, cum *Hipp. l. 7. Epid. f. 2.* illis vinum commendet nigrum pro potu, alboq; proponat, an quia nigrum magis Lienis humiditates exsiccet, an, qvia faciat ad robur, qvô Lienosi imbecilles egēt. *Gabriel. B. Ferrara l. 1. obs. chir. 48.* in duritie Lienis svadet vinum rubrum meracum, non tamen crassum. 20. in Lienis morbis

21. *In Affectione Hypochondriaca* vitetur vinum malvaticum, muscatulum, vina fortia, valdè calida, adulterati saporis & caloris. *C. Nævius in VVittich. conf. 9.* vitentur rubra, acerba, qvæ hærent in hypochondriis, flava item, qvæ, ut pote calidissima, hepati calido infensa, sed verè alba, qvæ facilè per venas distribuuntur. *Montan. conf. 235.* alba, tenuia, benè matura, & talia prioribus indicationibus sufficiūt. *Mal. Geiger. in microcos. Hipoch. c. 13.* 21. in Aff. Hypochondr.

c. 13. Medium inter potens & imbecillum admittit. *Montan. conf. 230.* Rhenanum & Neccarinum reliquis præfert *Brunner. conf. 9.*

22. In Scorbuto. 22. *In Scorbuto* quidam vinum Lusitanicum, nigrum, austerum, & adstringens commendare refert *Neucranz. de Durp. c. 20. p. 299* sed falsò, obstructiones potiùs efficiat. Vina Rhenana utilissima sunt, ob vim diureticam, quia ♀eam expurgans saburram, quod ipse ex Hollandia (Scorbuto ferace) Rheni ripam legens, & Francofurtum contendens, observavi, in talibus Scorbuticis vini Rhenani usu crassissimas Vrinas ♀ro copiosissimo scatentes, cum fructu redditas fuisse. *Hieron. Reusner. de Scorb. ex 8. p. 533.* vinum potens, generosum idq; meracum *Scorbuticis* commendat, sed paucum, à quo si calor intenderetur, aq. passulat â diluendum esset.

23. In Calculo. 23. *In Calculo Ugo conf. 73.* Vinum laudat medicum, inter novum & antiqvum clarum, subtile, coloris aurei, non nimis potens, nec nimis exile; *Montan. conf. 229.* Vinum pauciferum liquore purissimum maturum, colore vel album vel rubrum; album potiùs quàm nigrum pauciferum. *Mercur. T. 1. conf. 105.* colore quidem fulvum, at substantia ac viribus lene, non acutum, nec potens. *Valleriol. l. 3. obs. 5. Helid. conf. p. 157.* vinum dulce & malvaticum

ticum pro potu concedit: *Guarinon.* qvoq; *cons. 54.* testatur, sæpissimè se observasse vinû rubrum vel crassum admodum urinæ copiam eduxisse, etiamsi sit austerum, nec miratus sum, *inqvit*, quoniam multæ res austeræ hoc faciunt, imò lapillos expellunt. Improbat tamen dulcia, atq; turbida vina, qvia Renum calculis materiam suppeditant. *Crat. cons. 253.* qvalia ☿ plurimum in se habentia turbida & austera Jenensia, Sebergensia. Islebiana, Tigurina, quæ calculos generant. v. *Unzer. de Nephrit. l. 1. c. 26. Quercet. l. de Peste, & in l. de Med. Prisc. Philos. c. 7.* Hinc ferunt Hermetem sumtô cibô semper granum thuris aut mastich. voràsse, ne vinum ebibitum in ☿m abiret. *Deodat. Panth. 3, 26. pag. 147.* Generosa vina Renibus noxia censet *Carol. Piso de morb. ex Sero. s. 4. c. 2. p. 294.* qvia fovent Renum intemperiem. Neccarica laudat *Scholz. cons. 111.* & oligophora, evacuatô prius corpore, moderate bibita. *Unzer. l. 1. de Nephrit. c. 23.* qvalia tenuia pura Rhætica. Rhenana. *ib. c. 26.* calculosis vinum Rhenanum qvòd sit facile penetrans, obtusum partium sensum acrimonia stimulet, ☿m assumat secumq; educat: *Læsel. Prof. Regiom in Scrutin. Renum T. 2. art. 1. th. 5. qvæst. 12.* Rhenanum improbat, qvòd in transitu obvios rapiat hu-

mores ♀ n. augeat, & narcoticâ vi Renes depravet: *Ibid. quæst. 13.* magis vinum Alkekengi svadet, quod *Duret. annotat. in Holler. p. 538.* non placet. Sed distinguendum inter corpus purgatum & impurum.

24. In Diabete. *24. In Diabete* vinum rubrum, crassum, subadstringens, frigidâ dilutum commendat *Rud l. 2. Pr. c. 39.* & acerbum aq. ♂ta mixtū, *Mercur. T 3. consf. 12.*

25. In Stranguria. 25. *Stranguriam* vinum sanat teste *Hipp. 7. §. 48.* præcipuè in iis, qui non sunt vino assueti. *Cardan. Comm. in hunc Aph.*

26. in Ischuria. 26. *In Ischuria* & urinæ ardore sit vinum senex non asperum, non austerum, teuue, non tamen acre, diureticumque lene, dulce ex parte, imbecillum *Guarinon. consf. 73.*

27. in Impotentia. 27. *In Impotentia* Vinum odoratum tàm album, quàm rubrum præscribit *Claudin. consil. 12.* Est enim vinum Veneris hortator & armiger. *Apulei. 2. Metam.* si moderatè sumatur, nam Vina parant animos Veneri, nisi plurima sumas canit *Occid. 2. Rem. Amor. v. 411.* quale descr bit *Horat. 1. Ep. 15, 18.* generosum & lene, quod ipsum Lucanæ commendet amicæ. Tale maturum, gnnerosum, lene, non tamen fumosum, nec qvod dulcedine stomachum enervet suadet *Solenand. s. 4. consf. 19.* qvale Falernum, Rhæticum, Vipacum hîc spe-

ſpecificum notat *Brunner. conſ.64.* & Vinum Ponterculeum in Hetruria *Ang. Victor. conſ.54.*

28. *In Priapiſmo* vinum fugiendum ut peſtis, ſive à ſpiritu, ſive à ſeminis copia proveniat. *Epiph. Ferd. hiſt.26.* 28. In Priapiſmo.

29. *In Gonorrhœa* Vinum ſubrubrum aqva ligni ſancti lymphatum *Epiphan. h.28.* adhibet, nigrum ſtypticum. *Ugo. conſ.74.* 29. in Gonorrhœa.

30. *In fluxu Menſium*, menſtruatas tutò vinum aſſumere poſſe probat *Zacut. l.3. Pr. Hiſt. c.9. f.476.* etiam meracius, convenit ad ſangvinis attenuationem. *Cordæus in l.1. Hipp. de morb. mul. comm.4. §.7.* 30. in fluxu menſium.

31. *In fluxu nimio menſium* vinum pauciſerum ſubadſtringens, potius rubeum qvàm nigrum, contra Avic. qui vinum dulce nigrũ commendavit, ſtatuit *Mercur. l.3. de Morb. mul. c.2.* Vinum rubellum in quo ☉ ſeu ♂ candens extinctus *Zech. conſ.35.* adhibet. *Epiphan. hiſt.3.* penitus vinum diſſvadet, & amarenatum ſaltem admittit. 31. In fluxu nimio.

32. *In fluxu albo* vinum ad bruſcum declinans, non tamen debile, ſed mediocre in potentia *Matth. de Gradi conſ.78.* 32. In fluxu albo.

33. *Hyſtericis* vinum, quod odorum praecipuè, non convenit, uterum namque ſurſum evocat, Vapore caput replet; ſi tamen Syn- 33. In Affect. Hyſterico.

cope

cope aut virium nimia resolutio, pauxillum offerendum. *Zacut.3.Pr.c.12.f.495. Lang.l.1. ep.23. Mercat.l.2.de morb. mul c.3.* adeò in paroxysmo ratione causæ non exhibendum, sed ratione virium extra eundem *Varandeus de morb.mul.c.6.p.130. Horst.dec.3.probl.Therap.quæst.4.* in exacerbatione si syncope adest, illius ratione exhiberi posse, censet *Rod. à Castro.p.2.de morb. mul.l.2.f.1.c.1.* hujus gratia Hispani Hystericis cum vino exhibent sacchari pastam cum santalis & mosc ho aliorsum dictum. *ib. p.165.*

34. In Melancholia ab Utero. 34. *In Melancholia ab utero* vinum Rhenan. aut album tenue in qvo maduerint flor. borrag. vel aurant. *Castro l.a. l.2.f.1.c.3.* adhibet.

IV. In Affectibus Articulorum.

IV In Aff. Articulorum. An in Arthritide Podagra Vinū? Qvidā penitùs negant

An in *Arthritide, Podagra,* & *Ischiade Vinum* conveniat, magna est controversia. Sunt qui *vinum penitùs denegent,* & solâ à vino abstinentia curatam podagram referant *Guainer. de ægrit junct.c.* 27. de seipso *M.Gattinar. Pr.Med.c. 73.p.283. Cels. l.2.c.24. Trincavell. l.12.de cur.part.morb.c.2 & l.3.conf.37. Mercur. T.3.conf.6. T.1.conf.60 Poter.cent.3 cur. 99. Zacut.l.3. Princ.Hist.47. Marcell. Donat.*

l.1.

l. 1. Hist. med. c. 8. obs. 3. Solenand. s. 2. cons. 1. Carol Pisò de morb serf. l. 3. c. 1. p 374. & p 379 & c. 2. p. 388. refert qvoq; *Prosper Martian. Comm. ad st. sect. 6. s. 372.* abstinentia â vino, solo aqvæ potu D. Hieron. Bornerium Cardinalem Asculanum per plures annos â *podagra* perfectè sanatum. Sunt tamen alii, qvi *habita temporis* & *ipsius vini* ratione, *non in totum denegent vinum*. In ipso paroxysmo, *Valleriol. 2. Enarr. 4. & Schneberg. de medic ad Arthrit p. 144.* Vinum improbat, qvia fluxiones concitat & nervos ferit. In præcautione tamen iidem admittunt vinum, non potens, ad contractam â podagra infirmitatem; citô enim alit, præcipuê si correspondeat consvetudo & temperamentum, coctiones juvat, spiritus reficit, calorem & ventriculum refovet, nisi principium paroxysmi instaret, *Liberat. de Liberat. Podagr. Polit. l. 2. c. 3. p. 91. Præfect. de Nat. Vin. p. 35.* refert qvidem podagricis fluxioné excitare, & nervos offendere, moderatè tamen, ob vires, post permittit, qvod & facit *Gvainer. tr. 26.* præcipuè in assuetis, nam teste *Monav. Epist. Scholz. 210.* vino cruditates concoqvuntur & absumuntur. *Interdicunt vina penitus* in Arthrit. *Frambesar. l. 6 qvæst. 1. Læsel. l. 2. de Podagr. s. 2. membr. 2. art. 5. Concili- at. diff. 185. Cardan. l. 1. Contrad. tr. 4. contr. 2. Avic.*

Qvidâ cum distinctione re. cti⁹ admittûs

Plura E. pl. qvi vinû pen. tùs interdicunt.

culi firmitas ea est, ut sine vino valetudinem sustentare possint abstineāt vino, qvibus autem ab graviora incommoda non licet, moderatè sumant. Videndum qvid ferre ventriculi dispositio, qvid reliqvi corporis possit, inquit *Solenand.l.4.consl.24.* non cuilibet temperamento constitutioni, ætati, consvetudini omnimoda abstinentia injungenda est, magna corporum varietas. si modicè vino utamur mediocri potissimum leviter adstringente, suoque id tempore debito, non obfuturus, sed profuturus ejus usus: & videmus, *pergit ille*, ab exiguo sumto vino declinante jam paroxysmo podagricorum dolores discusso ab excitato calore & Spiritibus qvalicunque humore, leniores fieri. modo, ut ante dictum, in principio abstineatur v. *Solenandr. fol. 5. consl. 2.* Ejusdem sententiæ *P. Bruhesius in opere Garet. de Arthrit ep. 19.* circumspiciendum, *inqvit*, ne dum corpus senile nimis à Podagra tueri studemus per vini omnimodam abstinentiam, in aliud malum, priori gravius, hydropem, cachexiam &c deducamus: vinum namq; album, meracum, antiqvum & modicum extra fluxiones podagricas assumtum optimum est nutrimentum, urinas cit, cruditates concoquit, cibis commistum coctionem

adju-

adjuvat. *Et Epist.* 22. vinum crudum succum potentiùs qvam quicquam aliud concoquit, sed nisi parcè sumatur, & pòst ingestam majorem cibi portionem in articulos vitiosum succum proferet. Distinguit *Quercet. Pathol.* c. 3. p. 153. *inter causam* Arthritidis, iis quorum mali causa deprehenditur esse salsa au acris, abstinere vino jubet, quia Salino suo ♀° magis malum auget quibus autem â gypsea, frigida, bolcari aut tophosa materia, iis *vinum* generosum & minus ♀ eum aqvâ mediocriter diluendum præscribit. Itaq; dum pa et qvandoq; vinum ad hiberi posse in Arthritide, nunc *Qualia vina seligenda* sint notandum restat, *Nocent* vina potentia, acria, vinosa, quia podagram generant, utpote nervis inimica· *Gal. comm* 7. § 28. *v. Solenand. f. 5. conf. 1.* ratione ventriculi tamen parum vini Malvatici vel Hungarici concedit. *Crato conf.* 253. fugienda statuit vina Græca, Hispanica, Hungarica generosiora, quia cerebrum nervorumq; genus omne, atq; ob id articulos lædant: Hispaniensis tamen crassi rubri, quod de Alicante vocant mediocris usus salubrior. *Solenand. f. 4. conf.* 24. vetus οἰνώδες vinosum, potens in Ischiade quoq improbat, satis est generosum, si imbecillis ventriculi coctiones juvare valeat. *Id. f. 5. conf. 3.* Dissvadet quoq;

Qvalia Vina Arthriticis? Nocēt qvædā.

qvoq; usum vini varii generis. *Id.f.4. consf.24.* & præter hæc vina crassa, turbida, dulcia, acerba. *Andr. Gallus cons. Scholz, 218.* Prohibet vina immatura, ♀ea, terrestreitaribus permixta, fortiora, penetrantia. *Horst. l. 3. p. 2. obs. 1. p. 250. & obs. 2. p. 254.* nocent in terra pingui collecta, limosa, argillosa, lapidosa, mineralem margam, tophum, aut aliqvod aliud minerale admixtum habentia. *I. Cæs. Benedict. l. 9. Epist. med. 1.* qvalia Moravica ut plurimum. *Nav. Consil. Scholz. 225.* & non pauca Austriaca, qvæ nec bene defoecata, & ratione soli ♀ea. *Cl. Sennert. in disqvisit. Epist. in Litt. 25. Aug. 1619.* datis qvi ibidem Hungarica qvoq; non excludit subtili admodum ♀o, adeò, ut etiam alembicum simul cum spiritu transcendat, constantia qvod *infra in specie de Vinis Hung. ex hac Epistol.* annotatum, quodq; ipse Sennert. *tractat. de Arthrit c. 2. p. 17.* inseruit. Acida vina quoq; non admittenda. *Scholz. consf. 246.* Diuretica quoqve corpore impuro, qvalia debiliora Rhenana sunt, incongrua, tum, quia ♀m. nimis movet, tum, ut *Forest. 29. obs. 1.* docet, qvia ob nimiam subtilitatem nocent nervis. *Quænam ergo vina bibenda?* Scite *Cl. Sennert. in Disqvis. Epist. in Ep. 12. Nov. 1619.* exarata: Assuetis qui vinum plane interdicit, ut cruditates in ven- Qvæ juvant.

triculo colligantur, Autho eſt, quæ forſſan plus Ar hritidem augent, quàm moderatus vini uſus, cum errata primæ coctionis non corrigantur in ſecunda. Quod tamen vinum cuivis bonum, eligendum ſit, in genere vix defin'ri poſſe putat, ſummo etiam in ipſis ſpecialibus vinis delectu opus eſt. Qvi fortioribus vinis aſſueti, iis Neccarina & Rhenana in ventriculo aceſcunt, & parum ægro conveniunt; qvantum conſvetudo poſſit, patet ex Moſcovitis, qvi ſpiritum è frugibus, adeo copioſè potant, quod alii ſine periculo imitari non poſſent. *Hæc Sennertus.* In *Genere Baver. conſ. 37.* admittit vinum, qvod inter novum & antiqvum eſt medium, quod in ſubſtantiâ æqvale, clarum, in ſapore nec acre nec dulce, boni odoris: *Trincav. 3, 96.* potens parcè, propter robur ventriculi, alias medi cre, ſubſtantia tenuiſſimum, qvi *Idem 3. conſ. 86.* olig phorum, quod non caput feriat, ſed urinam provoce laudat. Albũ vinum Antiqvis præcipuum fuiſſe remedium contra articulares morbos per urinæ meatus avertendos, vult *Montan. conſ. 323.* Contra tamen *Zech. conſ. 17.* albo præfert ſubrubrum modo tenuis ſit ſubſtantiæ, minimeq; dulce, cui conſentit *Andr. Gallus conſ. Schol 7. 218.* qui etiam vinum admittit rubrum ad facultatem

adſtrin-

adstringentem inclinans, quod non sit valdè potens. In *specie* vina Pucina & Tellinæ Vallis, cùm articulos feriendi vim non habeant, admittit *Sennert. de Arthrit. c. 7. p. 50.* moderate Alicantum. *Solen. 4. conf. 24. & conf. 28. fol. 403.* Germanicum tamen inprimis mediocre, qvamvis facilè urinam commoveat, quod podagricis non purgatis, aliqvando inutile. *Id. Solenand. 4, 24.* Et præcipuè Rhenana matura (*v. infra de vinis Rhenan.*) hæc enim cùm minus spirituosa sint, & diuretica, minus articulis infensa sunt, & si qvid ☿ri aut fæcis habent, vel per alvum, vel Urinam è corpore educunt. *Cl. Döring. Disqvis. Epistol. ad Sennert. Ep. 4. Octob. 1519. data.* Imprimis conveniunt Rhenensia rubra, â pede Anserino die Gänse-Füsser dicta, Podagricis. *Crat. consil. 215. 253.* & temperata Neccarina. *Horst. l. 3. p. 2. obs. 2. p. 254.*

V. In Affectibus aliis.

V. IN ALIIS AFFECTIBUS.

1. In Macie.

1. *In macie*, si â marasmo, vitetur Vinum, aut detur saltem album, tenue, mediocre. *Mercur. T. 2. conf. 26. & T. 3. conf. 84.* alias ad in pingvationem vina rubea dulcia laudat *Epiph. Ferd. hist. 20.*

2. In Obesitate.

2. *In Obesitate nimia* vinum album oligophorum, aqvosum, aut cui marina aqua admistum præscribit *Epiph. hist. 82.* aut nigrum, tenue, acidum, non crassum, nec dulce, acida

enim quasi frigefaciunt, & humiditates attenuant. *Fonsec. T.1.consf.32.*

3. In Lue Venerea. 3. *In Lue Venerea* quidam penitùs vinum interdicunt, ut *Fernel. de Lue.* ♀. *c. 13. & c. 15.* dicat. Vinũ ne delibare qvidem oportet toto curationis decursu, tale enim huic ligno Guaiaco est Vinum, qvale Cicutæ, cum quo si hauseris, nullo modo restitui posśis. Prohibent Vinum decocti tempore *Guarin. consf.28.*

Negant *Nic.massa.T.2.ep.21.* & testatur *Rod.à Castro p. 2..de morb. mul.s.1.l.2.c.13.* neminem eorum, qvi vino utantur in Ligni, aut Sarsæ adhibitione, restitutos, expertum esse. Hinc & illi in Lue Gallica qui ☿ inunctione utuntur, si vinum bibant, paralysin incurrere vult *Forest.*

Affirmant. *32.obs.17.Schol.* Alii tamen *medici* lignum Indum decoqvunt, Vel simplex cum vino. *Massa. T.1.ap.30.* vel purgantia simul coqvunt. v. *Mathiol.de morb: Gall.; Bacc.de Nat. Vin. l.3. c.17. Zacut.l.2. Pr.Hist.c.1. obs.2. Epiphan.Ferd. Hist.17.* pro potu, vinum non omninò denegat, permittit vinum tenue, oligophorum, qvod sit diureticum, ut adiuvet coctionem, aut tali vino temperetur decoctũ. ibidemq; singulare medicatum, vinum pro Gallicis describit. *Montan. Consf. 353.* concedit vinum maturum, tenùe, limpidisśimum: calidum autem & robustum illis inimicum. *Fallop. de morb.*

morb. Gall. c. 28. diſtinguit inter ægros *Foreſt. l.* 32. *obſ.* 7. & decoctum Ligni cum vino pituitoſis Gallicis, bilioſis non item, convenire ſtatuit. v. *Mercal. 1. de Indic. c. 2. p. 181.* qvi viperinum qvoq; vinum Gallicis commendat, *l. 2. de morb. Gall. c. 8.*

4. *In Elephantiaſi* Vinum, præcipuè viperinum, integræ ferè curationis ſcopum abſolvere patet *ex Gal. 11. Simpl. c. 1. Paul. Ægin. l. 4. c. 1. Vidio part, 2. de cur. morb. ſ. 2. l. 5. c. 8. Fonſec. T. 1. conſ. 66. Zacut. l. 1. Pr. Hiſt. 84. & l. 6. Hiſt. 1. & 2. & l. 2. Pr. h. 72. dub. 43.* 4. In Elephantiaſi.

VI. AD VENENA. VI. ad Venena In genere.

Ad Venena in genere præſentisſimum remedium eſt vinum generoſum. *Grevin. de Venen. l. 2. c. 1. p. 162. Fallop. l. de purg. cap. 6.* Hinc *Guarin. conſ.* 526. Vinum potens in præſervatione veneni, quòd cor muniat, commendat, Facit Vinum ad omnia venena exulcerantia v. *Dioſc. 5. 6. Gal. l. 6. Epid. ſ. 6. comm. 5. Manard. l. 5. Ep 3.* unde Theriacæ aſſimilarũt antiqui vinum. *Fallop. de Tumor. p. n. c. 14. Septal. de Febr. peſtil. l. 5. c. 7. 2.*

In *ſpecie* adverſus *varia venena vinum pro ſpecifico* habetur Alexipharmaco. In ſpecie

1. Ad *Napellum* valet vinum in potu datũ. *Dioſc 6, 20. & Matthiol. Comm.* 1. ad Napellum

2. *Ad Opii noxam.* Vinum meracum, quod 2. ad Opium.

quòd vehementiùs veneni frigiditati maximæ & ſiccitati,reſiſtat. *Grevin. de Ven. l. 2. c. 16. Henr. â Bra. l. 2. de Ven c. 4. p. 117. P. Bayr. Prax l. 17. c. 2* laudat antiqvum purum, odoriferū. *v. Mercur. de Venen. l. 2. cap. 7, Æginet, l. 5. cap. 43.*

3. ad Solanum. 3. *Ad Solanum furioſum* vinum dulce tepidum. *Dioſc. 6, 6.* aut paſſum tepidum. *Æginet. l. 5. c. 50.*

4. Mandrag. 4. *Ad Mandragoram* vinum purum potū. *P. Aponenſ de Venen. Remed. c. 23.*

5. Hyoſcyam. 5. *Ad Hyoſcyamum* vinum ſalſum *Æginet. l. 5. c. 39.*

6. Cicutam. 6. *Adverſus cicutam* præmiſſo Vomitu vinum meracum maximo eſt auxilio, *Dioſc. 6, 11.* per intervalla ſæpè propinatum. *Æginet, l. 5. c. 42* & qvidem calidum, commendat, *Bayr. l. 17. Pr. c. 2. f.* Notanda obſervatio *Cæl. Rhod. l. 28. c. 55.* Si vinum miſceatur cicutæ in exiguâ qvantitate, Venenum fieri lethalius, qvia auget penetrationem: Sed ſi multum vini immiſceatur, contrarium fit, qvia extingvitur frigus cicutæ â calore vini. *Mercur. l. 1, c. 11. de Venen. p. 41. Amat. Luſit. c. 5. cur 9. 8. ſchol.* & qvo fortius vinum, eo melius, *Grevin. de Venen. l. 2. c. 6.*

7. ad Coriandrum. 7. *Ad Coriandri ſeminis* virus Id. *Grevin. l. 2. c. 5,* vinum laudat, ut humiditas illius venenoſa

nosa exsicetur. v. *Diosc. 6, 9. Æginet. l.5. cap.40.*

8. Ad nocumentum *ex umbra arboris Juglandis* vini generosi potum svadet *Grevin.l.2. cap.22.* 8. Ad Umbrâ arboris Jugl.

9. *Fungos* quidem defendit & Tubera *Alphons. Cicarelli* proprio libello de iis Patav: 1564. edit. *c.13.& c.14.* & pro salutari cibo venditat, aliud tamen experientia docet illos noxâ non carere. Hanc emendat vinum. v. *Bra. de Venen. 2.c.19. Aponens. c. 42. Forest. 10. obs.116.* Hinc Benedict. Priolaus familiam Ducis Rohani Venetiis fungos etiam insigni cura paratos, gustâtem, gravissimè languentem, Theriaca cum vino meraco in vitam revocavit. *Rhodius in Not. ad Scribon. p.284.* 9. Ad Fungos

10. *Ad Morsum Viperæ* vinum prodest. *P. Aponens. de Ven. c.57. Mercur. l. 2. cap.3. Diosc. 6, 47.* 10. Ad Viperæ Mors.

11. *Ad Nucem Vomicam* potus vini albi. *Aponens. c.43.* 11. Ad Nucem Vomicam.

12, *Ad Apium Risus* inebriatio cum vino albo valet. *Aponens. cap. 28. Matthiol. in 6, 14. Diosc.* 12. apiû Risus.

13. Ad *Leporis Marini* venenum Vinum *Grevin. de Venen. 2.17.* 13. Lepor. marin.

14, *Ad Cantharides* vinum dulce liberaliùs sumtum. *Diosc. 6,1. Æginet 5.31.* 14. Can-tharid.

15. Bufones. 15. *Ad Bufonis* Venenum, vinum meracum. *Bra. lib. 2. cap. 55. Th. Barthol. cap. 4. h. 19.*

16. Araneas. 16. *Ad Morsus aranearum* merum *Æginet. 5, 7.*

17. Phalangios. 17. *Ad Phalangiorum ictus* valet vinum intra & extra. *Mercur. 2 de Ven. 5.*

18. Cattum. 18. *Ad Venenum Catti* Vinum bibendum. *Bra. 2, Ven. 72. Æginet. 5, 11.*

19. Can Rabid. 19. Qui à *Cane rabido* demorsi, bibant quotidie vinum meracum, quia omnibus venenis adversarium. *Codronch. de Hydrophob. lib. 2. cap. 4.*

20. Cerusse Venenum. 20. *Ad Cerussæ Venenum* potus vini albissimi puri ad inebriationem valet, *Aponens. de Ven. c. 13.* Sua enim caliditate huic veneno adversatur. *Grevin. l. 2. cap. 3.*

CAPUT. VII.

ViniUsus Medicus apud Ægros Externus.

DE VINI USU ADMIRANDO MEDICO QVOAD CORPUS ÆGRUM, EXTERNE.

HActenus *Vini usus internè* assumti tam pro potu, quàm medicamento, ex optimis Authorum Consultationibus, fuit ad rationis trutinam expensus, restat ut paucis vini usus externus

qvoq;

quoque subjiciatur. *Parantur* autem *cum vino.* Parantur è Vino.

1. *Balnea* ad roborandos articulos & nervos, de qvibus *Claudin. app. de Ingress. ad in firm. 10. p. 199.* 1. Balnea.

2. *Clysteres* diversi, usitatissimi tamen sunt. 2. Clysteres.

1. *Nutrientes* ex vino, aliisq; reficientibus jusculis parati. Et licèt *Helmont de Febr. c. 7. §. 16.* tales in totum rejiciat; & *Nardius Noct. 5. Genial. p. 333.* neget, fieri per Enemata talia veram nutritionem, sed eâ saltem explere trahentium vasorum cupiditatem & partium siccitatem ad tempus diluere: Laudat ea tamen *Fonsec. T. 1. cons. 22.* quòd cito reficiant, qvia vinum facile transeat in sanguinem: probatq; exemplo monialis, qvæ per 9. dies hujus beneficio servata fuerit. Exemplum quoq; apud *Hildan. cent. 4. obs. 30. Defendit ea Exc. D. Godofr. Mœbius Archiater Brandenb. & Prof. Jenens. in Disput. Med. 1649. Jenæ de Natura & usu Clysterum habitâ qvæst. 5. V.* de illis ex Antiqvis *Oribas. collect. 8. c. 24. Cels. l. 3. c. 19. Aët. tetrab. 3. serm. 1. c. 1.* ex Recentioribus *Fr. Valles. Contr. Med. & Phil. l. 8. c. 3. Mercurial. in Prælect. Pisan. hist. 21. Laurent. l. 6. Anat. qvæst. 14.* 1. Nutrientes.

2. *In Colica flatulenta Bened. Victor. Favent.* 2. In Colica

in *Empir. c. 27.* colicum dolorem ſedavit ſæpe clyſtere vini albi potentisſimi & aqvæ ardentis : in qvibusdam tamen Ebrietatem indè excitatā ſupra notatum eſt. *Solenand. ſ. 3. conſ.* 28. Malvatic. cum ol. Nucum aut vinum Hippocraticum, aliudq; vinum generoſum aut compoſitum Zedoar. Enulat. Marathrite, &c. ex propria, & Rondoletii experientia, adhibendum eſſe ſvadet pro Enemare. Et taſtatur *Cl. Deodatus Panth.* 3, 24. *p.* 159. Incantamenti inſtar dolores colicos ſedatos fuiſſe, & flatus protruſos Enemate ex Vini. Malvat. ℔ ß. ol. Nuc. ℥iß. aq. vit. ℥j. cui ditioribus adjiciunt aliqvot drachm. ol. rut. & & junip. *Lazar. River. c. 1. obſ. 58.* ſpec. decoct. Emoll. & carmin. in vino alb. & Aq. æq. p. incoqvit addit Elect. Diacathol. ℥j. mell. roſat. ℥ij. & aq bened, turbith ex croc. metall. parat. ℥j. qvæ duo enemata aliqvoties in praxi cum fructu exhibere imitatus ſum.

3. Ad Vulnera Inteſtinorum.

3. *Ad Vulnera Inteſtinorum* Clyſteres ex nigro vino. auſtero tepido ſolo injiciendos. ſuadet *Andr. à Cruce l. 5. Chirurg. c. 19.*

3. Injectiones 1. in Penem

III. *Injectiones fiunt* qvoq; *ex vino*.

1. *In Penem*, in Gonorrhoea virulenta præcipuè quæ & in læſione penis â calculo acutiori nō incommodæ, qvalis ſeqvens quam D. Kuckenbergerus Patavii felicisſimè adhibebat.

bebat ex Sacchar. vitell. ovor. Tereb. & vino confectam. Ad Foraminula penis in Lue *Stocker. Prax. c. 107.* commendat injectionem ex vin. alb. ℔ ij. ceruss. flor. æris, camphor. aà ℥ß. ad tertiam partem bulliendo consumtam.

2. *In Uterum* & qvidem *ad ejus ulcera Cordæus in Hip. de morb. Mul. l. 1. comm. 6. § 5.* ex Siræo seu defruto, vino cocto, iniectiones laudat: ad uteri cancrum per syringam vinū rubrum non admodū generosum injicit *Mercur. T. 2. consf. 84* & cum vino nigro mellito, si adstringendum, in Vulneribus uteri utitur *Andr. Cruce Chir. l. 5, c. 25.* 2. In Uterum.

3. *In fistulas.* Notat *Laur. Scholz in Evporist. Mss.* ad fistulas mammarum nihil utilius esse, qvàm si per injectionem eluantur cum vino calido in qvo bullierit myrrha. *D. Genamt. eximius Medic. & Chirurg. Paris.* sequenti methodo, ut notavit Amic[9] mihi secreto per Litteras, *Fistulas egregie* curavit: Facto detersivo ex Tereb. Vitell. Ovor. & pauco vino, de quo Ungv. toties in jectum, & rursus expressum donec omne pus cum sua cuticula sit ablatum, & fistula benè mundificata, in jecit per syring. per linteum *Balsamum* præparatum *ex Collâ human.* ℞. Aloës ʒj. m. cum vino albu forti ad consistentiam Bals. & postmodum comprimit fistulam. *Colla* autem *Humana ita paratur.* ℞. cutem hominis cæterasq; 3. In Fistulas. Balsamus Collæ Humanæ.

partes

partes nervosas, lotas, incisas in aqvæ prius calefactæ bonâ qvantitate per hor. 5. coquit pinguedinem supernatantem separando, Vase ab △ remoto liquor calidus colando effunditur in vas purum & exprimitur, additur liqvori tertia pars vini albi fortis, inspissatur ad mellis consistentiam, & reponitur pòst scatulis ligneis ad Solem ut siccescant.

4. Gargarismata. 4. *Gargarismata* quæ M. *Aurel. Severin. Pyrotechn. Chirurg. l. 1. p. 3. cap. 14. Buccatus* vocat, quòd servetur liqvor in buccis clauso ore, ad vitia oris, varia cum vino parantur pro diversitate materiarum incoctarum sic ἀποφλεγματίζοντα, ad excitandam Uvulæ humiditatem cũ vino, aceto & Alum, item resolventia, & præcipue cùm vino rubro styptico ad aphthas, ad vacillationem dentium, ad leniendum Odontalgiam, ad Gingivarum putredinem, &c.

5. Odoratus. 5. *Odoratus* Vini in Peste generosissimi utilissimus: hinc *Manard. l. 5. Ep. 3.* pilam foraminulentam laudat in qva spongia vino Cretico aq. Ros. & aceto imbuta sit cujus odor naribus attrahendus.

6. Aspersiones. 6. *Aspersiones Vini* Capiti pòst eius lotionem, & præcipue vini generosi, caput confirmare & Spiritus animales, qvodammodò recreare,

creare, testatur *Mercur.T.3.conf.80.* Hystericis tamen, ut vulgo fit, aspersiones in faciem cum vino aromatico non conferunt. *Forest. 28.obs.25.* quia uterum ascendere faciunt. *ib. obs.23.schol.*

7. *Epithemata* varia cum vino qvoq; fiunt, *Petrus Hispanus Thes.Pauper.c.6.* in Phrenitide spongiam calido Vino madefactam super Mammillam sinistram ponit 7. Epithemata.

In cordis palpitatione laudatur si cordis regio Theriaca, vino Græco & modico croci soluta illinatur *Mercur.T.1.cons.44.& 112.Guibert.Med.Officios.p.48.* vinum odoriferum, quale Aurelianense, vel Burgundic. calefactum linteis duplicatis imbutum cordis regioni in pestiferis applicat. In Cardiaca Melissa supra laterem calentem calefacta, vino malvatico aspersa & applicata pro singulari commendatur remedio *à Plater.T.1.Pr.l.2.c.11.p.572.*

8. *Fotus diversimodi* fiunt *cum vino.* In specie. 8. Fotus.

1. *Ad Vulnera* Vinum & vitis confert, quia eadem caudicis fissionem & vulnera absqve noxa patitur. *Porta Phytogn.5.12.* Videmus vulnera recentia saltem vino & Saccharo addito citissimè agglutinari, qvem usum qvoq; præstat *Balsamus Samaritanus* dictus, quem ipse 1. Ad Vulnera. Balf. Samar.

seu Rocabunæ. ipse Salvator Dominus noster laudat. *Luc.* *10,34.* ex vino & oleo confectus, quem parant ex Oleo olivar. vel hyperic. & vini generosi aâ ad consumt. vini in Vase clauso coctis *Balsamus Rocabunæ* & *Oenolæum* aliis dicitur.

Si Vulnus non fuerit periculosum, lavetur vino rubro tepido, & dein applicandum linteolũ mundũ Balſ. prædicto madidum quantum calidum posſit ſuſtineri, parum aut nihil immittendo in vulnus, ſed tantum in vulneris circuitu, ſi verò vulnus periculoſum, frigidè applicandum. Et ejus uſus rationi conſentaneus teſte enim *Ronſſ. ep.59. p.* 221. oleum lenit, diſcutit, vinum abſtergit, glutinat, & ad penitiores partes penetrat, & ſi nigrum, partes in flammari non patitur. Hinc ex innumero Balſ. Vulnerar. numero, nullus ferè Balſamus, qui non vinum recipiat. *Hipp. de Humid. uſu* §.10. Vinum dulce ad diuturna vulnera commodum (lenit enim, abſtergit absq; morſu. *Zvvinger Comm. f.587.*) In recentib⁹ enim, *commentante Nardio Noct. Gen. p.81.* calidarum partium ratione & mollitie, quã inducit, hæmorrhagiæ interdum eſt cauſa: Auſterum autem tenui tate ſubſtantiæ angulos quosq; alluit vinum, qualitate adſtringit, contrahitq; diſſidentes partes, frigidè tamen propter caliditatem infundendum.

ib.

ib.p 82. Hinc *Aqvapend.in Chir.de Vuln.cap.7. f. 84.* spongiam in vulneribus cum vino nigro Austero partibus circumstantibus applicat, ut fluxio repellatur, pars verò exsiccetur & roboretur. *An* autem *vinum pro usu Interno in Vulneribus conveniat* lis est. *In Capitis vulneribus* carnes & vinum prohibet. *Fallop. Comm. in Hip. de Vuln. c. 25.* rejicit tanquam inimicissimum in calvariæ fractura & nervorũ vulnerib⁹ *Andr. à Cruce Chir. l. 1. c. 6. f. 23. & l. 3. c. 6. f. 82.* An Vinum Internè qvoq; in Vulnerib⁹?

Adhiberi tamen potest, si virt⁹ imbecillis, ventricul⁹ frigidus, tunc dilutum concedendum, itemq; cùm caro gignitur recens, tunc enim virtutis robur & sanguinis temperies conciliatur. *ib. f. 24.* Consideretur quoq; ægri consuetudo, ætas senilis, frigiditas aëris, cœli, Regionis, corporis exhausti *v. Alphons. Ferrius de Sclopet. Vuln. l. 2. c. 13.*

2. *Ad Ulcera eluenda vinum* Remedium utilissimum, quia ea siccat. *Fumanell. de vini Facult. c. 16.* Hinc *Hippocr.* suo tempore ulcera non nisi vino madefieri passus est, quod roboret partem & suscitet calorem nativum. *Cordæus comm. 6. in l. 1. Hip. de morb. mul. §. 2.* modò pars affecta id permittat. *v. I. Cæs. Benedict. l. 10. Epist. 9.* Vinum austerum frigidum ulceribus conducit refrigerando, & adstringendo. *Hipp. in de Humid. usu §. 10.* quod 2. Ad Ulcera.

Prosp.

Prosp. Martian. Com. f. 104. explicat frigidum reqviri, qvia vinum facilè calorem concipiat, etiamsi frigidum admoveatur, qvod si calidum adhiberetur, g[e]minato calore, ulcera facilè inflammare posset. Vinum ad glutinandum melius & efficacius est melicrato. *Gal. l. 2. de Art. Curat. v. Joh. Tagault. Inst. Chir. l. 2. c. 5:* ubi docet pro ætatis ratione, vinum diversis pollere facultatibus ad curanda ulcera.

3. In Erysipelate. 3. *In Erysipelatis declinatione* Laudatur vini adstringentis fomentum aqva salita permistum, in qvo rosæ incoctæ. *Lel. à Font. conf. 96.*

4. Ad sugillata. 4. *Ad sugillata* & partes verberibus contusas & dilaceratas valet fotus cum Oenolæo hoc est, cum vino & Oleo. *v. Ef. 1. v. 6. & Valles. Phil. sacr. c. 87.*

5. In Virium Imbellicitate. 5, *In Virium imbecillitate* valet, testes vino calido in qvo Cinnam. Caryoph. n. moschat. ebullierin[t], fovere, qvod multum prodesse refert *Nymman. de Apopl. c. 44.*

6. In Catarr. 6. Qui *Catarrhum* queruntur iis prodest Oenolæo hoc est vino Oleo permixtò cum lana intincta præcordia & latera fovere, *Aurelian. 2. Chronic. pass. c. 7.*

7. Ad Procidentiá Ani. 7. *Intestinum elapsum* infrigidatum spongia aq. & vino calido madente fovere jubet *Albucas. l. 2. chir. c. 82. v. M. Aur. Severin. Pyroteohn. Chir. l. 1. v. 3. c. 13.*

8. In

8. *In Podagra* pro corroboratione, laudat *Crat.conf.* 215. pedes mũdare cum spongia intincta in vino rubro styptico, in qvo Sal sit decoctum, aut si portentur caligæ lineæ lotæ in vino cum Sale & siccatæ. Contradicit tamen *Hildan. Cent.6.cur.32.* à vino, *inqvit*, in Arthritide, etiam externis medicamentis admisto, planè abstinendum esse (qvod forsan nullus ante me observavit) certò ut tibi persuadeas velim, dolorem enim reliqvaq; symptomata vehemen tiora fieri ab usu vini à 4. abhinc annis in memetipso, deinceps qvoq; in aliis observavi. *Id. c.6.obs.59.* nervis vinum extra adhibitum est inimicum. *Et c.6.obs.86.* docet ex fomento herb.in vino decoct.in Artritide Lethargum, & mortem subsecutam. 8.in Podagra.

IX. *Vaporatus* diversi fiunt *cum vino, qvales* IX. Vaporatus

1. IN DOLORE OCULORUM & in Tabe oculi vaperandi ex lapide candente in vinum Amin eum conjecto. *Alex.Bened.l.3.cap.6.& 31. Heurn.de Morb.ocul.c.4. Plater.T.1.Prax.p.*282. externè enim vinum adhibitum in oculorum offuscatione, non parùm juvat cùm externè ingentem vim habeat refrigerandi, siccandi & corroborandi. *Mercur.T.3.conf.16.* In Dolore Oculorũ.

2. IN DYSENTERIA vaporè ferri scoria in vinum austerum injectâ, elatus, dysentericis utilissimus, receptus eum in modum quem In Dysenteriâ.

tradit *Jacob. Sylvius Prax. Zecchius* qvoqve *consf.37.* eundem vaporatum laudat, præcipuè si manus & pedes qvoq. vino foveantur, item cataplasma ex pane medio tosto vinoqve rubro austero extincto, addito butyr. ol. mastich cum mastich. pulv: ventri admoveatur.

Plurimos *ex vino vaporatus* ex *Hippocrate* collegit *Matth. Pinus in Compendio Hippocratico*, & *M. Aur. Severin. l. 1. Pyrotechn. part. 3. c. 25.* Tandem *X. Lodices vino rubro* styptico immergit, exprimit, iis universum corpus involvit *Hartm. in Prax. p. 149.* ita sudor mirificè promovetur in Lecto absq; ulteriori membrorum conqvassatione, in iis qvi *casum ab alto* experti sunt.

CAPUT VIII.

DE PRÆCIPUIS VINORUM DIFFERENTIIS.

Vinorum differentiæ.

POstqvam hactenus *Vini Usum* ex optimis Authoribus delibavimus, nunc *in specie Vinorum*, qvorum sparsim mentio facta fuit, accuratior habenda est consideratio, utpote ex qvâ plenaria Vini utilitas & modus exhibendi patefiet.

Vini Differentia sumitur *vel qvæ per se* agunt,

agunt; vinoq; insunt secundùm naturam & petuntur 1. *ab Essentia.* 2. *à Colore.* 3. *Odore.* 4. *Sapore.* 5. *à Virtute* 6. *à consistentia.* vel *per se non agunt*, & desumuntur ex *Accidenti ab Ætate*, & *Loco natali.* De qvibus nunc sigillatim.

ARTICULUS I. Vinorum Differentiae Secundum Naturam.

§.I.

VINI DIFFERENTIA I. ab Essentia.

Diff. ab Essentia.

Vini Essentia exhibet Vinum *Simplex*, vel *Compositum*.

Vinum Simplex.

Simplex Vinum rursus *vel natura simplicissimum* est, &, ut matre crearum, cui reliqvæ propriè competunt differentiæ; *vel arte, aliis* virtutibus impraegnatum, qvalia *vina simplicissima* quidem, qvæ tamen habent facultatem Theriacalem, Purgantem, Somnificam, dum Viti variæ implantantur, aut affunduntur, undè vinum expressum easdem post vires retinet. v. *Mizald. singul. tract. de hac arte Lutet. edit. 1564. cap. 11.* Dicitur vinum *simplex*, *Merum*, *Meracum*, *purum putum*. Ital. *Schietto*, Gallis *Vin. Clair. Virg. 2. G. 192.* vocat laticem, qualem pateris libamus & auro, qvia vinum merum in sacrificiis usitatum erat ad notandam mentem puram. *Taubm. comm.* & supra.

Vinũ Cõpositnm. *Compoſitum* fit additione *vel cum certis ſpeciebus*, *vel additione Lignorum*. Priora vocantur *Vina Medicata*, poſteriora *Diluta*.

I. Vina Medicata. I. Vina Medicata.

Vina Medicata Antiqvis *Propomata* dicta fuiſſe, narrat *Foreſt. l. 10. obſ. 59. & Mercurial. 1. Var. Lect. 7.* qvamvis *Æginet. 7, 15.* ſpeciali nomine mulſum eo nomine indigitet; illaq; jejunis exhibita *ſupra cap. 5 hujus ſect.* notatũ.

Ex Reno. *Parantur* ex variis rebus deſumtis *ex Regno*.

I. Minerali. 1. *Minerali*, ſic docet *Poter. l. 1. Ph. Spag. ſ. 3. p. 33.* quomodo parentur Vina *per* 🜍 ♎*t. per Balſ.* ⊕. *cum* ☿. ad Lumbricos, per ♄ *Tinct.* itemq; *per* ♄ *crudum.* Notat rectè *P. J. Faber Hydrograph. Spag. l. 2. c. 7.* Aqvam non poſſe imbibere ♄ crudum, niſi addito vino, vinum ſolum ſuo volatili ⊖e virtutes ♄ attrahere, & ſibi communicare. Qvidam dolia vini *Tinctura* ♄ *Rogeriana* alterant, & ſingulis menſibus de eo capiunt ad conſervandam valetudinem. *Freitag. l. 4. Auror. Med. c. 19. Toolde in de Secr.* ♄. *p. 1. p. 386. Tinct. ex flor.* ♄. 🜄 extr. ad ℥ß. muſto injectam ut ſimul deferveſcant, commendat ad Catarrhum, calculum Renum, & veſicæ, vinum inde potum. v. *etiam Penot. de Medic. Chym. p. 75.* Ex *Metallis* vina medicata per eorum Tinct. & Eſſentias, parare docet *Poter. l. a. p. 35.* qvamvis ſint minùs uſita-

ufitata: *plerumq;* tantum *ex* ♂ fiunt, qualia exempla habentur apud *Pravot. in Medic. Pauper. p. 296. Freitag. Auror. Med. l. 1. c. 12. p. 68. Ang. Sal. in 7. Planet. ſpag. Recenſ. p. 63. ſeq. Poter. l. a. c. 4. & Dn. D. Elias Schmidt Pract. Schvvinfurt. CollegaCurioſus ſuaviſſimus* in ſuo *de Ferro tractatu*, & cum *Magiſt.* ♂. *Mynſicht. ſ. 1. Armam. Chym. p. 20.*

II. *Cum Herbis & Fructibus, Radicibus ex Regno Vegetabili: vel cum Aromatib9, vel cum Ungventis*, parantur *Vina Medicata.* II. Vegetabili.

1. *Cum Herbis, Radicibusq;* variis parantur modis, & qvidem *vel ex muſto, vel ex vino* jam *defæcato.* 1. Cum Herbis Radicibusq;.

Ex *Muſto*, cum medicæ ſpecies ſiccæ in dolium parvum muſti plenum conjiciuntur, ubi muſtum deferbuit, & vinum defæcatum ac clarum redditũ fuerit, tranſvaſatur, atq; ad uſus reſervatur, fervore etenim muſti partes medicamẽtoſæ optimè extrahuntur. *Qvidam* expreſſis uvis vinacea adjungunt muſto & ſpeciebus medicatis, pro excitandâ majori ebullitione. *Angel. Victor. conſ. 22.. Qvidam. notante Ant.* Mizald. *in tr. de Vin.* Medic. *c. 1. p. 36.* Medicas materias cum duodecupla qvantitate racemorum alborum vel nigrorum miſcent, confundunt, vindemiæ more calcant, hinc fit efferveſcentia & coctio, qvæ permittitur, donec vinum fiat defœcatum. *Qvidam* juſtæ

Modus parandi Vina Medicata.

1. Ex Muſto.

1.

2.

3.

justæ quantitati musti species (& qvod melius, si prius sacculo inclusæ in musto macerentur) incoqvunt ad consumtionem tertiæ, frigefactum per vimineum colatorium transmittunt, & alteri musto miscent, ut deferveat simul. Id. *Mizald. c.1.& 2.* Peracto fermentationis fervore, cum secundo mense illorum usus esse potest, vina elutrianda sunt medicata, ne fæces in vappam vinum exaniment. *v. Heurn. Meth. ad Pr. l.2. c.3. p.89.*

2. cum vino defoecato Ex *Vino jam defæcato* dum aut species concisæ sacculo inclusæ è sindone, affuso Vino macerantur, aut vinum fit extemporaneum additione aliqvot guttul. *vel Essentiæ Vegetabilis* qvam adhibere volupe est, E. G. Essent. Absinth. Centaur. min. &c, *vel Spiritus*, vel *Elæosacch.* E. G. cum Elæos. Citri, Cinnam. (meliùs namq; vino unitur qvam per se Ol. destillat. infusum) vel *Magister.* impropriè dicti, qvomodo per *Magister. Cochlear. viride* Scorbuticis vinum cochleariæ extemporaneâ præparatione salubertimum alma Chymia parare docuit, *vel* deniq; *per fermentata* vino addita, qvem modum invenit & describit *Angel. Sala in Saccharo l. s. 2. cap.10. p. 171.*

1. 2.

3. 4.

5.

6.

Plures modi videri possunt apud *Mizald. l. a. Euonym. in Thes. p. 542. VVecker. in Antidotar.*

dotar. Spec. l.2. ſ.6. Guibert. in Med. off. p.670. ſeq. Arnold. de Villenova libr. de vinis Medic. in oper. à f. 590. usq. 602. Mercat. de Indicat. l.1. p.179. Claudin. app. de ingreſſ. ad Infirmos ſ.5. Quercet. Pharmac. Dogmat. c.13. Sennert. in Inſt. Med. 5,3, 3,4. & præcipuè *I. B. Merzius in Oenopolio ſuo*, ubi ex profeſſo de vinis medicatis agit, plurima qvoq; vina recenſent *Dioſcorides l.5. à c.27. ſeq. Geoponici Authores.* & in ſpecie *Dn. D. Joh. Mich. Febr.* *Collega Curioſus amiciſſimus* in ſua *Hierâ Pierâ*, ſeu *de Abſinthio tractatu* melleo non felleo.

In Specie uſitatiora *ex fructibus & herbis vina medicata* ſunt ſeqventia: In Specie vina Medicata.

1. PURGANTIA ſolum, & quidem

Simplicia cum unum purgans infunditur, ut ſunt *Vinum Sennatum. v: Mizald. in de vin. Medic. Ed. Pariſ. p.81. Sambucinum* ex ſemine, Hydragogum. *Frambeſar. in Ambroſiop. p.216. Scammonites Dioſc. 5,45. Ebulatū Arnold. Villanov. de vinis, de Rhabarbaro* ſimplex *Merz. in Oenop. c.12. p.33. Roſarum pallidarum. Quercet. Ph. Dogmat. c.13. p.311.* ubi qvoq; Vinum *Hermodactyl. Turbith. Helleborat.* 1. Purgantia. 1. Simplicia.

Compoſita. cum plura purgantia infunduntur, qvale *Vinum Purgans Catholicum Querc. l. a. p.309.* Vinum *mundificativum Salæ in de Gal. & Chym. Error. l.2. p.41.* & plurima *Merz.* 2. Compoſita.

Oenop. cap. 12. Dos. purgant. ℥iij. *Heurn.* M. *ad Pr. l. 2. cap. 20.*

2. Purgantia & Alterantia simul. 2. *Purgantia & Alterantia simul* qvæ in speciè *Noduli, & Sacculi*, qvod species nodulo includantur, vocantur, & parantur ex appropriatis aperientibus, ex affectæ partis specificis, & purgantibus, humori peccanti convenientibus, hæc vina admodùm laudat *Cl. Sebiz. in de Purgant. usu disp. 9. §. 1.* qvod per ἐπίκρασιν corpus evacuetur & beneficio vini ad remotissimas corporis partes vis medicamenti deferatur, indicat qvoq; ibidem legitimum utendi tempus. *Exempla passim obvia*, & plurima collegit Merz. *l. a. c. 12. p. 34. seq.*

3. Alterantia Cephalica. 3. *Alterantia*, ex qvibus.

Cephalica ad Capitis & Cerebri Affectus.

Simplicia. Simplicia: Acori, Angelicæ, Anthosatum, Betonic. Meliss. fl. Paralys. *Tragus in Herbar.* Pseudo-nardinum. Merz. *Oenop. cap. 14. p. 40.* Sampsuchinum. *ib. p. 41.* Salv. ex flor. Solseqvii qvod *P. à Castro in* Ms. *Praxi* ad Paralysin mirè laudat. Vinum in qvo coctus muscus pyri. *Heurn.* M. *ad tr. 2. 7. p. 133.*

Composita. *Composita* plurima habentur in Practicorũ libris. Selectiora sunt

Vinum Antiepilepticum Querc. in Ph. Dogm. c. 13. p. 315.

Vinum ad Memoriam. *Zacut. Prax. Hist. l. 1. c. 9. obs. 2. f. 219.*

Vinum

Vinum Cephalicum Jacobi Sylvii Merz. *l.a.c. 14. p. 42.* item *Allioticum cephalicum* Isotheum *ib. p. 43.* antiparalyticum Ortolffi. *ib.* aliaq; *à p. 43. usq; 51.*

Vinum Catarrhale D. *Grüling. in mss. Praxi*: ℞. Rad. Ireos Flor. ℥iij. Enul. ʒvj. glycyrrh. ℥ß. herb. Salv. majoran. aā. ʒij. sem anis. fœnic. aā. ℥iij. Siliquar. ℥j. flor. borrag. ℥j. Lign. sassafr. ℥j. incide & contunde pro mensura vini. *Aliud. Hartm. in Prax. p. 92.*

Vinum Antiparalyticū D. *Petri Castri in ej. mss. Praxi* tale est: ℞. Rad. Cannæ montan. ℔. iij. Chin. elect. ℥jv. Lign. Guajac. Sassafr. Sarsapar. aā. ℔. ß. Lentisc. Orient. de Scio, Visc. querc. aā. ℔. j. fol. hyperic. fol. Amarac. Chamędr. Chamęp. aā. m. ij. fl. lil. Convall. Calend. Anthos Stæchad. Lavend. aā. p. ij. & si æger calidæ naturæ fuerit, adde Santal. omnium ℥ij. Flor. Rof. Cichor. aā. p. jv. sem. coriandr. ℔. ℥. m. minutim concisa. Tēpore vindemiarum seligantur Uvæ benè maturæ nigræ, quæ non sint granis albis mixtæ, contundantur & pro uno mastello Uvarum sufficiant præscriptæ species, pôst commisceantur cum Uvis, relinqvantur & ebulliant cum vino per 15. ♀. qvib⁹ peractis, extrahatur vinū & in dolio servetur, donec deponat fæces. Relictis Uvis addatur Aq. cū aliis Uvis in minore qvantitate, & extrahatur vinum secundariū pro potu ordinario. *Ophtha-*

Oph-thal-mica *Ophthalmica* ad Oculorum vitia

Simpli-cia *Simplicia:* Vinum *Eufras.fœnic.* Fol. pimpi-nell.& Formentill.qvod posterius valdè laudat *P.Hispan.in Thes.Paup.c.12.p.24.*

Com-posita. *Composita*, qvorum IV. recenset *Merzius Oenop.c.14.p.52.* necincommodum seqvens, qvo *D.Joh. Michael Prof.Lips.* utitur, qvod ℞. Eufras.m. jv. chelidon. maj. M. iij. verben.m. jß. fl. beton.m. j rad. Valerian.℥jv.sem.fœnic. ℥iij.m. incid.pro spec.ad Vinum Ophthalm.

Acusti-ca. *Acustica* ad Aures, qvale vinum pro surdastris habet *Merz.l.a.p.53.*

Pecto-ralia. *Pectoralia.* ad Pectoris & Pulmonum morbos.

Simpli-cia. *Simplicia*; Vinum Helenites (in cujus præp. parum rad. Irid. Flor.addunt) Tussilag.Hyssop.Scabios.Heder.terr. Marrub Borrytes,Passulatum & Caryophyllatum ad senum tussim commendat *Heurn. M.Prax.l.2. c.8.p.141.*

Com-posita. *Composita* 4. habet *Merz. l. a. c.15.p.57. usq. 59.* ad Asthma. *Baricell. Thes.Secret.§.213.*

Cordi-alia. *Cordialia* ad Cordis Affectus & qvidem

Simpli-cia. *Simplicia:* Vinum Borrag. Bugloss.Meliss. Cort. citr. ceras. acid. è bacc. rubi Idæi commendat *Neucranz.de Purpur.c.28.p.445.*

Com-posita. *Composita 7.* habet *Merz.l.a.c.16. p.61.seq.* nec inconveniens Vinum Cordiacum Cl.

Guein.

Guern. Rolfincki Prof. Jenens. in Collegio Therap. mss. qvod ℞. Herb. card. bened. helen. Sav. Rorism. scord. veron. añ. m. ß. flor. Tormentill. spic. hyperic. aã. p. v. borrag. buglofs. añ. p. iij. rad. vincetox. Succis. ostrut. añ. ℨij rhapontic. ver. ℨß. Zedoar. Cardamom. aã. ℨj. Rasur. Ebor. in petia ligati ℨiij. Mumiæ veræ ℨj. concisis affunde vinum, qvod tempore contagij valet.

Stomachica qvæ ad Affectus ventriculi & intestinorum valent, suntq; Stomachica.

Simplicia Absinthites, Hormin. Gnaphal. Prunor. Silv. Cydonites, ex Rad. Alceæ qvod *Ruland.* ad alvi fluxum stiendum laudat. *Merz. l. a. p. 70.* & ex hyperico ad Dysenteriam. *P. Hispan. Thes. Paup. c. 29.* Vinum Sambucin. è bacc. sambuc. v. *Blochvvitz. de Sambuc. s. 2. c. 1. p. 18.* item è Floribus. *ib. c. 2. §. 5.* Vinum *Raspatitium.* Reppis de *qvo supra c. 4.* item *VVecker. Antidot. special. l. 2. s. 6. p. 518. Euonym. Thes. Secret. 1. 554. & 571.* qvod adstringit, indeq; corpori medetur ob calorem dissoluto, potissimum æstate, cholericis & sangvineis utile. Stomachicum qvoq; *Oenanthinum* ex Uva immatura silv. Vitis Simplicia.

Composita. Vinum Zedoar. Comp. habet *Querc. Ph. Dogm. c. 53. p. 315.* Stypticum in Diarrhæa. *Rod. à Castro l. 2. de Morb. Mul. s. 3. c. 18.* antipneu- Composita.

tipnevmaticum in Colica *Epiph. Ferd. hist. 38.* Ultra 18. stomachica recenset *Merz. in Oenopol. c. 18.* composita. Quæ autem cum Aromatibus præparantur sub *Claretorum* nomine veniunt, de qvibus infra.

Hepatica & Splenetica. *Hepatica & splenetica*, & quidem

Simplicia. *Simplicia* Chamędrites, Eupatorites, Agrimon. Agerat. Santal. Epithym. Tamaric. Fraxin. cort. Veron. Centaur. min. Scolopendr. seu hemionitidos, Cochl. Nasturt. Ex Salice laudat *P. Hispanus Thes. Paup. c. 39.*

Composita. *Composita* habentur passim, plurima collegit *Merz. l. a. c. 19. & 20.* è Rhapont. comp. ad Affectionem Hepaticam annotavit *Zacut. l. 8. Pr. Hist. c. 15. Obs. 1.* Pertinent huc Vina ♂al. & Cachectica, qvale seqvens, qvod *Cl. D. Knæffel, Regis Poloniæ Archiater*, in usu habuit ex rad. Eryng. Enul. aā, ℥v. Cinnam. ℥vj. caryophyl. ʒij. spic. nard. ʒiij, Ras. Ebor. C.C. philos. præp. macis aā. ℥v. Ceterach, fl. genist. Anthos. Epithym. aā. p. j. spec. Diatr. santal. ℥ß. gran. junip. ʒij. limat. ♂. rubiginos. à sordib9 purgatæ ℔. 8. vini albi ℔. *viij*. Sacch. ℥*viij*. digere absq; △ per S. ♀. bis in die agitando, post coletur & vinum servetur.

Nephritica. Nephritica, ad dolores Lumborum & à Calculo præservantia, natumq; expellentia sunt vel

Sim-

SIMPLICIA, Vinum Alkekengi,Eryng.Heder. terr.Ononid.Saxifrag. Rad. Gramin.petrof.raphan, marin. Simplicia.

COMPOSITA habet *Merz.l.a.c.21. Quercet. Ph. Dogm.cap.13.p.307. Unzer. l.2.de nephrit. p.276.* Composita.

HYSTERICA pro diversis Mulierum morbis ad sistendos, ut & ad movendos menses, ad suffocationes, ad sterilitatem, &c. Hysterica.

SIMPLICIA sunt vinum Anthos, Salv. Rad. Aristol. Simplicia.

COMPOSITA vinum Lentiscinum in fluore muliebri commendat *Fonsec.T.2. cons.52.* Vinum ad movendos menses habet *Zacut. l.9. Prax.c.01.* pro sterilitate emendanda *D.Petr. Castro in mss. Praxi* seqvens Vinum extollit: ℞. Lign.Lentiscin. ℔.j. sassafr. rad. sarsaparill. añ. ℥vj. Chin. ℥jß. Rhod. Lign. visc. q. aã. ℥jv. fol.beton.Chamædr. Calend.Chamæp.añ.m. v. coriandr. præp. ℔. j. hæ sunt species pro 4.aut 5. mustellis vini, ubi conscissæ F.cum Uvis conqvassatis s.s.s. stent ita simul in digestione ut ferveant, pòst inde in vas vinum & si qvando aliqvid consumitur novum affundatur vinum. Si extra tempus vindemiarum ℞. spec. supradictar. part. 3. incide grosso modo, & in uno alterove secchio vini bulliant, facta expresſione, vinum calidum immitatur dolio, eoqve re- Composita.

fri-

frigrato affunde aliud vinum, ut impleatur, residuum lignorum abjectis herbis indantur sacculo oblongo, & in vas per superius foramen suspendantur.

Arthritica. *Arthritica* ad præservationem ab Arthritide.

Simplicia. *Simplicia* Vinum Chamædr. Chamæp. Salv. fl. Anthos.

Composita. *Composita* videantur apud *Merz. Oenop. c. 23. Fonsec. T. 2. cons. 35. Vinum Sanctum Phil. Mulleri in Myster. Medic. l. 5. p. 182.* nec inconveniens seqvens, quod ℞. Fol. Chamædr. Chamæp. summit. Salv. aā. ℔. jß. fl. primul. Ver. Anthos, Lil. Convall. an. ℔. ß. Rasur. Lign. Guajac, ℥viij. visc. q. ℔. ß. rad. Chin. ℥iij. caryophyllat. ℥jv. vini musti mens. LXXX. pone ad fervescentiam ut deferveant.

Alexipharmaca. *Alexipharmaca* tempore contagii saluberrima, sunt vel

Simplicia. *Simplicia*, Vinum Angelic. Zedoar. Rut. Card. Bened.

Composita. *Composita* sunt plurima qvalia habet *Merz. Oenopol. c. 17. p. 64.* Vinum Angelic. Diaphoreticum, Argyrophorum, Card. Bened. Panæretum, &c. *D. Rezerus Med. Vienn.* seqvens in usu habuit, qvod ℞. Flor. sambuc. card. bened. cum sem. & fl. rut. cum sem. & flor. aā. m. jv. bacc. junip. contus. leniter ℔. jv. Dictamn. Cret.

Cret. ℥iv. Red. angelic. Zedoar. Anthor. Imperat. galang. aā. ʒiij herb. centaur. m. ij. incid. ad ohmam vini. *Vinum Theriacale Münderer.* v. *in ejus tr. de Peste c.20.p.385.*

Traumatica Vina in vulneratis; exempla apud *Merz. Oenop.c.27.* Traumatica.

Ad *Veneficia* Vinum ex Aqvilegia commendatur præcipuè pro iis, qvib⁹ Venus per veneficia sublata est. *Merz. l. a. c.21. p.90.* Ad Veneficia.

Harsdörff. T.3. Recreat. Math.p.9.§.28. Vina medicata reliqvis præfert, qvæ parantur dū ex vini boni mens.3. destillatur. mens.j. qvæ superfunditur herbæ pro lubitu, digeritur per 14. dies & rurs9 destillatur, qvi Spiritus optimum exhibet vinum medicatum : *Mizald. in de Medic. artific. p.36.* de *Vinis Medicatis* ita inqvit: rectè ac prudenter solertes Medici factitia Vina excogitârūt, qvæ facultates impressorum illis Medicamentorum celeriter ac jucundè toti corpori, essentiæ tenuitate, ac familiaritate distribuerent, & à variis affectibus illud oportunè liberarent, absq; noxa, tædio, ac nausea. *In genere* notandum, Vina medicata cum vim remedii habeant, instar remedii, parcè esse usurpanda, ne unum haustum excedant, & præcipuè tempore prandii. *Hofmann. Cons. Scholz. 113.* Us9 Vinorum Medicatorum.

2. CUM

a. Vina Medicata cum Aromatibus. 2. *Cum Aromatibus* qvoq; *Vina medicata* parantur, cujus generis Plurima quæ solo præparandi modo discrepant. Vocantur.

1. Hippocratica. α. *Vina Hippocratica*, Veteribus etiam cognita, ut patet ex Antiqvo Medico *Sorano in Isag. Art. Med. c. 20.* tale vinum describente nomen accepit à transcolando per instrumentum, quod manicam Hippocratis vocant. Belgis dicitur *Sponsæ Lachryma*, quia exhiberi solet venientibus gratulatum Spõsæ. *Lindan. l. 1. Select. Med. ex 10. §. 223.* Ad ejus præparationem *Porta 14. Mag. Nat. 11, §.* reliquis vinis, si haberi potest, vinum Mangiaguerra præfert. Quomodo hodie in Gallia paretur *v. Guibert. in Med. offic. p. 256.* Hispanorum componendi modum narrat. *Vega l. 2. Art. Med. f. 3. c. 2 p. 235.* ex vino nigro plerumq; parant. Hodie Hispanos *Vinum Hippocraticum* parare ex ℔. jv. Vini generosi cui Cinnã. Piper. caryophyl. aã, ℥ß. n. moschat. n. ij. anis. ℥j. Sacch. ℔. ß. infundũt & post colant, testatur *Caldera in Tribunal. Magic. Med. T. 1. tr. de pot. f. 2. c. 7.* ubi quoq; Hypochondriacis ejus Usum dissvadet, *Argentoratenses* sumunt pro vini Hipp. mens. vj. Zing ℔. jß. caryophyll. ℔. j. n. moschat. ℥iv. galang. cardam. aã. ℥iij. *Zvvölff. in Ph. Ref. f. 153.* ratione ingredientiũ eò svavius fieri judicat Vinum Hippocrat. qvo Cinnam. major sit qvantitas cum indè omnis

omnis pendeat ſvavitas, poſt cardam. hinc caryophyll. piper.. galang. ZZ. grana parad. quæ copiosè addita fauces adurunt ſine aliqua ſvavitate. Stomacho frigido corrigendo valent. *B. Clareta* quæ ab Hippocraticis differre vult *Ryff. in Apoth. Germ. part. 1. c. 8. §. 12.* quod Claretum melle Hippocraticum ſaccharo condiatur, illud per crocum flavum plerumque reddatur, hoc rubrum, dum infundantur ſpecies vino rubro naturali, non arte rubefacto. Sæpius promiſcuè unum pro altero ſumitur. Parantur dùm aromata & ſemina grati ſaporis & odoris vino infunduntur, & poſtea dulcorantur. Sunt alia 2. Clareta.

1. *Purgantia*, quale *Claretum Paſſulatum Laxativum* apud *Mynſicht. ſ. 22. p. 350. Abſinthiacum Laxativum. ib. p. 351. Rhabarbaratum. ib. p. 352. Claretum Antiepil. Laxat. Th. Eraſti in part. 4. Diſput. AntiParac. p. 119. ſale vomitiv. Angel. Sala Anat. ſ p. 2. c. 4.* alia habet *Grüling. Florileg. Med. p. 5. c. 15. p. 113. Frambeſar.* vocat *Nectar*, & in *Ambroſiop.* parat *Nectar Cholagogū, p. 206. Melanogogum, p. 210. Phlegmagogum. p. 213.* 1. Purgantia

2. *Alterantia*, quæ communiter Hiſpani parant ex vini alb. p. X. mell. p. j. cinnam. caryophyll. & ZZ. *Vega l. a. p. 255.* quidam prius Tincturam parant, cum quâ extemporane- 2. Alterantia. Tinctu

ta pro claretis um fieri poteſt Claretum. ℞. flaved. cort. citr. ab albed. liberat. ʒvj. Cinnam. el. ℥ß. caryoph. macis aã. ʒiij. ZZ. ʒjß. piper. long. ℈ij. gran. parad. cubeb. cardamom. aã. ʒj. croc. Or. opt. ℈j. infunde in ſ. q. vin. Rhen. Spir. optimi in loco calido per 3. vel 4. ♀ pòſt filtra, & ſerva. Tempore uſus ℞. vini Rhenan. opt. ℔. jv. *Tinct. pro Claret.* ℥jß. *vel ij* Sacchar. opt. ℔. *j.* filtra per manicam, fit Claretum. Aliam *Tinct. pro Clareto* extemporaneo, deſcribit *Heurn. Meth. vel Pr. l. 1. p. 18.*

In Specie. *In Specie Clareta* variis morbis frigidis accommodantur.

Claretū corroborans *Claretum corroborans facultates* principes habet *Quercet. Ph. Dogm. 13. p. 314.*

Cephalica. *Cephalica* ad memoriam. *Sennert. Inst. 3. 3. 4. p. 1339. antiepilepticum Sennert. l. 1. Prax. p. 2. ſ. 31.* Moſchatum *Mynſicht. Armam. p. 357.*

Ad exſiccandos catarrhos ſequens utilisſimum. ℞. Lign. ſaſſafr. ℥iß. viſc. querc. ℥ß. ſantal. citr. rubr. aã. ʒiß. Xylal. ʒi. fl. anthos, primul. ver. ſalv. aã. p. *j.* cardam. ʒi. cubeb. ℈i. pulv. aſperge Sp. ⊕ volat. cephalic. ℈*ij.* affunde ſ. q. vin. Rhenan. adde Sacch. alb. ℥iij. ſtent. in infuſione in loco calido, pòſt cola per manicam.

Thoracica. *Ad vitia pectoris, Claretum Juniperinum & Aniſatum* deſcribit *Mynſicht. in Armam. p. 355.*

Ad

Ad *Affectus Stomachi*, eiusque imbecillitates *Claretum Neudeck r. in Gerocomico* præprimis laudat. Parari poteſt hoc modo: ℞. herb. menth. criſp. m. j. rad. calami aromat. ℥ß. cinnam. ʒvi. coriandr. præp. ʒij. macis, caryophyll. aā. ʒiß. cardam. cubeb. gran. parad. aā. ʒi. Zing. ℈ij. piper. ℈j. infunde in ſ. q. vini Rhen. per ʒ. ♀. poſt cola; & cum ſ. q. ſacchari edulcora. Stomachica.

Ad *Affectus Hepatis* hoc *Claretum* utiliſſimum eſt: ℞ Herb. Agrimon. fol. Cichor. aā. m. j. Flor. Cichor. Epat. nob. aā. p. ij. Paſſul. min. ℥j. Rhabarb. Monach. ℥jß. Rad. Cichor. Scorzon. aā. ℥i. macera in MB. in vitro clauſo cum ſ. q. vini Rhen. opt. ebulliant parum, edulcora; & aliquoties trajice per manicam. Doſ. ℥iij. Hepatica.

Ad *Hepatis Obſtructiones D. Joh. Mich. Claretum*: ℞. Extract. ♂. cum ſucco Citri parat. ℥ß. vini malvat. ℔. ij. Spec. Diarrh. Abb. ʒij. digere in vitro, movendo aliquoties, ac clarificando.

In Affectibus Lienis Claretum Hippocratic. ſingulare deſcribit *Heurn. Meth. ad Prax. l. 2. c. 10. p. 157.* In Affectibus Lienis.

In morbo Virgineo: ℞. Extract. ♂. prædicti ℥j. Caſſ. Lign. ʒii. Cinnam. ʒj. Anthophyll. ℈iijß. vini malvat. ℔. ij. digere per triduum in loco calido, In morbo virgineo.

calido, filtra. Datur ℥j. ad iij. 6. vel 5. diebus ante novilunium.

Histeri ca. *Ad Uterum corroborandum Claretum* fit ex herb. Melis. Rorismar. añ M. j fl Anthos, salv. lavend. añ p ij. matricis Leporis vel Cervæ n. j. cass. lign. ʒiii Anthophyll. ʒii n. moschat. n. i. infunde in s. q. vini Malvat. digere per 3. ♀ post addito sacch. q. s. cola per manicam. Addi potest *Extract. matricis Cervæ* quod rubicundissimum & in sterilitate utilissimum elaborare antehac feliciter tentavi.

Vinum Luteranum. γ *Luteranum Vinum*, Lautertranck / quia vinum cum aromatibus infusum, non coloratur ut in Clareto & Hippocrat. fit ex ZZ. ℥ß. cardam. ʒi. Sacch. ℔ ß. vini mens. i. cola per manicam, valet contra inflationes ventriculi, Syncopen â bile ortam & hydropem, prodest prægnantibus. *Rod. à Castro p 2. de Morb. Mul. l. 3. s. 2. c. 6.* nocet tamen in febribus, nervis articulis & fluxionibus nimiis mensium & sangvinis infestatis.

4. Mohrolff. δ. Species *Clareti* in Alsatia Mohrolff quod notante *D. Melch. Sebizio* in prælect. mss. paratur dum musti amphor seu Ohmas 2. decoq ad dimidium, addunt Cinnam. ℥ii. ZZ. ℥i. caryophyll. ℥ß. gran. parad ʒvi. piper. long. ʒii. cardamom. ʒiii. n Moschat. ʒii. macis, galang. aã. ʒi. omnia crasso modo incidunrur, species

species sacculo includunt, vinum autem decoctum rubris acinis frigefactum suprafundunt, & cum speciebus in sacculo in dolio relinqvunt; est potens, rubrum, crassum, dulce, steriles optimè juvat.

5. *Vinum Malvaticum factitium* quod præcipuè cū aromatibus, & melle, paratur. v. *Evonym. Thes. p. 573. VVecker. de secret. l. 5. c. 7.* 5. Malvaticū factitiū

6. Pertinet huc quoqve *Anglorum potus* in *India Orientali Poleponze* dictus, de *quo infra in speciali Vinor. Historia* ex cinnam. 1. mosch. aq. Ros. & Arax seu vini Spiritu, quem frigidè bibunt. 6. Vinū Peloponze.

7. Tandem *Vinum suffocatum*, *Vin Brulé* vulgò dictum Anglis & Belgis familiaris potus quem parant immittendo, Cinamom. aliasque species aromaticas cantharo vino Gallico ♀ato repleto, fervefaciunt ad ignem, accendunt ut ♀ deflagret, & calidum jejuni ebibunt. Tale vinum An. 1649. cùm Bruxellis Colica, & ex spirituum resolutione Lipothymiâ, ex confecto velocissimo itinere laborarem, optatam mihi citò attulit salutem. 7. Vinū suffocatū Vin Brusle

3. *Vina medicata cum Ungventis*, quod apud Antiquos non infrequens. Hoc potionis genus duplex. 3. Vina medicata cum Ungvētis.

1. *Murrhinum*, vinum Myrites ab Ungvento μύρον, quod à myrrhato distingvit *Barthol. de* 1. Murrhinum Myrites.

de Cruc. Christ. hypomn. 2. §. 3. vel enim Unguentum in ipsa compotatione admiscebāt, vel ante sic paratum habebant. *Taubm. Comm. ad Plaut. Mil. G.* 3, 2. 11. vinum *Nardinum*, hoc est quod vel nardo, vel nardino Ungvento conditum. *V. Turneb*, 2. *Adv* 29. *Mart.* 14, 110. vocat folia tam sitim, quia Foliata suntUngv. nardina. De his *Juven.* 6. *v.* 303.

Nardinum.

-- perfusa mero spumant Vngvento Falerno.

Murrhina vina dulcibus, *myrrhata* amaris annumerata. Qualia Ungventa fuerint assumta testatur *Athen.* 15, 12. & de hoc more *Plin.* 13, 3. *Ælian. Hist. var.* 12. 31. quod Tarentinis usitatissimum, unde à Sidon. uncta Tarentus dicitur. *V. Joh. Juven. de Antiq. Tarent.* 2, 2, non aliter ac Frisii birà Hamburgensi cum butyro thermopotant gutturem. *Lindan. Select. Med. l.* 1. *ex* 10. *§.* 165. Dicta etiam hæc *Vina murrhina à vasis murrhinis* (quænam ea fuerint latiùs describit *Nic. Guibert. in tr. de murrh. c.* 5. & 10.) odoriferis, Gallis, les vases de Cassidoine, *Grangæus Com. ad Juv.* 6. 155. *p.* 209. & de quibus *Pap. Stat.* 3. *Sylv.* 4, 58. myrrhasq; graves crystallaq; potat, hoc est, murrhina; Cùm enim vinum calidum in ea infundebatur, saporem ac odorem quendam ex illis mirificum extrahebat, ex quâ præ cæteris svavissimus potus: itaque odor ex vase, svavitas

tas ex aromatibus vino commistis. Sic Græci & Ægyptii in Symposiis adhibebant pocula ex a gilla cum aromatibus ficta, quales ollæ Rhodiæ apud *Leonicen. 3 Var. Hist. c. 93.* & adhuc Inferioris Germaniæ incolæ, quibus vasa lignea, Resina Cinnam. caryophyll. ZZ. illinuntur, ut potores cerevisia sapidiori se invitent, qualia pocula Saxonum, vulgo Birckemeyer è caudice ut plurimum Aceris nondũ dedolato, *Rhod. not. id Largum* §. *135. Caldera T. 1. Tribun. Mag. Med. f. 2. c. 7.* testatur se vidisse myrrhina ex Benzoino, ex India in Hispanias asportata parem vino odorem & svavitem conciliantia,

2. *Myrrathũ*, hoc est, myrrhâ Arboris Troglodyt. Lachruma, vinum conditũ quod quidem *Guibert. tr. de murrh. c. 2. p. 10. usq. 24.* pernegat: *Lindan. tamen l. a. ex 10.* §. *153.* docet modum ex *Cassiano Basso* in *Geopon. 8, 24.* qvod conditum fuerit ex myrrha, ℈vj. Cassiæ ℈xii. nard. piper. aã. ℈iv. Costi ℈xii. mell. sextar. *6.* vini sext. 24. mistum ex positum soli sub Caniculæ ortum ad dies 14. amasse enim eos qnandam dulcamaram potionem, non aliter ac Frisios, qui adeò delectentur vino absinthite ut in uno diversorio Leovardiæ supra 50. cadi uno anno eius consumti fuerint, cadus verò quisque habet Amphoras 80. Am- 2. Myrrahtũ.

phora ℔. viii. seu §96. *Id. Lindan. l. a. §. 139.* Imò vina myrrhâ condita fuisse, ut ætatem ferrent *Bartholin. de Cruc. Christ. Hypomn. 2. §. 4.* nam ex myrrha cadavera conservantur. Nec adeò injucunda fuere vina myrrhata, nam veterum Myrrha quam Diosc. describit cum usuali nostra in nullo convenit, teste *J. B. Theodos. Epist. med. p. 45.* nisi fortè in odore; cùm & veterum maximè odorifera, teste S. Scriptura, nostra nec ipsa admodùm boni odoris sit, 2. *Eundem quoq; Epist. 4. p. 51. Petron.* ad Libidinis incitamentum *in fragm.* myrrhinum se poculum bibisse fatetur, citante *Fulgent. l. 3. mythol. in fabula Myrrh. & Adon.* ubi refert Venerem ideo amasse Adonim, quòd succus Myrrhæ sit valdè fervidus: quamvis *Hadrian. Jun. l. 5. Animadv. c. 19.* substituat vocabulum *myrinum. Quistorp. Com. ad Marc. 15, 23.* dicit veteres *damnatis Vinum Myrrhatum* exhibuisse, ut minùs doloris vehementiam sentirent, myrrha enim cum vino largiùs sumta obumbrat mentem; *Gal. 15. simpl. med. c. 19.* quod confirmat *Apulej.* testimonio, qvi *l. 10. Metam.* dicit: obfirmatus myrrhæ præsumtione &c. *Plura* de his *Ungventatis vinis* vide *Guibert. in tract. all. Taubm. Com. ad Plaut. Pseud. 2, 4, 51.* item *Brodeum, l. 4. Miscell. 20. 4, 26. & 5. 33. Mercur. 5. Var. Lect. 1.* qui posterior à reliquis discrepat. *III.* Ex

III. Ex *Regno Animali* cum *melle ab Apibus* parato fit *Vinum Mulsum*, *Oenomeli*, de quo *Diosc.5.16.* unde pleraq; *Plin.* 22, 24. Romanis olim in delitiis. Unde olim in Triumpho milites ab Imperatoribus mulso donabantur. *V.Plaut.Bacchid.4,9,151.* V.quoq; *Turneb.14.Adv.11.* Plenè insulsum describit *Constantin. Cæsar de Agric.l.8.c.24.* & de *mulso* veterum non pauca *Crinit.de Honest. Discipl.4,3. Turneb. Adverf.14,11.C.Barth.T.1.17. Adv.1.* in specie *Propoma.v. Joseph. Laurent. in Polymath.l.1.diff.7.* Hodierna Clareta vina mulsa aromatica vocat *Evonym.Thes.p.561.* Veteres mulsum parabant præcipuè ex vino Masfico & melle Attico. *Mercur.2. Var.17.austeriora* namque vina *melle* condiebant, quod probat *Horat.2.f.2,15.*

3. Ex Regno Animali Mulsũ, Oenomel.

- diluta bibit Hymettia Mella Falerno.

Optimum mulsum ex melle recentissimo, & vino vetustissimo,& quare v.*Macrob. Saturn.* 7, 12.

Meminit quoq; *Scribon.Largus* §.153. *Mulsi mixti*,quod confectum ex melle,vino, aqva simul coctis. Pertinet huc *Nectar*, potus ex vino,mellis favis & floribus benè olétibus mistus, ad montem olympum paratus. *Athen.* 2, 2.

Nectar

II. Vina Diluta.

II. Vina Diluta.

Hactenus de *vinis medicatis Compositis*, nunc ad *Diluta* transeundum restat. *Varii Liquores ad temperandum vinum* admiscentur. Adhibetur

Diluitur Vinum.

1. Vino

1. *Vinum vino* dum austeriusculum, quale Falernum, cum Chio dulci miscebant v. *Horat. 1. S. 10, 24.* interdum ignobilia nobilibus vinis temperabant, qvem morem vocat *Martial. 1, 19.* - jugulare Falernum

Et dare Campano toxica sæva mero.

Hodiè adhuc frequentisſimum est ut Oenopolæ uno generosi vini cado quamplurimos ignobilioris notæ alios emendêt, non omisso quoq; vino Hispanico, quod robur & dulcedinem conciliet. *V. supra cap. 2. membr. 2. §. 6. §. 6.*

2. Vino secundario.

2. *Vino Vinum secundarium* admiscetur seu *Lora*, hunc morem in usu habuit Urbini Dux qui Lora, Pisaurensibus Pivisto dicta, semper vinum diluebat. *V. Guarinon. cons. 387.*

3. Cerevisia.

3. *Vinum Cerevisia* diluitur quod cum Bardensi Cerevisia usitatisſimum esse refert *Neucranz. de Purpur. c. 20. p. 300.* hæc enim æstate gustui quidem grata est, sed ob cruditatem suspecta, quæ vini admixtione emendatur. Quod interdum in Silesia nostra cum Cerevi-

sia

ſia alba triticea Stregenſi (ubi terra Sigillata effoditur, ab oppidulo dicta) non infrequens ut ejus cruditas Vino emendetur infuſo.

4. *Vinum Lacte* diluunt, quod apud *Anglos* in uſu, qui vinum cum Lacte coqvunt & ſerum febricitantibus omnibus exhibent, quod tamen improbat *Foreſt.l.16.obſ.57.ſchol.* vocant talem potum *Poſſetum* notante *D. Marg. Schlegelio in mss.* & *teſte Eod.* parant dum bullienti Lacti affundunt vinum alb. pro arbitrio dimidia parte, aut etiam pari Lacti quantitate cum momento ſucci Limon. vel aceti albi, ſtatim pars caſeoſa lactis coagulatur; colat. admiſcetur parum ſacchari aut Syr. Si ventriculus & cor roborandum, aut flatus diſcutiendi addunt modicum Cinnam. n. moſchat. piper. macis &c. & exhibent in morbis pro potu ordinario. Græci parabant pariter *Oenogalam* potionem ex vino & Lacte, quam *Hipp. l.2.ſ.2. Epid.* commendat ad capitis fracturas, at ſecundum *Eund. l.7. Epid.ſ.81.* notante *Valleſ. in Comm.ſ.433.* Choleram excitat, Lac enim facilè aceſcit, acidum verò vinum quoq; trahit in Aceti naturam, hinc acetum Lacti permiſtum Lac ipſum in grumos & ſerum reſolvit, & flatus dirumpit. *Heurn. M.ad Prax.l.2.c.12.p.176.* *Oenogalam* parat *Nephriticam*, vinum ſcilicet cum ſucco

4. Lacte.
Poſſetũ Anglorum.
Oenogala.

succo petroselini mistum pelvi infundendo, Lac bulliens confer im super injiciendo, quod se in fundo colligit serum propinat.

5. Aqua idq; variis modis. 5. Tandem *Aquâ* variis modis diluitur, quod communissimum est, *Vinum* illudque propriè *Lymphatum, dilutum*, Gallis *vin t' empè*, Ital. *vin adaquato* (Juxta illorum proverbium: Vin adaquato non val un fiato) dicitur. *Aqua* qua vinum diluitur, *est vel simplex pura, vel marina, vel calefacta*, vel *infrigidata*, vel *medicata*,

I. Cum Aqua Simplici.

I. DILUTIO VINI CUM AQVA SIMPLICI.

Dilutio vini improbata. Sunt plurimi qui merum vinum, & florem veteris vini, ut matre creatum suscipiunt (*Plaut. Amph* 2,3, 274.) diluto præferant, hinc *Ovven. l 2. Epigr. post* ∫. 68.

Laudatur *vinum simplex*, *Cerevisia duplex*.

Est bona duplicitas, optima simplicitas.

Lips. 3. Antiq. Lect. c. 1. p. 77. in *Convivali lege prima* Nymphis igni & aqua interdictũ vult, quam legem desumtum dicit ex Catullo, qui ex Lege Posthumia Lymphas iusserit abire ad severos, Lymphatum enim vinum lymphatam afferre mentem. *Auson. Epigr. 19.* Anum ebriosam falsè Meroên quod illa

- infusum vinum non diluat undis
Potare immixtum sveta merumq; merum.

Meri

Meri quoq; studiosissimus Scholasticus Paris. qui in Collegio de nimia aquæ admissione conquestus exclamabat:

In Cratere meo Thetis est conjuncta Lyæo,
Est dea juncta deo, sed quoq; maior eo.
Nil valet hic vel ea nisi sint ambo pharisæa
(*l.* divisa)
Ah modo propterea sit deus absq; deâ!

Scythæ merum absque aqua potabant, dicebaturq ἐπισκυθίσαι Scythas æmulari qvi meracum bibunt. *Alex. ab Alex* 5. *G.D.* 21 *f.* 757. Idem faciebant *Germani* olim. *Athen.* 4, 13. & adhuc idem observant strenuè, adeò ut ob ebrietates inde contractas aliis nationibus malè audiant. Sed facetè eos excusat Poëta, quando canit: Merũ amant Scythæ Germani.

Bacchus Germanos vexat, sed fœmina Gallos,
Dic mihi quid gravius, Vulva, vel urna, nocet?

aut *ut Freitag. in Noct. Med. c.*16. quid gravius Concha vel urna nocet, legit. Et notissimi sunt *versus scommatici* inter *Germanum* & *Italum*, quorum posterior de Germ.

Germani cunctos possunt perferre labores,
O utinam possent tàm benè ferre sitim!

Cui *Germanus* responsi loco subiicit:

Ut

Ut nos dulce merum, sic vos Venus improba, vexat,
Lex veneri lata est Julia, nulla mero,

quamvis hodiè nec *Galli*, nec *Itali*, tam rigidi Temperentiæ Regulæ observatores, ut non interdum se vino inundent, illudq; affluenter immittant.

& quare. Excusat quoq; *Belgas Ludov. Gvicciard. part. 1. Descr. Belgii p. 50.* quod in aëre humido & melancholico degentes, remedium melancholiæ cogantur adhibere & vino pellere curas: *Germanos* & alios *Aquilonares* multipotas merobibos *Deo.dat. in Panth. l. 1. c. 19. p. 230.* quod caloris vis in Aquiloniis regionibus & siccissima aëris natura, maiorem, hisce populis sitim ingeneraverit, quam Australibus, quibus interiora & frigent, & ob humidam Austri naturam hument. Ergò dum Corpora ipsorum frigidiora sunt, ideò mero calefacienda. V. *Bernegger. Quæst. in Tacit. Germ. quæst. 15.* Imo *Germanorum* vina non adeò generosa sunt, ut dilutionem poscant: quin & *Oenopolæ* antea oligophora reddiderunt, dum faciunt quidam eorum *de vino Aquam*, cum Dominus Jesus Christus contra Aquam in vinum verterit, ut vocatur *Heidelf. Sphing. Philos. c. 10. p. m. 315.* quod innuit *Johan. Pincerius:*

Natu-

Naturæ ſolertis opus temerare caveto,
Lymphæ è natali ſat bibit Uva ſolo.
An neſcis etiam fluvios immittere vinis
Quiq; ea divendunt, qui aliunde vehũt?

Quo *Martial.* quoque alludit *1, 57.* ut explicat *Turneb. 2. Adv. 7.*

Veteres tamen, & præcipuè *Græci*, pôſt hos *Romani Vina* ſua, utpote generoſiora, ipſique in locis calidioribus degentes, *diluebant*. Significarunt Poetę fabula Bacchi quam habet *Alciat. Embl. 25.* Dilutio vini laudata.

Cum Semeles de ventre parens me fulmine traxit
Ignivomo infectum pulvere merſit aquis.
Hinc ſapit hic liquidis quis nos benè diluit undis,
Qui non ardenti torret ab igne Jecur.

ut Bacchus de ſeipſo loquitur. Pluribus *fabulam de fuga Bacchi* recenſent *Oppian. 4. de venat. v. 255. Rittershuſ. Comm. p. 144. Homer. Il. Z.* quomodo à Nymphis educatus fuerit. *Plato*: Aquam vino admiſcemus ut Deum furentem ſobrio altero caſtigatum temperemus. Hanc ob cauſam Athenienſes Baccho in Horarum delubro (Horæ namq; vitis fructum educant) aram ædificarunt, & proximè illam Nymphis alteram, quod vinum temperandum ſit. *Athen.*

Inventio Dilutionis. then.2,2. *Melampodem* primum fuisse, narrat *Athen.*2, 6. Pocula qui inventis Acheloïa miscuit Uvis *Virg.* 1. *G.* 9. alii *Staphylum* Sitheni filium Authorem faciunt. *Plin. l.*7. Atheniensibus Rex Amphyctiô monstravit. *Athen.*4,27. *Graeci casu* aquæ admixtionem inventam fabulantur apud *Athen.* 15, 5. Cùm Bacchus in Græciam transtulisset vites, & vini Usu deliniti, vino obruti conciderent, ingruente pluvia poculum in quo parum vini relictum fuerat, aquâ repletum est; convivæ reversi cùm vinum dilutum gustarent, mitem atque minimè molestam voluptatem senserunt, merû postea diluerunt. Hinc ut refert *Alex. ab Alex.* 5. 21. cùm vinum purum dabatur sub convivii finem, quod *Poculum Boni Dæmonis* dictum (disquirit *Joh. Laurent. in Polymath. l.*2. *diss.*19. & 23. an Jovi an Bacchô oblatum) illud leviter degustantes *Athen.* 15, 15. Jovem sospitem vocabant, nè temulentos faceret, cùm verò dilutum, peractâ Cænâ, Jovem Servatorem, hoc est, ut explicat *Athen.* 15. 5. pluviæ largitorem, moderatorem, jucundæ commistionis Authorem. *Utebantur* ergò in vino diluendo *duobus fontibus uno voluptatis, altero Prudentiæ* seu Sobrietatis. *Athen.* 10, 6. quibus *tertius* additur *necessitatis*, Vina enim fumo incrassata necesse erat aquâ diluere, ut potabilia

Cur Vinum dilutum?

bilia redderentur; quemadmodum etiam vetustate crassiora facta. Hinc *Tibull. 3, 7. 25.*

----- Najada Bacchus amat:

Temperet annosum Martia Lympha merũ.

Imò *Vina* crassissima & fortissima, qualia Malvaticum olim, Maroneum, vina Græca hodie, Corsica, Trebulana & Lachrymæ, nisi aqua edomita, pro potu ordinario adhiberi non possunt, hinc rectè *Tibull. 2, 1, 46.*

Mistaq; securo est sobria Lympha mero.

Videatur argutum Epigramma *de Baccho Fonti imposito apud Muret. op. v. 1. p. 606.* & *Fortun. Licet l. 6. de Lucern. Antiq. c. 45. f. 842.* qui Lucernam describit instar Putei confectam, cui Bacchus insidet hederâ coronatus, phallos seu simulachra virilis membri manu tenens, & pluribus explicat dilutionis normam hoc hieroglyphico repræsentatam fuisse.

Imò Merum epotum sitim auget, non placat. *V. Zacut. l. 2. Pr. hist. 74.* Plures rationes, cur vinum aqua diliuendum, enarrat *Joh. Liebaut. in schol. l. 7. s. 16. Hip.*

Dilutio vini spectat *tum Sanos* tum *Ægros.*

In *Sanis* dilutionis & aquæ admistionis quantitas desumitur

Qualitas & Ratio diluẽdi vinũ â Sanis.

1. *Ex ipsius vini naturâ*, crassiora enim plurimum aquæ postulant: ita Maronei poculo 20. aquæ partes admistæ *Dalechamp. not.*

I. ex vini naturâ.

Aa *in*

in Athen.1,21. Jul. Alex. Salubr. 16,9. Achivo verò non multum, hinc Menand. apud *Athen. 10,7.* nunquam tres partes aquæ bibi, unam autem vini. *Vina Græca* plurimum aquæ sustinent. *Cagnat. l.3. obs.c.13.* Hodiè Monspelii in Langvedocia (ubi vina admodùm crassa) moris, ut vitrum aqua repletum offeratur hospiti, qui pro lubitu aquæ partem effundit, & parum vini infundit, ut è nigro ferè vino rubellum evadat dilutum. Apud veteres fit mentio dilutionis *Hemioliæ* cùm adhibentur duæ vini partes, aquæ 3. est ratio *Diplasia* admixtis duab9, *Epitriti* cùm tribus aqvæ partibus una vini infunditur. *Cæl. Rhod. 28, 39. V. Mercurial. 1. Var 18. Alciat. Embl. 25.*

2.exHominis naturâ. 2. *Ex statu hominis* ejusqve *natura*: Meracum bibant qvi vino non possunt carere, qui volunt appetitum excitare, & qvi pro medicaméto ad exsiccandas superfluitates generosa vina adhibere necesse habent. Aliàs *nulla certa dari* potest *mistionis Regula*, sed quisqve longo usū edoctus metiri sibi modū aqvę debet, ut vini & aqvæ nocumenta devitet *Manard. T. 19. ep. 2.*

An vinū purum bibēdum, postea Aqva? Sunt qvidam qvi *vinum priùs potant; pòst aquam* statim *superbibunt.* Sic Hipp. sæpè ægris concedit vinum, modò pauló pòst aquam bibant, illa enim vapores comprimit. *Mercur.*

Mercur. T. 1. conf. 107. Sic Gvido Ubaldus Dux Urbini lædebatur, si vinum meracius etiam parum vel imbecillum supra modum bibisset contra epoto meraco superbibens aqvæ multum juvabatur. *Christ. Gvarin. conf. 387.* Hinc *Lemn. l. 2. Occ. N. c. 52. inquit*: vini diluendi rationem non penitùs negligendum censeo, illud *Plutarch.* tamen semper arridet, vinum in tempore modicè bibendum potiùs quàm aqua diluendum. Et ipsemet Naturæ meæ magis conducere expertus fui in peregrinationibus vinum merum superpotâ aqvâ assumere, qvàm dilutum.

3. *Consideretur finis bibendi*: si saltem pro potu ordinario, dilutius bibendum: si pro appetitu excitando & siccandis cruditatibus meracius conceditur. Multa *de vini dilutione* ex Monacensium Medic. præcepto edidit. *Drexel. l. de Jejun. & Abstinentia*, ubi probare nititur debili ventriculo non convenire vinũ potens, sed oportere medium esse inter agẽs & patiens, præstare dilutum bibere in qvotidianâ mensâ, ne mero corpori & capiti noxa inferatur. Contra *Drexel.* arma sumit *Matth. Clauss. in tr. Oeniponte* edito qvi *Oenohydromachicum* dictus. Hujus argumenta rursus destruere nititur *Malach. Geiger, Monach. Archiater in microcosf. Hypoch. c. 14. & 15.* & *Claussi-*

3. ex fine, bibẽdi.

Cõtroversia de vini dilutione.

um, quòd vinum præferat merum. *Archiænopotam* nominat. *Geigero* ſuccenturiatus Aterotes datus *Hyppolit. Gvarinon. in Hydrænogamia Triumphante* ſeu *Aquæ Viniq; connubio vetuſto, ſancto, ſalutari, neceſſario. Oeniponti 1640. edito.*

4. ab ætate. 4. *Conſideretur ſumentis Ætas* & *ſexus ratio*: *Pueri* & *virgines* dilutius bibant, *juvenes* & *Senes* meracius.

5. à vitæ genere 5. Notetur *vitæ genus*: *Studioſi* dilutiora bibant, vitent fumoſa capiti noxia; *qui ſe exercent* meracius.

6. ab Anni tempore. 6. Non negligatur *Anni tempus*; qvidam *vere* dilutum, æſtate dilutius adhibent: *Ronſſ.* tamen *ep.52.* æſtate meracius præfert.

7. ex cæli ſtatu. 7. Tandem obſervetur *Regionis & Cæli ſtatus*: In *calido* dilutius, in *frigido* meracius convenit.

Qvantitas vini diluendi ab ægris. In *Ægris* ſecundùm prudentiam Medici & Medicinæ Leges definiẽdum, *in quibus morbis conveniat, vel non*, merum, vel dilutum, itaqve *conſideretur affectus morboſi ſpecies*, & *magnitudo, ægri temperamentum, vini natura*. Et *notetur, vina adſtringentia aquæ admixtione diſſolvi*, quia cùm ſint craſſa & terrena, non mirum, ſi ab aqua, qvæ contrariæ eſt conſiſtentiæ vina hæc corrumpantur. *Aloyſ. Trisſinus. l. 6. Probl. Med. probl. 36. Quibusdam ægris*, præcipuè *Colicæ obnoxiis Dilutum nocivum*, *inquit Galeot.*

Galeot. Mart. de Doctr. promisc. c. 28 aqva enim per se non potest inflationem crassam producere, nisi vino adjuvetur, vinum autem ab aqva debilitari rursus, ne possit flatus discutere. De *quantitate diluendi ægris Vina* V. *Brud. Lus. de vict. acut. f. 657.* & *Mercat. de Indicat. 1, 2. p. 157. Planis-Campi in tract. Gallic. de Vulner. sclopet. c. 6.* insignem docet modũ *præparandi Vinum, ut ab omnibus febricantibus possit innoxiè bibi* per 2. vitra invicem juncta, in cujus inferiore vinum, in superiore Aqva sit, sic intra horas aliqvot vini Spiritus jucundô spectaculô ascendunt, & aqva per medium vinum descendit, unumqvodqve enim suum petit centrum, remanens vinum, qvia subtiliores Spiritus abierunt, utile pro potu. *An* autem *Aquavino prius affundenda, an vinũ aquæ* V. *Scalig. ex. 101. §. 4. Sebiz. l. 5. probl. 145. Post commistionem non statim bibendum* sed per aliqvot horas ut meliùs uniantur invicem, relinqvenda. *V. Ronsseus ep. 16.* duas vel 3. horas reqvirit *Bauer. cons. 25. & 63.* horas autem sex *Conciliator diff. 70.* Modus diluendi vinũ singulis.

Pertinet ad vina diluta *VinumFractum* pro febricitãtibus, qvando 3. vel 4. partibus aqvæ bullientis positæ in amphora miscetur una vini, & reponitur vas in amphoram aqva frigida plenam, ut refrigeretur. Diluti species Vinum Fractũ.

Vinum Crama. Alii *Vinum Crama* dictum, notante *D. P. Castro in Collect. mss.* parant ad infirmos decipiendos: Orificium ampullæ plenæ aqva, digito supra posito obturetur, & sic intromittatur in vas plenum vino rubro & odorifero, & cùm in fundo vasis locata fuerit, digitus elevetur, & ita diu detineatur sub vino, cùm extrahi debet simili modo digito apposito extrahatur & servetur, erit aqva colore vini cum modico ejus sapore V. qvoqve *Schmuck. Thes. Secret. part. 1. §. 20. p. 24.*

Dilutum Vinum magis inebriare qvàm merum, notat *Arist. s. 3. probl. 3. Ferd. Roderic. c. 5. quæst. 3. p. 139. Manard. l. 19. ep. 2. f. 346.*

II. DILUTIO VINI CUM AQVA MARINA.

2. Dilutio cũ Aqva marinâ. Freqventissimum porrò *apud Græcos* præcipuè fuisse *Aquâ Marinâ & muria temperare* & condire *vina suprà l. 2. s. 6. m. 1. c. 2.* pluribus ostensum est. Tale dilutum *Cels. 1, 6.* modò salsum simpliciter vocat, modò salsum Græcum. *Id. 3, 6, 24.* Qvare autem hâc temperatura usi *V. Plutarch. in Quæst. nat. 10.* & *supra.* Pertinet huc *Vinum Βίαιον* species vini salsi cum vino passo aqva marina addita. *Gorr. Defin. Med. f. 75.* Vinum aqva marina dilutum nauseam navigantium curat. *V. Schol. Salern. c. 21.*

III. DI-

III. DILUTIO VINI CUM AQVA CALIDA.

Sunt plurimi & gravi Authoritate præstantes viri, qvi in dubium vocare audeant, veteres in continuo uſu pro potu qvotidiano omnia *vina aqua calida temperâſſe* & calida ebibiſſe, niſi medelæ cauſa interdum, aut ut vinnm fieret frigidius, admiſta prius aqva ex invento Neronis (*Sueton. in Neron. c. 48.*) admiſtione autem aqvæ calidæ opus habuiſſe vina, qvia craſſa, ob longævitatem, ob inſolationem, contubernii ignis vel furni, cùm frigida non potuiſſet penetrare, *Nard. in Noct. Gen. 4. p. 286.* qvam opinionem propugnat qvoque *Baccius l. 4. de Vin. ſ. 3. f. 174.* qvi vaſa his laboribus accommoda *Miliarium* & *Thermopolium* deſcribit & depingit, ut Caldarium *Bacc. de Therm. l. 7. c. 9.* ita namq; calefacta & diluta anteqvam biberent, priùs in pelvi cum aqua frigida repleto infrigidaſſe opinantur. *Mercurial. 1. Var. 8.* calidam dici putat ſaltē reſpectu gelidæ nive refrigeratę, utpote cùm calida nec voluptatem afferant, nec commodum bibentibus niſi laſsis & neceſsitatis ergò: Qvibus adſtipulatur *Ambr. Paraus in Elect. Plaut.* & *Scip. Mercur. in Error. Pop. Med. l. 7. c. 29. f. Joſeph. Laurent. in Polymath. l. 2. diſſ. 8.*

3. Cum Aqva calidâ.

Dubitātes de veterū Calido potu.

Affirmantes Calidæ Usum.

Alii tamen primæ ceræ *Authores* contrà dicunt; & calidam epotam cum vino & absqve vino solitariam, testatur Antiqvitatum Promus condus *Lipsius l. 1. Elect. c. 4. p. m. 29.* calida cum vino erat laudatior, qvia proclivius & jucundiùs potio fervens qvàm frigida ibat in bulgam, idq; nos ipsi, *pergit Lips. l. a.* aliqvoties experti non abhorremus. Confirmat *Salmuth. not. ad Pancir. Rer. Deperd. l. 1. t. 51. p. 258. seq.* Probant variis *Classicorum Authorum testimoniis Apulej. l. 1. Met. p. 106.* Fotis arripit vini poculum ac desuper aqua calida injecta porrigit, ut bibam. *Ib. p. 111.* calida cum ænophoris apportetur. *Senec. de Ira l. 1. c. 12.* Irascuntur si calida non benè præbeatur, si vitrum fractum *Athen. l. 11. c. 2.* docet ex *Arist.* ollis Rhodianis aquam quâ vinum misceba-tur calefieri olim fuisse solitam injectâ in eâ myrrha, mastiche, croco, balsam. Cinnam. &c. *V. Juven. 63. 5. Mart. 2, 1, 9. 8, 67,* & præcipuè exemplum Germanici apud *Tacit. 13. A. 17, 3. Meurs. in Critic. Arnobian. l. 2. c. 8. p. m. 59.* calidam vino misceri solitam probat ex *Horat. 3. C. 19, 5.* & *Horat. Comment. Acrone, itemq; ex Arnobio ipso V. Senec. quoq; l. 2. de Irâ c. 25.* Verisimile, inqvit *Stuck. Conviv. Antiq. 3, 6. f. 515.* Unumquemqve in Convivio pro suâ naturâ potum flagitâsse, cùm alii frigidissimo

potu

potu, alii subfrigido, alii calido uterentur, adeoqve aqvam calefactam & frigefactam appositam, unicuiq; qvod magis optaret potûs temperamentum efficere liceret. *Dein* qvia Orientalium hominum ob aerem calidissimum frigidissimi ventres ex mente *Hipp. 1. §. 15* ad temperandam vētriculi frigiditatem, usi sunt calidâ. Hinc *Baco Verulam. Hist. Vit. & mort. p. 304.* miramur, qvomodo illud calidum bibere, qvod apud antiquos in usu fuit, in desvetudinem abierit? novimus Medicum celebrem, qvi in prandio & cœnâ jusculum præcalidum ingerere solebat, & paulo post optare ut regestum esset, neq; enim mihi jusculo opus est, ajebat, sed calido tantum. Testatur *Taubm. Comm. ad Plaut. Trinum. 4, 3, 7.* Græcos & Romanos in delitiis habuisse *thermopotare*, & qvamvis postea utraqve etiam & solitaria & vino infusa in usu fuerit, mixta tamen magis in delitiis. Hinc *Thermopolia* tabernæ, in qvibus calefactum vinum vēditum, de qvibus *Plaut. Curc. 2, 3, 13. Pseud. 2, 4, 52. Turneb. l. 20. Adv. c. 10.* Habebat *Thermopoliū* tria *vasa miliaria*, infra *caldarium*, in medio *tepidarium*, supra *frigidarium*, & qvantum ex caldario depromebatur, ex reliqnis rursus in caldarium perenniter influebat. *V. Bacc. l. 4. de Vin. f. 179.* item *Senec. 3. Nat. Qu. c. 24.* à freqvē-

ti calidæ potu *Claud. Tib. Nero* dictus fuit *Caldius Biberius Mero. Stuck. l. a. f. 306.* Pluribus hunc morem approbant *Anton. Persio sing. tract. dal beuer caldo costumati da gli Antichi Romani, Salmuth. ad Pāciroll. l. 1. tit. de modo cib. cap.* & potissimùm *Joh. Freinshem.* qui *Anno 1636. singulari tractatu Mercur. opinionem redarguit, & c. 1. §. 1.* adducit exēpla Græcorum. §. 2. Romanorum §. 3. caldam vino mistam. §. 4. qvalia Thermopolia. §. 5. quæ suppellex Thermopotica. §. 6. ambiguis Authoritatibus respondet. *cap. 2.* originem calidi potûs & *cap. 3.* ūsum ejusdem edocet. Ægris cum fructu exhiberi potest, quibus venter profluit. Hunc morem *Rod. à Fonseca* & aliis delicatioribus Romæ reductum *Merz. in Oenopol. c. 6. p. 20.* testatur, qvi vinum aqva commistum feruens hauriāt, ut vinosi omnes bibendi modos experirentur. Finlandis tamen & Svecis potiùs convenire, qvorum mos ut saccharū candum præ calido eliquatum mero ingurgitent. Et *sunt adhuc plures hodiè populi,* qvi *calida delectātur: Canadenses* Americani *calidam* maximè in delitiis habent. *Freinsh. l. a. p. 22. Chinenses* præter *aquam calidam,* qua omnes utuntur, succum cujusdam herbæ, quæ *Chia* dicitur, adhibent in *præcalida aqua* agitatum *Mapphæus l. 6. Hist. Ind. Ægyptii*

Adhuc qu bus dam populis calidue potus in usu.

Canadenses.

Chinenses.

gyptii decoctum *ex Semine Bon calens* in taberniis largè bibunt, non aliter ac nostri vinum. *Prosp. Alpin.l.4. Med. Ægypt. c.1. calidè* qvoqve decoctum Maglub. *ib. c 3.* De *decocto calente* herbæ *Thea.V.Borell.c.3.obs.39.* & *infra in speciali Asiatic.vinorum Historia. Turcæ* ex fructu *Cavæ* qvi est instar Coccolæ niger, subtenui cute & cortice levi, medulla bipartita &c. torrefacto, aq. ferventi immisto, dedecantatam aquam sacchari pauxillo addito quantum *calidè* sustinere possunt ebibunt, jejuno vel pleno ventriculo, ut ex vera relatione Turcarum & propria experientia notavit *D.P.Castro in Collectan. mss.* Eodem *Cave,* seu *Kahwé* calido potu utuntur *Persæ. V. Olear.Itin.Persic.Edit.Nov. l.5. c. 17.* V. quoqve de Potu *Kahwe,* quod Arabica Lingva Vinũ denotat ejusqve præparatione & viribus *Joh. Ulrich.VVallich in de Relig. Turcic.p.64.* & *Levin.VVerner Holland. Nat.Constantinopoli Residens singulari de eo tractatu.* Hodiè *Hispani Chocolatæ* potionem (de qva infrà in speciali Vinor.Americ. Historia) qvanto magis *calida* est, eo avidiùs expetunt. *Caldera in Trib.Mag. Med. T.1. l.3.s.1. c.6.* Qvod imitantur *Galli* & *Belgæ vino suffocato, Vin Bruisle,* de qvo suprà de vin. Medicatis. Adprobat vino aqvæ calidæ admistionem Antiqvorum *Angel. Politian.*

Ægyptii.
Turcæ.
Persæ.
Hispani
Galli & Belgæ.

tian.l.2. de Risup. m. 71. Rectè concludit *Caldera l. a.* Guſtus nullâ niſi appetus lege moderatur, inſuper humana conditio ad tempora mutatur, Regionum, hominum conſvetudine & obſervatione juvantis & nocentis: Interdum etiam à Principe conſvetudo introducitur, qvi aut illa delectatur, vel ob invaletudinem eâ uti compellitur, cui plaudit poſt adulatio & adulandi amor; adeoqve *calidæ potio* inventa fuit, & apud plurimos etiam jam deſiit.

IV. DILUTIO VINI CUM AQVA FRIGIDA, NIVE, GLACIE.

4. Cum Aqua frigidâ, Nive.

Antiquis uſitatiſſimum.

Frigidiſſimo Vini potu adeò contra qvosdam delectatos, ut injectâ nive vinum refrigerarent. *V. Mart. 5, 65. 6, 86. 9, 23. 12, 17. 14. 103. & 117.* & tepefactis nivibus diluerent, ut de *Græcis Alex. ab Alex. 5, 21.* qvod ingenioſam ſitim vocat *Mart. 14, 117.* de Nive commentam. Adhuc in *Italia* uſitatum, injectâ glacie vel nive potum infrigidare. *Scipio Mercur. l. 7. Error Popul. c. 31.* Atteſtatur *de veteribus Beroald. Comm. in Apulej. 2. Met. p. 241.* Mos fuit veteribus *inquit*, modò frigida, modò calida aqva mixtâ temperare potus. Unde *Mart. 8, 67.*

Frigi-

Frigida non desit, non desit calda petẽti.

Id. *Beroald.p.283.* calefacta, qvia magis refrigerat, quàm frigida alia, ideò ex invento Neronis prius decoctam, in nivibus refrigerabant, & postea vino addebant. *V. Sveton. Neron.cap.48.& Juv.5,49.*

Si stomachus Domini fervet vinoq; ciboq;
Frigidior Geticis petitur *decocta* pruinis.

V. *Plin.19,4.& 31,3.* De vino nive injecta refrigerato *Senec.ep.70.& 95.* & glacie injecta. *Id. 4.Nat.q.c.ult.* post per *colum nivarium* trajiciebant, ut liquidius potarent, de quo *Mart. 14,101.102.*

Sed cùm *nivalis potio insalubris* admodùm sit. *V. Arist.s.24.probl.19. Gell. 19,5.* alii alios modos invenerunt, ut vinum absqve injectione ab ambiente frigiditate infrigidetur.

1. *Ægyptii* vasa per noctem exponebant Aëri & ventis, mane autem in loca subterranea, cooperiendo vasa foliis salicis, cannæ, lactucæ. *Gal. Comm.4. in.6. Epid. Baricell. Hort. genial. c.18.* Modus refrigerādi vinum. 1.

2. *Quidam Silices, laminas plumbeas*, lapidesqve frigidos potui infrigidando immittebant. *Plutarch. sympos.6.* 2.

3. Hodierni vasa *vino plena in nivem* collocant, aut in aqvam nive soluta frigefactam. 3.

4. Re-

4\. *Refrigerant per* ⦶. quod vel in aqua dis-
4. solvunt, vel vini lagenam sacculo coriaceo includunt,& interstitia ⦶ o. implent.

5\. 5. Qvidam condunt *in fontes in loca subterranea.* Heliogabalus in viridario suo montem excavit, in quem hybernas nives & glaciem ad æstus refrigerium, & infrigidandum potum reconderet. *Lamprid. in ejus vita.*

6\. 6. Alii *Vasa in loca* collocant *ubi serpentes* degunt, qui frigidis corporibus vasa amplexantes ea refrigerant. *Schvventer in Mathem. Recreat. p. 13. §. 52.* nec hoc in salubre cum mulierculæ Romanæ adeò in delitiis habuerint Serpentes, ut refrigerationi studentes æstivis mensibus eas collo necterent. V. *Th. Farnab. not. in Mart. 7, 86, 7.*

7\. 7. Cum *herba* Italis *Ruggiadosa* qvem modum in Pedemontio valdè usitatum laudat *Mercur. in Erro. ep. 7, 31. p. 540.* ea enim totum vas vino plenum cooperiunt, & pannis pòst involvunt, ita per diem vinum licèt soli expositum sit, frigiditatem servat.

De *aliis modis* v. *Athen. 3, 21. Joh. Laurent. Polymath. l. 2. diss. 8. Mercurial. i. Var. 8. Lang. l. 1. ep. 31.* &. *Porta 14. Mag. Nat. c. 11. §. 3.* modum docet, ut vinum adeò infrigidetur, ut in phialia gelascat.

Veteres luxuriæ causa maximè *vinum nive refri-*

refrigeratum expetebant. Nam ut ſcitè exclamat *Senec. l.4. Nat. Q. c.13.* ubi ſtomachus qvotidianis cruditatibus non temporis ſed ſuos æſtus ſentit, ubi ebrietas continua visceribus inſedit, & præcordia bile in quam vertitur torret, aliquid neceſſario quæritur, quo æſtus ille frangatur. *Et paulo poſt*: qvàm facilè eſt exſtingvere ſitim ſanam. Sed quid ſentire poſſunt emortuæ fauces & occallatæ cibis ardentibus; quemadmodum nihil illis ſatis frigidum, ſic nihil ſatis calidum eſt. Ardentes boletos demittunt penè fumantes, quas deindè reſtingvant nivatis potionibus.

Quæritùr nunc an *Vinum infrigidatum ſit ſalubre? Balth. Piſanello tr. de Nat. Cib. & Potus p.m.180.* mirè laudat *il ber freſco* non ſolùm ob guſtus jucunditatem ſed & ſanitatem. *Idē* refert ante uſum nive refrigerandi introductum, in Sicilia æſtate plurimos febri peſtilentiali extinctos fuiſſe jam verò non ſolùm poſt nivis Uſum ceſsâſſe, ſed in ſola Meſſanæ Civitate qvotannis ad mille homines minùs moriqvàm antea. Nos de propria experientia, *inquit Calder. Trib. Mag. Med. T.1. ſ.c.4.* teſtari poſſumus, pleroſq; viros bilioſâ textura præditos & alios per aduſtionem melancholicos maximè ex pylori conſenſu dùm affectus urgeret, ſiti & ardore æſtuante ventriculo frigidâ po-

Frigidi potus Utilitas

dâ potione neglectâ in febrem ardentem incidisse, alios illâ acceptâ inceptam febrem præcavisse, imo Hispali & in omni Vandalia, quà Occidentem vergit, nivis usu longè minus hodiè à calidis morbis huic regioni gentilitiis incolas vexari. *V. & Martin. Zeiler. Itiner. Hispan. c. 1. p. 102.*

Frigidi potus noxa. Sunt *alii*, qui *penitùs Vinum infrigidatum prohibeant*, præcipuè si immoderatius sumatur, inde vitam abbreviari. *Bacc. de Therm. 5; 7. f. 298. & J. B. Codronch. de Anno Climact. l. 2. c. 5. p. 142.* adolescentibus primum insensilem sed morbidam tamen in præcordiis alterationem parit, undè in gravescente ætate affectus in articulis, nervis, visceribus incurabiles. *Lang. 1. Ep. 13.* Eadem nocent pectori, *Gradi cons. 34.* pulmoni, cerebro, ventriculo, intestinis, Epati, spleni, Renibus, Vesicæ, détibus, *Matthiol. cons. Scholz. 220.* Eadem pariunt Ischuriam. *Fonsec. 1. cons. 87.* vomitus & nauseam ciborum, *Cornar. cons. 9.* tormina, colicos dolores, dysenteriam, obstructiones. *Borell. c. 3. obs. 11.* animi dejectiones, *Beniven. hist. 17.* Qvidam subitò mortuus, haustu vini frigidi æstuante corpore. *Hildan. c. 3. obs. 49.* à labore enim sudanti adversissima frigida potio. *Cels. l. 1. c. 3.* & alius, qvi tepidâ potione semper delectatus, cùm in febri coactus geli-

dam

dam bibere cogeretur, singultiens obiit. *Zacut.l.3.Prax.Adm.obs.104.* Imò vinum quocunq; modo refrigeratum, improbat *Solenand.s.1.cons.11.*

Distingvunt alii rectiùs, & quibusdam convenire, quibusdam nocere, demonstrant. V. *Cels.l.1.c.3. Scip.Merc.l.7. Err.Pop.c.30. Pisanell.l.a. J. Cas. Bened. l.4.ep.6. Mercat.T.3.l.1. de rect. præsid. Usu c. 2.* Paucis comprehendit *Caldera l.a.* In statu salutis, *inquit*, conceditur biliosis, sangvineis, militibus & nativo temperamento ad calorem prolapsis: debilibus cautione prudenti conceditur: denegatur iis, quibus mēbra nutritioni dicata, imbecillia, asthmaticis, stomacho infirmis, voluptuosis, in vita sedentaria viventibus. Habenda quoque regionum, & Anni ratio. Distinctio.

Ergò *Luxuriæ* causa *non* convenit, sed interdum *sanitatis* ratione, *Frigidæ Potio.*

V. DILUTIO VINI CUM AQUA MEDICATA.

5. Cum Aqua Medicatâ.

Tandem Vinum *Aquâ Medicatâ* diluitur eaque *vel Naturali, vel Artificiali.*

Naturalis Aqua Medicata petitur ex *Acidulis* & *Thermis*. Approbat dilutionem cum Acidulis *Sebiz.tr.de Acidul.s.2. diss.9. corall.3.§.15.* & *diss.13. §.15. J. Th.Tabernæm. in Thes.Aq. l.1. c.5.p.* 1. Naturali Acidul.& Therm

c.5.p.m.59. & *præcipuè c.10. p.237.*& ipſe obſervavi Coloniæ Agripp.cum vinis Rhenenſibus factitatum quæAcidulis propè Cõfluentiam natis,temperabant. Sic *Aqua de Ruſellis* in Hetruria propè Senas, ♂ naturam referens,calida jucundè cum vino bibitur diluta,cum manifeſto hepatis,ventriculiq; juvamento.*Bacc. de Therm.6.3.f.349.* Acidulæ propè Andernacum dictæ der Heilbrunnen ex omnibus ſolæ ſi vino diluantur,vino quaſi reſiſtunt, & pugnã per aliquot tempus bullis datis, concitant, antequam ſe miſceant. *Id.Tabern.l.1.c.33 p.317.* Dubitat tamen,imò prohibet ex obſerv. *Petr Pigray de Acid. Spad.l. 10. c. 20. Hildan. c.3. obſ. 72.* aquã acida vinum eſſe diluendum, metus enim ne cruditates ad renes & veſicam transvehant cibis permiſta;tanta enim hujus aqvæ vis, ut, quicquid ſibi obvium venerit, ſecum rapiat, adeò, ut ſemen aniſi quoque ad veſicã per venas meſaraicas, hepar, emulgentes & renes deduxerit. Prohibet quoq; *Fallop. de Therm.c.14.* vina aqua thermali diluere, alterum enim ex altero corrumpitur: et ſi aqua eſſet ſalſa,retineretur diu in ventriculo cibo commixta & excitaret ſitim,et ſi frigida, impediret diſtributionem alimenti. *Diſtingvit* tamen *D. Salzman.* Med. Argentor. in *Reſponſ. ad Hildan. l. a.*

Arti-

Artificialis Aqua medicata pro diluendo vino pro assumentis natura,& statu, varia est. 2. Artificialis.

In Sanis, ut Regi Hispaniarum familiaris est *potus, teste Caldera l. a. s. 4. c. 3. Trib. Mag. Med.* ex depurato Ceras. & granati liquore; & sacchar i aliqua parte cui tertia ferè vini rubri pars infunditur; aut *Limonada* ex Aq.maior. citrior. part. 6. vini rubri p. j. & succi Limonum aliquid pro grata aciditate. In Sanis.

In Ægris, pro ratione morbi, varia est aqva. *Itali* ut plurimum aq. Coriandri decocti vinum temperant. In Chronicis affectibus qui Decoctum Ligni assumunt, decocto ligni secundario vina diluere possunt. Sic in Arthritide commendat vinum cum Decoct. Lign. Guajac. dilutum *P. Bruhes. ep. 5. & J. Fernel. ep. 6. in de Arthrit. Garet.* In Paralysi aq. Ligni sassafras diluit *Ang. Victor. cons. 4.* In Catarrhis ex instituto *D. Cornechi Hispani P. Castro* decoct. Ligni Lentisc. pro vini temperatione adhibet *in mss. Praxi.* In Affect. Lienis aq. decoct. Ceterach. adhibetur ab *Ang. Vict. cons. 35.* & in calculosis vino admiscet betulæ liquorem. *Solenand. s. 4. cons. 26.* Et hæc *de vino mixto & composito* sufficiant. In Ægris.

ARTICULI I. §. IIdus.

VINI DIFFERENTIA IIdà à COLORE. Differétia à Colore

Cum laudabilis Vini notæ lateant in vocabulo

bulo COSTA, ut fcilicet omnibus qvinq; fenfibus *Colore, Odore, Sapore, Tactu, Auditu* abblandiantur, & fecundum *Scholam Salernit.c.10.* laudantur vina: *Fortia, formofa, fragrantia, frigida, frefca*, nunc in fpecie hæ Differentiæ quoque excutiendæ.

Exordiendum à Colore. Gal. quidem Comm. in l. 3. Hipp. de vict. §. 2. inquit, color vinorum fua ratione nullo pacto vel juvare, vel lædere poteft, attamen *l. 4. fimpl. c. 22.* priorem fententiam caftigat *dicens*, In fingulorum genere ex colore indicationem fumere licet, ut cœpa, fcylla, vina quando fuerint albidiora, tanto minùs calida; quæ verò fubflava fulvaque, calidiora. *Venuft. conf. 28.* Colorum varietatem ad Elementa refert, ut flavum & fulvum ignis naturam fapiat, hinc generat bilem: rubrum vinum repræfentat Aerem, & producit fangvinem rubrum, album vinum aquam æmulatur, hinc ex eo oritur pituita & ferum: nigrum Elementum terræ refert, hinc nigrum craffum generat fuccum melancholicum. *In genere*: efficit Vinum nigrum vires, album Urinam, medium πέψιν. *A. Gell. 13. 29.*

Color Vinorū Naturalis.

Ad ALBA pertinet.

Precipui Vinorum Colores funt 4. Albus, Flavus, Ruber, Niger, & illorum intermedii.

I. Vinum Album fimpliciter

I. *Vinum album fimpliciter*, minùs quàm aliud, calefacit *Gal. 3. de rat. vict. acut.* eoque minus

min⁹ quo albidius fuerit, imò ut *Id.12. m. m.4.* scribit non invenies ex albo vinorum genere calidum ullum, & *l. de vict. atten. circa f.* non datur ex albo vinum ullum dulce. Objiciat aliquis dari *vina alba dulcia*, qualia Trebiana aliaque: Respondet pro *Gal. Manard.l.13. ep. 4.* Galenum pronunciâsse *de vinis simpliciter albis*, quæ ut *Gal. Comm.3.in l.de rat, vict. acut. enar. 2.* describit perspicua, ut aqua splendida, pura, substantiæ tenuis & facultate aquæ similia, non de pallidis & fulvis quorum qvædam dulcia. Talia *alba* & tenuia detergunt. *Gal.4. de Sanit. tuend.* crassos humores incidunt, sangvinem per Renes purgant, fugitiva sunt, saporis subaciduli, non calefaciunt, nec nutriunt, Gynæceo, pueris, sangvineis per æstatem cæterisque febre ac calida intemperie affectis, sunt aptissima, ac ratione aquosæ substantiæ, urinam & sudores fundunt. Vires Vini Albi.

Quædam *alba* tenuia parum subadstringunt, qvalia *Longobardis Albana* dicta ab uvis acerbis & malè maturis expressa, quæ *Amat. Lus.c.1.cur.28.* in febribus commendat, & cũ sint aqvosa, frigida suâ naturâ, vocat, comparatione facta, ad corpus humanum putatqve illa plus quam aqvã infrigidare. *Album* vinũ *Cœl.Rhod.13,11.Polium* dicitur. Notat *Cordæus Comm.in l.1.Hip.de morb.Mul.com.6.§.4.* Hip-

pocr. à triplici vini colore fœminarum colorem describere, adeò ut qvædā sint *ὑπέρλευκαι candidissimæ*, quædam *οἰνωπαὶ vinosi coloris* hoc est, varii coloris rubri gradus, & *μέλαιναι nigræ*.

2. Pallidum. *Intermedius color* est *pallidus*; *Vinum Pallidum* est medium inter flavum & album estq; vel *ὠχρόλευκον*, *ex pallido albicans*, vel *ὠχρόξανθον* ex pallido flavum, medias inter utrumqve vini genus vires obtinet, &, ut alterutri magis accedit, ita vim ejus exhibet. Illa quæ ex his clara consistentia tenuia, penetrantia, odorifera, sapore nec acido, nec dulci, sed ex utroq; temperata, qvæ vitro infusa, levem spumam mox interstrepentibus atomis evanescētem, ac subtilem, splendētem ex modica flavedine reflexionem mittunt, moderatè hausta, sitim sedant, appetitum provocant, modicè nutriunt sine hepatis alteratione, & capitis gravitate, corpus blandè calefaciunt, humores crassos tenaces corrigunt, Urinam absq; impetu promovent.

3. Alia Alba. His coloribus accenseri potest vinum *gilvum, helvum item cineritium* item *Lageos* cujus meminit *Virg. 2. G. 94.* quod explicante *Taubm. Comm. Leporarium* à colore Leporis, pariter ut *Plin. 14, 3. ravusculum* à colore ad ravum inclinante, & *asiniscum*, ab asini colore, de quibus *Brodæus l. 4. Miscell. c. 24.* 2. Vi-

2. *Vinum flavum* multi variè colore variat: ut enim secundum *Vidum Anton. Scarmilion. l.2.de Color.c.21.* sub colore ξάνθω varii alii colores, utpote *maſtichinus*, ſtrohgelb *palearis*, *Aeus*, *melinus* in cotoneis, *glycyrrhizinus*, *geniſtinus*, *flammeus*, *aureus*, *aurantiatus*, *cereus*, *fulvus*, comprehenduntur, hinc quoq; tot Vinorum diverſitates. Recenſet *Hipp. l. de morb. mul.* vinum μελίχροον quod *Cord. Comm.6.§.4.* & *Prosp. Martian. f.223.* à colore melleo dictū deſcribunt. *Glauca* vina ſunt media inter album & rubrum; *Helvia* rutilo colore inter album & rubrum media, Clareris Franciæ æmula; quædam etiam violaceo nitore *Helveola*. Ad Flava varia vina pertinent. Coloris Xanthini. Glauca ſtrohfarb Helvia.

Vinum in ſpecie *flavum*, Italis *giallo*, præcalidum eſt *Gal.5. de Sanit. tuend.c.5.* & ex colore, præcipuè dulce, bilem generat. *Porta Phytogn. 3, 4.* Senibus præſertim accommodum, ſi tenue, calefacit & ſerum educit, item iis qui vitam ducunt otioſam in regione frigida & hyeme, noxium tamen bilioſis, crudos ſuccos concoquit velocisſimè per corpus digeritur, caput tamen & mentem tentat tale vinum. Vinū flavū tenue hydropicis prodeſt, in Syncope accommodiſſimum, in febribus tamen noxium. Ejusmodi color vinis ineſt vel mediâ ætate vel in ſenio, quo enim vina vetuſti- Vires vini flavi.

ora, eo primum fulviora, mox flaviora evadunt & calida. Estq; vel parum dulce, nullum enim vinum flavum admodùm dulce, *Gal. de vict. acut.* vel modicè austerum.

Vina Aurei Coloris.

Quæ verò *aurei coloris*, consistentia ad mulsum fere accedente, ut melleo lentore digitos propemodum inficiant, nihilominùs clara, naturâ aromaticum odorem spirantia, sapida, dulcia, vitro infusa nulla fere spuma saltem durabili, guttisque intercurrentibus supra ac infra micare conspiciuntur, hæc reliquis diutiùs servari possunt, calefaciunt, nutriunt, sangvinem generant, spiritus vitales recreant, melancholicis & frigidâ intemperie laborantibus moderatè oblata, prosunt.

Vina fulva

Vinum fulvum Græcis Κιῤῥον, Italis *Rouano, Leonato* concoctioni medetur. Gal. 12. m. m. mentem magis quam nigrum ferit. *Gal. Comm. 3. de rat. vict.* Vngrisch Goldfarb.

'Ad RUBRA Varia vina pertinent.

3. *Vina Rubra* admodùm colore variant; ut enim *Scarmilion. de Colorib. l. 2. c. 17. inquit*, si color rubeus procedit versus lucem, exhibet colorem *roseum, colossinum, scarlatinum*, *Cerasinũ* (unde *Manard. l. 13. ep. 4.* vina Cerasiola) *Carneũ Rutilũ* &c. si autẽ versus tenebras, fit color *flammeus, onychinus, croceus, vermiculus, hepaticus seu puniceus, purpureꝰ seu muriceus, passeus* &c. pro varia hac rubri coloris diversi-

versitate variæ Vinorum quoque differentiæ. Vinum rubrum Chabriera Poeta Ital. vocat la rugiada destillata di Rubino. In *genere Vina rubra* sunt *vel tenuia* vel *crassa*.

Tenuia rubra respectu flavi, minus calefaciunt, ideoq; refrigerare respectivè merito dici possunt. *Gal. de t. mperam.* absque acri sapore enim saltem calefaciunt. *Id. comm. 2. §. 21.* Talia *Cerasiola vina* tenuia, oligophora, hypochondriacis salutaria. *Montan. cons. 239.* Eadem svavum Uvarum saporem imitantia sapore acuto, recenti, non tamen acido, prædita, quæ vitro infusa spumam subsultu quodam cito amittunt, præter vim calefaciendi blãda adstrictione dotata, stomachi, hepatis, intestinorum, ac reliquorum viscerum tonum incorrupta servant. Tenuia Rubra. Vires.

Talia *dilutiora vermiculi ruboris* in specie *Clareta*, Galli *Vin. Clairet.* Ital. *Il Chiarello* ori sunt gratissima, caput non feriũt & promptè ad vesicam abeunt. *Quædam rubino dilutiori*, & vivaciora, *quædam rubino coloratiori*, *quædam granato obscuriori* aut *Amethysto* colore respondent, hæc optimè nutriunt, tollunt Syncopen. *Pisanell. de Nat. lib. p. 173.* Clareta

Quæ *sanguinei Coloris* (unde *vinum sangvis terræ* dicitur) merè ac sincerè moderatè pota, sangvinem gignunt, vires augent, venas re- Vina Sangvinei Coloris.

 plent

plent, facilè in membra distribuuntur ex signaturâ. *Porta 3. Phytogn. 19. Eadem* ratione coloris pota sangvinem putridum expurgāt, & exhilarato sangvine, rubrum faciei colorem conciliant *ib. c. 20.*

Intense rubra. *Intensè rubra*, qualia Bellovacensia Gallorum cæteris calidiora. *Villanov. in Schol. Sal, c. 8. p. 98.*

Rubra crassa. *Rubra crassa*, colore ad nigredinem aliqvatenus tendente, præ reliqvis generationi apta sangvinis & τροφιμώτατα omnium, dandaq; iis, qui veloci appositione indigent, præcipuè hæc vina sunt consistentia spissa, calore & spiritu vegeto plena, aliquanto tamen plus nutriunt, & ob temperatam adstringēdi vim non tantum humores tenues incrassant, coqvunt, verùm etiam venas visceraq; aliqvantulum obstruere apta nata sunt. Quædam ex illis leviter adstringunt Stomachalia à Gal. dicta, quia stomacho roborando egregia. V. *Gvarinon. cons. 44.*

VINA NIGRA. 4. *Vina nigra* dicuntur, quæ intensissimi sunt ruboris, eaque omnia crassa, plurimi alimenti, & sangvinis sed crassioris, & melancholici, & quia longius spatium requirunt ad suam coctionem & traductiones in venas, ideò vomentibus nocent. *Gvarin. cons. 44.* Ex illis sunt quædam.

Dulcia

Dulcia, qualia Scybelites & Theræum, hodiè Mangiaquerra crassum, succosum, instar sapæ dulce, calidiora sunt reliquis nigris, minùs in ventre morantur, sed alvum movēt, deorsum properant, pectori amica, hepar tamen, Lienem, Renes obstruunt, ebrietatem quoque diuturnam inducunt ob halitus crassos. Dulcia

Austera nigra frigidiora sunt, sicciora, alvum adstringunt, repellunt, fluxiones sistunt in ventre manent, fluctuationes ibi, præsertim novella excitant: & *Hipp.2. de diæt.c.6.pr.* humiditatem in corpore absumunt, nec urinam cient, nec salivam faciunt. Austera

Quæ autem *simul austera & dulcia* omnium maximè prava, utpote contrariis qualitatibus prædita, quale Albates in Sicilia. Mixta.

Mirum, *Vinum rubrum* quale Alicanticum per sudorem instar sangvinis aliquando moveri. *Salmuth.cent.2.obs.28.* observavit in Studioso Hafniēsi pòst usū viniHispā.rubri Sudorē rubro colore tinctū *Th. Barthol.c.4.hist.62.* Excretiones à vino Rubro tinctæ. 1.Sudores.

Ipsemet observavi idem in Comite quodam Equite Melitensi, in Silesiâ degente, pòst vinum Alicanticum; post vinum Cerasorum sudores quasi cruentos notavit *Barthol.c.4.h. 45.*

Nec solùm per sudorem, sed & per urinam rubrum 2. Urinæ,

rubrum immutatum redditum, quod pòst aliquot dies odore vinum corruptum & acescens referebat. *V. Horst. l. 3. s. 6. p. 317.* Quale exemplum *Th. Bartholino* Patavii retulit *Bened. Sylvat.* de quodam vinum rubrum, eo colore, & odore quo fuerat haustum, mejente, quod notavit *Barthol. c. 1. hist. 68.* ubi quoque de alio, qui post potum vini Rhenani mediocriter salutis causa hausti, reddit Urinam vino epoto tam similem, ut pro vino ipso harum rerum ignaro, propinari potuisset; causam Idem rejicit in Lacteas glandulas Renibus vicinas.

Color Vinorũ artificialis. *Varios quoq; colores vinum & Vini Spiritus ab arte* mutuatur: ut sicco prætereã pede Oenopolis notissimas artes, quibus pallida præcipuè in aureum ex altare sciunt splẽdorem, aut turbida vina pristino restituere nitori, saltem observetur, ad *viriditatem* posse deduci exiccato petroselino, ad *citrinitatem* santalo & croco: *Rubrum* verò *colorem* exhibent Tinct. Caryophyll. coronar. aut santal. item Tinctur. rubertima ex gran. Chermes, rad. Anchus. &c. quam habet *Schmuck. Secret. Nat. p. 1. dec. 2. §. 3.* & quam *Rhumel. in Antidit. p. 152.* vocat Tinct. cordialem, cujus aliquot guttulæ ruberrimum efficiunt Vinum: Rubrum quoque efficiunt rad. Lapath. (ex quâ fit

Torna

Torna☉) & ℞. cocti mellis. *Baricelf. Thef. Secret. c. 137.* aut flores cyani ficcati injecti *Schramberg. de Usu Vini p. 544.*

ARTICULI. I. §. IIIius.

VINI DIFFERENTIA III. ab ODORE. Vini Differentiæ III ab Odore.

Ex *Odore* Vinorum generofitas vel imbecillitas maximè dignofcitur, & ille Vinis eft vel *Naturalis* vel *Artificialis*. Vinorũ Odor

Naturalis Odor eft 1. Naturalis.

1. *Svaveolens, gratus*, qualem fpirant *Vina Aromatica* inde dicta, & provenit à vitibus confitis in terra calida & ficca, & quæ modico afpergitur imbre. *Præfect. de Nat. vini p. 28.* 1. Svaveolẽs. Hæc *odorata vina* inodorô ejusdẽ ætatis faciliùs coqvuntur. *Hipp. 2. de Diæt. c. 6.* Eadem odorifera in faciem afperfa præfentisfimo funt remedio iis etiam qvos vel color nativus deftituit. *Alphonf. Lupej. de Commod.* Et odore vini etiam plurimos qui alterum pedem jam Charontis cymbæ intulerant revocatos, experientia probat, utpote cum vini Odorem nec cerebro, nec nervis nocere probet *Zacut. l. 1. Princ. Hift. 6. quæft. 5.* Vires. *Svavem odorem* fpirant *Vina* ex *Uva Apiana* feu *Mofchatula* confecta, & *Lesbia* odorata. Quædam *vina* etiam *peculiari gaudent odore*, ut *Thafia* referunt poma fragrantia; *Corfica* æmulantur o- Vina fpecifici odoris.

dore

dore cydonia, *Tempsensia* in Calabria violas luteas, *Monterana* in Latio violas purpureas; *Ticinensia* ex uva Pignola Pineoli fructus exprimunt.

2. Inodora vina. 2. *Inodora* Vina, qvalia plerumque nigra ob crassarum partium copiam, *Græca* etiam minus odora; alba quoque & alia naturæ imbellioris & frigidioris; nullo fere spirituoso odore nares feriunt.

3. Fœdidus odor. 3. Tandem *fœtidam quædam* exhalant mephitim & naribus ingrata vel ex loci nata'is paludosi fœtidi vitio; vel ob corruptionem, vel dolii, aut conditura culpa.

1. Artificialis Odor. *Artificialis Odor svaveolens* facilè vino conciliari potest; quale apud Hipp. ἄνθινος οἶνος quod floribus ad svavitatem conditum est. *Gorræus Defin. Med. f.38.* Dicitur alias *Anthosmian* item *Myrrhinum*, ab odore quem liqvidæ myrrhæ instar, fundit, quod partim natura tale est, vel factitium etiam Ungventis odoriferis mistum, *censente Lindan. Select. Med. l.1. Ex.10* §. *137*. De quo vino supra. Quo pertinet *Vinum Libani* in Sacris *Os.14, 8.* nam explicante *Hieron.* cum Hebræis appelletur Libanus Mons & Thus, vinum Libani est mixtum & conditum thymiamate, ut odorem svavissimum habeat *Cornar. in Theol. Vit. l.1. c.17. p.213.*

Moscha-

Moschata etiam & *muscatellinu æmula*, reddi possunt additione Ambræ & Moschi, qualia parant Hispani cum vinis patriis & cum vino Græco nodulum lineum cum bombace avellanæ instar, cum granis aliquot moschi & ambræ vinis infundentes. Ferunt quoq; si in Vinum novum suspēdatur sacculus cum herba Basilic. fieri vinum odore & sapore *moschatellinum*, quod alii flor. sambuc., abjectis petiolis, in aëre siccatis, sacculo inclusis, & fervēti musto inditis; tandem finito fervore rejectis, imitantur, aut cum pulv. ex glycyrr. polypod. anis. aā. ℥ij. Nuc. moschat. ℥iij. V. *Evonym. Thes. p. 575. & 579.*

Le Vin à la saveur
Le drap à la cordeur.

ARTICULI I. §. IVtus.
VINI IV. DIFFERENTIA à SAPORE.

Differētia IV. à SAPORE

Quoad *Saporem*, Vina vel *uno* gaudent *sapore*, *vel misto*, *vel specifico* quoque.

SAPOR unus prædominans

Ex primis Saporum Differentiis *Vina* quædam sunt *Dulcia*, eaque *vel Naturâ*, *vel Artificio*.

1Dulcia 1. Naturâ.

I. *Naturalia Dulcia*, *vel excellenter talia*, ut οἶνος γλυκὺς, qualia *Virg. 1. G. 341.* mollissima & *v. 344.* mitem Bacchum vocat, hoc est, vinū maturitate svavefactum: vel *remissè* talia, ut οἶνος γλυκάζων vinum dulcescens. *Diosc. 6, 17.*

vel excellenter vel remissè

6, 17. qualia sunt quæ ex albis meliora Gallia mittit.

Dulcia mediocriter sunt quædam ex flavis & rutilis: nigra autem crassa ut plurimum absolutæ dulcedinis ut Scybelites &c. *Gal. l. de Euchym. & Cacochym.* *Dulcia vina* quia

Vires. calida & humida in pituitosis alvum subducunt, quia tamê humiditas lenis, corporibus naturâ siccis, biliosis & malancholicis non adeò alvum humectare posse opinatur *Prosp. Martian. in Hipp. de Diæt. l. 2. f. 88.* Nullum album vinum dulce invenies, quemadmodû nec flavum quod admodum dulce, inquit *Gal. l. de Atten. Vict. rat. circa f.* quod ea distinctione saltem admitti potest, si distingvatur *inter vinum dulcissimum* qualia sunt vina nigra tam veterum, quam hodiernorû Mangiaqverra &c. item flava & fulva quale Græcum Ischiæ ex Muscatuils Uvis, Corsicum, Pelusium: inter *Vinum dulce* & *inter Amabile*, de quo ne somniârunt quidem Antiqui. *Vinum dulce* minùs capiti grave, quam vinosum, nec mentem tentat. *Athen. 2, 6.* ideò inter epulas exhibitum. *Id. 3, 36.* quod non inebriaret. *Arist. s. 3. probl. 12, 13. 27.*

Cur autem jecoris faciunt obstructiones, pulmonû verò obstructiones demoliâtur, *V. Crassius Quæst. Med. q. 5. p. 95. Stbiz. l. 5. probl. 148.*

Notetur

Notetur quoque *Differentia Dulcium vinorum veterum & Recentiorum: Veterum* erant crassa, instar sapæ, nigra, indè etiam quia parum de iis bibi poterat, non ebrios reddebant, hodierna verò dulcia, quæ novella, alba, me[illegible]iocris roboris cum multum bibantur affatim quoque inebriant. *Bacc. l.3. de Vin. c. 19.* Sunt *Dulcia* Vina appropriata iis, qui ἀναλήψει egent, modò viscera sint salva, pulmoni salutaria, quod sedata inflammatione prosint ad sputum educendum, pulmonum meatus, & humores in iis hærentes, commodissimè humectando. Diuturnis vulneribus accommoda. *Hipp. de Liquid. Usu*, recentibus enim, calidarum partiũ ratione, hæmorrhagiam promoverent. *Nard genial. noct. 1. p. 81.* Eadem copiosè sumta sitim afferunt, bilem generant, hypochondria inflant, jecur & Lienem obstruunt, iisque noxam inferunt, maximè si inflammatione, aut scirrho laborent. Eadem viscera longo usu nimis reddunt magna. *Ang. Victor. consl. 38.* Eadem capitis vertiginem, stomachi turbationem, & somnos graves afferunt, nervos lædunt.

Differunt vina dulcia veterum & Recentiorum

Noxa.

Artificio dulcia fiunt, *vel ex musto* decocto ut *Sapa, Defrutum* de qvibus supra, ut etiam *de Vino Passo*, qvod ad Solem coctum, ut alterum, ad Ignem, qvo pertinet quoq; *mustum*

2. Arte dulcia. 1. Ex musto.

Semper-Dulce seu *suffocatum*, item *Vinum Melitites*, ex musto cum melle & Sale paratum:

2. cum vino ipso. *Vel fiunt cum Vino* ipso. Dulcorantur etenim Vina melle, undè fit *mulsum* seu *Oenomel*, de quo *cap. 8. art. 1.* §. *1.* cujus varias descriptiones habet *Nic. Myreps. f. 37. c. 31. Pallad. l. 11. t. 17. & Claretum* Dulcorantur quoqve saccharo, aromatibus, musto, sapa. *Hodiè* Oenopolæ *Saccharo Syrupo* Melazzo dicto, qui relinquitur à Saccharo cum crystallisatione fit Saccharum cantium (ita scribit *Cl. Salmas. exerc. Plin. p. 1022.* quasi κάντιον angulosum non saccharum candum, â candido colore) dulcedinem Vinis etiam austerioribus conciliant. Sed hæc *vini adulteria* jam

Improbata vinorum dulcoratio. suo tempore insectatus est *Plin. l. 23. c. 1.* Jam nec Proceres, *inquit*, utuntur sinceris, in ipsis lacubus vindemiæ adulterantur, mirum dictu innocentius jam est quodcunq; & ignobilius. Nec laudare videtur *Columell. 12, 19.* qui etiam *c. 20. inquit*: cavendum ne conditus sapor intelligatur, nam ea res emptorem fugat. An vinum Rhenanum vino dulcoratum evadat frigidius disqvirit, & negat *Hechstet. dec. 5. obs. 9. p. 417.* Quomodo etiam *Arte* parari possint *Vina*, quæ *dulci sapore* sapiant *malvatica*. V. *Euonym. Thes. p. 373. 578. Rhætica, Alsatica, Muscatellina ib. p. 575. Græca, de Romania,*

nia, ib. p. 578. VVeck. de Secret. 5. c. 7. Cretica per flores & semen hormini hortens. *V. Mizald. Hort. Med.* Hactenus de dulci mero quod molle vocat *Horat. 1. C. 7, 19. Juv. 1. 69.* cui opponitur vinum durum σκληρὸν apud *Theophr. V. Turneb. 12, 8. & 25, 24.*

2. *Austera & Acida* sunt *vel à primo ortu* statim talia, cum nativum colles lachrymantur Acetum, jocante Poëta, *vel* cum villum transit in vappam & acescit. Vocari autem *vina acida* & vapida. *Acetum* observavit *Isaac Grang. Comm. in Juv 5. 292.* qvibus adde *Mart. 10, 45, 5. Horat. 2. S. 2. 62. & 2, 5. 3. 117.* Vinum Austerum durum dicitur *Ter. Heaut.* 3, 1. potu scilicet non tempestivum. *Lucil.* Vinum Crucium, quod *Taubm. Comm. ad Plant. Amph. 2, 3.* festivè germanicè reddidit Marter guter Wein. *Horat. 2. C. 27.* vinum severum. 2. Austera & Acida.

Acida frigefaciunt, attenuant. *Hipp. 2. de Diæt. c. 6.* sunt tamen substantiæ tenuioris & penetrâtioris, incidunt, & obstructiones reserant. Alia temen ex his leniter adstringunt, qvale *Piccantum* rubellū, quod in Diarrhœa valet. *Solenand. s. 4. cons. 9.* & in Podagra. *Id. s. 4. cons. 24.* qvod ventriculum roborat & minus cerebrum & nervos ferit. Germanis Zapffenrès. *Id. s. 2. cons. 16.* Talia Vina *Acida* sunt *Verdesca* apud Neapolitanos, & qvoddā Vites. Subacida Picant. A sprinū

 Aspri-

Asprinum dictum, non quidem nobilius, sed vulgarioris sortis, & quoddam *Surrentinum* ex uvis acidis gratissimi saporis, sed maturis, expressum. *Barthol. de Cruc. Christ. hypomn. 2. §. 2. p. 121.*

Austera alba calefaciunt, & magis Urinam, quàm alvum, movent, *nigra* sicciora nec alvum, nec urinam movent: talia sunt modicè crassarum partium, parum adstringunt præcipuè nova, vetustate austeritas concoquitur & vinum tenuius dulciusq; evadit: hinc ad senium perventa, excalefaciunt, facilè distribuuntur, stomachum juvant, robur addunt. Alias, quanto *austeriora*, tanto frigidiora & crassiora, fluxiones sistunt, quale Signinum. *Scribon. Largius §. 112. morb. 13, 116.* & Aminæum *Rhod. in Larg. §. 64.* caput non tentant, attamen nec facilè digeruntur. In Syncope à flavâ bile *Gal. 12. M. M.* commodissima censet, quæ qvidem naturaliter austera sensilem tamen adstringendi vim propter vetustatem non amplius exhibent, calorem tamen habent evidentem, qvalia ex Italicis Marsum, Sabinum &c. In fracturis ea laudat *Gal. Comm. 3. de Fract.* eadem in affluxu humorum repercutiunt egregiè.

3. Acerba. 3. *Acerba* Vina, qvæ à *Manard. 14. ep. 3. Stryphna* dicuntur, frigida sunt, & crassioris sub-

substantiæ, magis adhuc adstringũt, austeris, habent saporem *ponticum*, multum implent tardè permeant, excretiones morantur, hærent in hypochondriis, conferunt saltē moderatè sumta ventri fluenti. *Gal. l. de alten. Vict. rat. c. 12.* thoracicis tamen summè noxia: externè repellunt humores affluẽtes, & inflammationibus, cũ, vel sine ulcere, imposita, efficax præbent remedium. Pertinet huc vinum *Biæum*, quod ante maturitatem, & quasi per vim, ab Uvis expressum est, item *Omphacites* quod ex semimaturis Uvis per triduum in Sole passis, veteres parabant, quod gravidarum malaciis confert & stomacho dissoluto. *V. Dioscor. l. 5. c. 8.*

4. *Salsa Vina* ob aquam marinam vel Sal in conditura adhibita, *de quibus supra*, quæ hodiè exoluerunt. 4. Salsa

5. *Acria*, quæ succedunt dulcibus per vetustatem, sunt vehementer calida, vetustate namque omnia vina fiunt calidiora; austeriora quidem natura, temporis spatio dulcedinem quandam, depositâ adstrictione, acquirunt cum aliquâ acrimoniâ, sensim dein dulcedinem deponunt & semper acriora evadunt, donec assiduè magis magisqve amarescant. *Gal. 4. de Simpl.* 5. Acria

6. *Amara* quæ saltem vetustate fiunt talia, 6. Amara

lia, videmus enim longa coctione, parte volatili evaporata, saccharum & omnia dulcia amarescere. Vina itaque amara immodicè siccant. *Gal. 7. m. m.* & vitanda iis, quibus stomachus flava bile urgetur. *Id. 12. m. m.* Vid. §. *seq. vetus vinum.*

Sapores Misti. *Quoad mistos Sapores*, dantur Vina *media inter dulcia & austera*, quæ mediocriter corpus nutriunt, semicrudos humores concoqvunt, hepaticis conferunt, tum vires imbecilles reficiendo, tum fluxus inde ortos sustollendo, quædam sunt *dulcia adstringentia acria simul*: sic vinum de Nola Codacavello dictum habet admistam cum dulcore svavitatem mordentem ac sugentem lingvam, &c.

Sapores specifici. Ex his *mistis saporibus* oriuntur quorundam Vinorum *specifici Sapores*.

Dantur *Matura*, quæ vina olim propriè saporis vinosi fuerunt, nec acida, nec adstringentia, nec dulcia sunt. *Montan. consil. 323.*

Dantur *Vina tenera, Amabilia*, svavia, quale κατ' ἐξοχὴν est vernacia, & Vinum Amabile in Liguria. Sunt Græca Ischiæ dulcia quidē, sed *delectabili suctu* os & lingvam contrahētia; sunt vina *Picciarelli* dicta electissima gustu *piccante*. Delectabilia: sunt Albana sapore non pingvi nec aspero, sed quem *Cotogninū*

vocant

vocant cum ſvavi ſuctu linguæ: ſunt *Aſucca*, à ſuctu lingvæ appellata grato ſuctu lingvam pungentia, qualia *Bruſca, Aſperina*, & quæ ori gratam à Vinaccis acquirunt adſtrictionem *Vinaciola*, ſapore inter auſterum & amabile miſto. Hodiè in quibusdam Vinis *Aſperitatis acumen* quidã expetũt, injectis aut in muſto meſpilis, aut in vino ipſo Uvarum internis acinis, vel impedito muſti fervore, ſæpè ipſum agitando ne bulliat, aut alio modo ejus coctionem prohibendo, unde calor quidem crudas aliquas partes extenuet, fractus autem non digerat, unde acuta & feriens acris ſaporis ſpecies, quæ nec acori, nec auſteritati integre reſpondet. *Gvarin. conſ. 387. f. 439.* & talia vina ibidem ſtomacho utiliſſima cenſet. Sunt vina quædã ob ſaporẽ Italis *Garba* & *Sorbigna* dicta, qualia quædam è Malvaticis: Placentina odoris aromatici & *ſaporis inſtar Pineolarum*, Corſica tandem ſaporis non dulcis exactè ſed pungẽtis ſuccoſi, *piloſi* in ſpecie, quod leni guſtu lingvæ applaudãt ſicut lævi palpo animalibus dicitur allaſciare il pedo.

ARTICULI I. §. Vtus. Differẽtia Vta à Virtute.

VINI DIFFERENTIA Vta à VIRTUTE.

Vini Differentia à Virtute ſeu efficacia, ſunt:

1. Vina generosa. 1. *Vina generosa, potentia, fortia, Carotica* Veteribus. *Cœl.Rhod.28.c.35.* quod facilè & potenter inebriet, *vehementia. Cels. 2, 18, firma*, Græcis ἔυτονα, quod in perpetuâ virtutis & mollitiei constantiâ, *Vinosa*, οἰνώδεα, *consistentia, ætatem ferentia, sincera, meraca, protropa, polyphora*, quæ multam patiuntur aquam. Gallis *vin delicat & friant*. Ital. *vino delicato & piacevole*. Talia sunt Malvasia, Græca, Lachrymæ, reliquaqve generosa, quæ plurimum poscunt aquæ, alia midiocrem saltem sustinent. *Quædam* ex his *spiritu, quædam corpore valentiora*, dignoscuntur, quod illa citò in ventriculo vim amittant, hæc diu retineant & sæpè in frigidioribus ventriculis acidum quendam fervorem acquirant, in calidioribus sitim, & aciditatem pariant, præcipuè quæ crassa. *V. Guarin. cons. 44. & 466.* Ideò talia imbecillioribus nocent. *Gal.Comm.6.§.28.* item in febribus & iis, qui se iis implent, tremorem inducunt, & caput feriunt. Flatus tamen & humores crudos discutiunt, & calculosis prosunt. *Horst.de Vit.§. 185,*

2. Imbecillia. 2. *Vina imbecillia, vilia. Schedia. Cœl. Rhod. 28, 29. Aquosa*, quod similitudinem habeant aquæ, substantia & colore, lucida, diaphana *Oligophora*, qvod multum aquæ non patiantur. Vocatur tale vinum *fugiens, exiguum, frigi-*

frigidum, insipidum, invalidum, tenue, Vinaciola Weinlein / *villum.* Huc pertinet vinum *ἀδύναμον* cujus modum docet *Diosc.5,9.* qvod ampliùs anno, non durat, & ægris datur quibus vini noxa timetur. Huc referrur quoq; *Vappa* seu vinum exoletum quod *Perf.4.fat. v.32.* vocat Pannosam fœcem morientis Acceti: & qvia tale vinum nullius est pretii ab *Eod.Perf.5, v.16.* homo insipidus, vappa vocatur, quæ Latinissima vox est. *V.Luf.Priap.carm 13.v.6. Catull.epigr.28. v.5. Gebbema Comm. in Luf. Priap.p.13.*

2. *Vina intermedia*, quæ nec nimis generosa, nec nimis imbecillia, & reliquis saniora. 3. Intermedia.

Generosa vires infirmas magnoperè percutiunt. *Mercur.T.2.conf.7.* Cerebrum, ac nervos feriunt. *ib. conf. 19.* & vi non exiguâ ventriculum siccandi pollent. *Id. T.3. conf.60.* Vires.

Aquosa non adeò adjuvant coctionem, paucissimi enim sunt alimenti. *Gal. Comm. 2. §.18.* in febribus exhibentur, qvia promovent evacuationes per Urinam & sudores. *V. supra de Usu vini in Febrib.*

ARTICULI. I. §. VItus.
VINI DIFFERENTIA VIta à CONSISTENTIA.

Differentia VI. à Consistentia.

Tandem à *Consistentia* dantur *Vina* substantiæ consistentia.

1.Crassa. 1. *Crassa*, qualia pauca alba. plurima nigra, tam dulcia, quàm austera, item rubra, unde Ital. *Vin rosso grosso*, Gall. *Vin gros. vin puissant.* in ventre diu hærent, ægrè concoquuntur crasso sangvine venas infarciũt, corpora multum alunt. Adhibentur iis, qui calefaciendi, & in quibus crudi humores abundant. *Gal. l. 5. de Sanit. tuend.* Lienosis noxia. *Id. 3. de rat. vict. acut.* Tale fuit *Antiquorum vinum passum, vinum dulce, Hepsema, & Vinum Acinaticum Veronense*, coloris purpurei adeò crassum, ut carneus liquor vel potio edibilis videretur. *Cranz. l. 3. Suec. c. 34. Quædam crassa feculenta*, magnam ♀i copiam deponentia, *quædam* tamen *spirituosa*, licet tenuia, ut Græca, Canariana, nullas aut paucas fæces gignentia, *quædam medium locum tenentia*, ut vina Vasconica, Narbonensia, vin de Caute perdris, vin de Beaulne aliaq; Ital. Gall. Germ. Burgund. quæ *2. Media inter crassa & tenuia. V. Deodat. Panth. l. 2. c. 16. p. 145.*

Vires.

2.Media inter crassa & tenuia.

3. Tenuia. 3 *Tenuia, Aquosa* scilicet & *oligophora, villa, vina cibaria Varr.* Gallis *vinot, vin leggier, vin foible, vin plat*, Ital. *vinaccio*; sunt inodora *Gall. Comm. 3. in de vict. acut.* §. *20*, insipida *Oribas. l. 5. coll. c. 6.* minimè omniũ calida. *Gal. 5. de sanit. tuend. 5.* inter vina aquosissima. *Id. 7. m. m. 6.* utiliora tamen, quàm aqua quia πε-

Vires.

πτικα

πεπτικὰ δ᾽ιδρωτικά. *Id.8.m.m.3.* calidis naturis utilissima. *Id 5.de tuend sanit.c.12.* capitis dolores, qui ab humoribus in ventriculo collectis, eveniunt, mitigant. *Id.8.m.m.3.* per urinam & alvum promptiùs secedunt & corpus humectant. *Hipp.2. de diæt.c.6.* febricitantibus idonea. *Gal.12.m.m.* quia non perspicuè calefaciunt, nec caput tentant, nec nervos debilitant, eadem contemperant omnem qualitatis excessum, & præcordiorum æstû, etiam sudorem movent. *V. supra de Usu ejusdem in Febribus* In defectu horum per *Aquæ additionem generosa diluta* & tenuia fieri possunt. *Pamphil. Herilacus de Podagra c.40.p.79.* vinum tenue parat, quod absq; alteriùs aqvæ additione bibi possit, si sumantur tres musti partes, & aquæ una, bulliant mixta usqueqvaqve minuatur pars quarta. *P. Salius Divers. de Febri Pestil. c. 25.* Panis medullam leniter tostam vino injicit, & per temporis spacium ibi relinquit, ita Panis subtiliores vini Spiritus attrahit.

ARTICULUS II.

Differẽtiæ per Acci-dens. 1. ab Æ-tate.

VINORUM DIFFERENTIAE PER ACCIDENS.

§. I. ab Æ T A T E.

Differentiæ quæ ab *Ætate* sumuntur reddunt

dunt vinum vel *Novum*, vel *Medium*, vel *Vetus*.

1. Vinũ novum 1. *Vinum novum*, quod non amplius Mustum eſt, ſed jam defœcatum, potuiq; aptum, depoſitis per ebullitionem terreſtribus partibus, aliàs dicitur *Juvenale* à juventute, *recens, hornum. Horat. Epod. 2, 47. hornotinum, unius anni, doliare*, aſperum, quod nondum diffuſum in alia dolia: *Plin. 14, 14. piccans dentatum* & *mordax. Mercur. l. 2. Var. c. 13.* cui opponit *Plaut. Pœnul. 3, 3, 86. edentulum* vetuſtum quod guſtum non amplius feriat. Quando vinum novum primum deguſtabant veteres, utebantur formula: *Novum vetus vinum bibo, veteri novo morbo medeor*: dũ enim vetus eſſe dicebant aliud novum optabant, ut de primitiis pomorũ explicat *Plin. 28, 2. & Briſſon. de Form. Pop. Rom. l. 1. p. 91.* Aliter tamen explicat de vino recentato ſcilicet *Mercur. 1. Var. Lect. c. 7.* dum veteri vino novum additatum, adeoque quaſi renovabant vinum.

Vires. *Quoad Uſum, vina recentia* excrementoſa & δύσπεπτα *Gal. 7. m. m. 6.* ſæpe, ut aqva, in ventre ſuſpenſa remanent, ut ſi paulò ex iis ampliùs hauſeris, facillimè aceſcant. *Gal. l. de Euchym. & Cacoch.* qvædam ex iis alvum movent, quia muſto propiora ſunt, itemq; alunt *Hip. 2. de Diæt. c. 6.* qvædam ex novis, Urinam non

movent

movent, ut de Tiburtinis, & Signinis *Gal. 5. simpl.* qvædam, præsertim hodierna Alba, urinas movent. *Manard. l. 19. ep. 2. f.* caput replent, sensus obtundunt, somnia perturbata faciunt. *Mercur. T. 3. cons. 65.*

2. *Vina ætatis mediæ* ad Usum sanorum, ægrorumq; utilissima. Notandum autem, qvoad statam Vinorum ætatem, maximam esse latitudinem. *Mundell. ep. 14.* vina 6. annorum nova vocat, qvod de Germanicis non dici potest, qvæ 6to anno jam antiqua, cum longam ætatem non patiantur. 2. Ætatis mediæ.

Sic Albanum primo tempore crudius est, postmodum fit svavius ætate. *Guarin. cons. 463* sic Sabinum novum, vile vocat *Horat. 1, c. 20, 1.* qvadrimum *Id. 1. C. 9, 7.* laudat *Athen. l. 1. c. 24.* pluribus in specie recenset *vinorum ætatem*, qvæ aliis citiùs vel longiùs maturescant. Talia *mediæ ætatis vina* vocantur *langvidiora Horat. 3. C. 21. 8.* hoc est, vetustate lenia facta; & *levia. Pers. Sat. 3, 93. Trifolina Juv. 9, 56.* quod *Dalech. not. ad Plin. 14, 6.* vocat *vin de trois fueilles* qvæ tertio foliorum exortu, hoc est, tertio anno ad bibendum tempestiva fiunt, juxta tritum Est, Est, Est. *V. Grang. Comm. in Juv. l. a. Mart. 13, 114.* Vinum ἐξηθριασμένον *Hip. l. 1. de morb. Mul.* explicante *Cordæo Comm. 7. in l. a. § 35.* quando vinum, quod antè turbidum ali-

alicus rei permistione fuerat, fit pellucidum ac sedimentum ponit.

3. Vet9 3. *Vinum Vetus*, qvod secundùm ætates varias patitur differentias. Veteres quo vetustius, eò libentius potabant. Hinc Eubuli jocus apud *Athen.1,19.* apud meretrices semper in honore vinum vetus, non item vir senex, sed juvenis. Præcipuè antiqvata & amaritudinem sapientia expetebant; unde Senec. ep. 64. in vino veteri ipsa nos amaritudo delectat. Quare calices amariores *Catull. 27, 2. Jan. Dousa in Not. p. 27.* rectè explicat de vino veteri. Tale vinum quod per plurima duravit lustra, *lustricum* vocat *Leonell. Favent. Prax. Med. p. 77.* vinum *11. annorum* commendat *Oppian. 4. Cyneg. v. 328.* & *Cœcuba* de cellis avitis. *Horat. 1. C. 37. 6.* itemq; Vina perpetuis ævo certantia Fastis. *Stat. 4. Sylv. 6, 7.* Tale vetus vinum *Annosum* dicitur *Tibull. 3, 2, 19. Mart. 6. 27. Vetulum. Catull. 27, 1. Mart. 1, 19. 8. 77. edentulum. Plaut. Pœn. 3, 3, 86. diffusum. Horat. 1. c. 5. 4.* quia è doliis in amphoras & cados fusum; *Vetus vetustum. Plaut. Curc. 1, 2, 4. in ætate Pretiosum. Apulej. 2. Met. p. 103.* Sic laudatur *Mart. 1, 106.* testa anus & *11, 50.* amphora nigri cariosa Falerni. Extollunt Poetæ sub Numa condita vina. *Mart. 3, 61.* Frontino Consule. *Id. 10, 48.* Consule Tullo. *Horat. 1. C. 8, 12.* (hoc vinum

Pitama rum.

Varia ejus nomina

Vina Consularia.

47. an-

47. annor. *Cruq. Comm.*)cadum Maffi memo-rem duelli. *Id. 3. C. 14, 18.* (qvod erat annor. 64. *Cruq.*)& amphoram Bibuli Consulis. *Id. 3. C. 28, 8.* (:/: sub eo signatam) capillato diffusa Consule, & quæ bibuntur Uvæ bellis socialibus calcatæ. *Juv. 5, 30.* Meminit *Mart. 8, 45* Amphoræ quæ centeno Consule facta minor; imò loquitur de vino ante Coss. tempora recondito. *Mart. 13, 111.* Imprimis Omnibus vinis prælatum *Opimianum* qvod A. V. 633. natum duravit usq; ad Anno 818. & amplius ad 200. annos. *V. Gonzal. Comm. in Petron. p. 137.* V. *de eo Vellej. Paterc. 2, 7. 5. Plin. 14, 4. & 14. Mart. 1, 27. 2, 40, 5. 3, 26. 3. 3, 81, 24. 9, 89, 1. 10, 49, 2. 13. 113.* & hic primus author fuit picandi, reponendi-qve vina. Ut *enim vetusta fierent* in doliis condita pice aut *gypso delinibant, Horat. 1. C. 20, 2.* & in loco statuebant, quo fumus posset pertingere. *Demster. l. 3. Antiq. c. 30.* vinum namq; celerius fumo maturescit. *Columell. 1, 6.* quod insaluberrimum putat *Plin. 23, 1.* *Vide supra de conditura Vinorum.* Hinc phrasis: *Linire* victuro dolia musto. *Juv. 9, 58.* hoc est picare, qvia, qui picant vasa, picem diluere solent, ut liquidior inhærescat vasorum lateribus, quibusdã etiã adhibetur *Cera.* Notabantur *Cadi inscripto nomine Authoris Consulis, Patriæ,* de quo more, *Barn. Brisson. de form. Pop. Rom. l. 8. p. 739.*

Opimiana.

Vt vetusta fierent qvomodo servata.

Cadi nominibus notati.

p.739. Juv.5,34. & exempla paulò ante allata. *Petron. in Satyr. p. 26.* allatæ Amphoræ diligenter gypſatæ, quarum cervicibus pittacia erant affixa, cum hoc titulo: Falernum Opimianum annorum cētum, Unde *Plaut. Pænul. 4,2,14.* vocat hanc inſcriptionem, litteratas fictiles Epiſtolas Pice ſignatas, ubi nomina inſunt cubitum longis literis. Et ab *Eod. 2. Rud.5, 21.* talis Amphora vocatur Urna litterata. Manavit inde proverbium de *meliore nota. Turneb. Adv. l.1. c.1.*

Vinum vetus promere. *Quando* vinum *vetus* promebant, utebantur formulis, relinire dolia & ſerias. *Terent.* ſeriolæ veterem deradere limum. *Perſ. 4, 29.* vincla ſolvere cado. *Tibull.2,1,28.* & corticem adſtrictum pice dimovere. *Horat. 3. C.8,10.* Tanto ergo temporis ſpatio reſervata vina fiebant adeò craſſa ut, bibi non poterant; qva propter talia incraſſata percolabant per ſaccum, *partim*, ut relictis in ſacco fæcibus, vina depurarent, ita fiebant leviora, liquidiora, mitiora; *2. Mart.12,61 3. & Apulej. 9. p. 240.* vina pretioſa ad bibendum defæcat: *partim* ut peregrinis ſaporibus additis, eorum facultatem vina retinerent, palatumque ſvaviùs afficerent, ſic ſacco aniſum & amaras nuces inditas teſtatur *Mercur. 2. Var. 17. partim* ut vini robur, ſacco frangerent quo plus bibere poſſent.

Vinum vetus ſacco transmiſſum

& quare.

possent. *Plin. 19, 4.* vocat *castrare vinum*, velut enim porcos, gallosque excidere solent quo mollior præter naturam eorum fiat caro, degeneretq; in fœminam, ita vinum percolantes eunuchum id faciunt, hoc sophismate excogitato, ut perdendo vino nati, plurimum valeant ingurgitare. *Cœl. Rhod. 28, 26. Horat. 2. S. 4, 54.* vocat vitiare lino vina, hoc est, sacco lineo. *Cœl. l. a.* insalubre hoc vinum judicat, quod tale vinum nervo excidat, ac genuinum restingvat calorem. Meminit *vini saccati* Falerni *Scribon. Larg. c. 29. §. 122.* Tale vinum dicitur *saccitominum J. B. Codronch. de Ann. Climact. p. 2. c. 5. Theophrast. 6, 9. de Caus. Plant.* vocatur οἶνος σακκ. ζωμός, *Jul. Polluci 6, 2.* οἶνος σακκίας ὀδυλισμένος. *Martial.* locum 2, 4. Cœcuba siccentur ex veteri libro, Cæcuba saccẽtur, restituit *Turneb. Adv. 17, 18. & 23. 25.* Vocabant hunc morem quoq; *sacco eliquare. Id. Adv 13. 14.* Saccum depingit *Colum 9, 15.* Urinam inde, *saccatum corporis humorem*, vocat *Lucret. l. 4.* sangvinis quippe serum est liquatum in vesicam. De vino percolando. *V. Plutarch. 6. sympos. 7.* Notat *Rhod. Not ad Scribon. l. a. p. 196.* adhuc lautioribus in Italia hodiè & Principibus maximè vina ita cõcinari Cõtrariũ est vinũ ἀδύλιστον, non percolatũ *V. Horrstiu Defin. Med. f. 6.* Hodiè adhuc raritatis gratia Exẽpl vini ve

 interis.

in aliquibus locis vina asservantur vetustissima. Refert *Bacc. l.5. de Vin. f. 245.* in *Aprutio* circa Balsoranum Piccolhomineum habuisse dolium circulis ferreis munitum, in quo vinum 130. annorum quod ad usum ægrotantium toto anno modicè haustum tantundem novis vindemiis refuso perseveret sincerum gustu & odore fumoso. *Id. f. 267.* refert *Fabriani* Trebianum se gustasse 120. annorum albescens aliquantulum & subamarum. *Heidelbergæ* fuit vinum in cellario de Ao. 1343. cujus meminit *Seth. Calvis. in* Oper. *Chronol. V. Zeil. Itin. Germ. c. 9. f. 223.* In Cœnobio Austriæ Melck *Vinum Colomanni* dictum, reperiri, qvod ultra 300. annos duraverit, testatur *Id. Zeiler. in Topogr. Austr. f. 29.* In cellario arcis *Badenæ Henzner. refert. Itiner. f. 14.* se gustasse vinum An. 1472. natum; ipsemet *Argentorati* An. 1650. in Cella Xenodochii vidi dolia tria & ex iisdem degustavi vina, quorum primum 1472. alterum 1519. tertium 1524. conditum & ad hoc usque tempus servatum. *Alia* recensere supersedeo.

Vires. *Quoad Vires Vini Veteris*, notetur: Parœmia *Plaut. in prolog. Casin. v. 5. qui utuntur vino veteri sapientes sunt*, cum enim calidum sit & generosum plurimos Spiritus procreat. Frigido morbo correptis commendat *Gal. 7. m. m. 7.*

m.7. & iis, qui ex oris ventriculi, aut cordis dolore deliquium animi patiuntur. *Id.3. de simpl.Fac.c.19.* Capiti tamen molesta, nervos offendunt; prompte inebriant. *Id.l. de bon. succ.c.11.* noxia temperaturis calidis *Id.6. de sanit. tuend.3* & vigilias inducunt. *Id. 2. Loc. aff. 9.* De *Veteri vino* (quod *Hipp.* vocat οἶνος παλαιὸς *l.1.de morb.Mul.& Cord. Comm.2.§.21.*) ita loquitur *Verulam. Hist.Vit.& Mort.p. 299.& 338.* Vinum vetus hoc habet, quod subtilitatem generet in partibus liquoris, acrimoniam in Spiritus Hominis, quorum primum utile, secundum noxium; itaque ad hanc complicationem emendandam, mittatur in dolium priusquam residerit nonnihil vinum à musto, caro suilla aut Cervina benè cocta, ut habeant Spiritus vini substantiæ alicujus pingvis quod ruminent, & mandant, atqve inde mordacitatem deponant.

Datur etiam *vetus corruptum*, crassescens humanæ naturæ inimicissimum, quod suscipit facultatem εἰκταδονάδη venenis similem. *Neucranz. de Purp.c. 9.* ex quo plures monachos interiisse refert *Boccang. de Morb.pestil.c.8.* Vetus corruptum.

§. IIdus DIFFER. VINI ULTIMA à LOCA NATALI.

Vinorum differētia ratione loci.

Vinorum Differentia tandem *pro diversitate Re-*

te Regionum varia, adeo ut *Plin. 14, 2.* dicat: Tot Vina sunt penè, quot agri. *Causa* pendet vel 1. *à Vitis specie*, cũ alia præ alia qvoad saporé, odorem, temperamenta, & vires meliores Uvas proferat: 2. *à soli proprietate*, cui interdum extranea admixta, utpote mineralia, Lapis calcarius, fcissilis, uligo, unde licet optima sit Vitis species, vitiosum aut alienũ attrahit alimentum. 3. *à Cœli & Astrorum cuique regioni peculiari influentia*, unde radiorum Solis, aëris, Roris, imbrium copia vel inopia. 4. *à culturâ incolarum diversa*, qua neglectâ, optimæ vites degenerant. *V. Sala Hydr. f. 4. c. 4. p. 90. Lemn l. 1. de Occ. c. 17.* & hac de causa varia Antiquis laudata Vina hodiè desierunt, partim ob culturam diversam, partim ob terræ defectum à Natura: ut enim hominum corpora in totum mutantur, ita Terra, per partes dum assiduo cultu tandem exolescit vitali suo balsamo destituta. *Famosiora velut in Compendio ex optimis Authoribus tam veterum, quàm Recentiorum vina paucis exhibebimus.*

Vina 1. Europæ.

I. VINA EUROPÆ.

Europam primò perlustrantes *Græciam* Baccho superbientem, ejusque adjacentes Insulas vitibus prægnantes, Nectar fundentes

tes invenimus. Ex illis commendatur Vinum
1. *Pramnium*, vini genus dulce ex Smyrna Regione, fiebant ex Uvis Sole ficcatis aut in farmento torrefactis. Hoc laudat *Homer. Il.* λ *v. 638*. Dicitur quoque *Icarium Athen. 1, 24.* & *Phasmacites* à petra in Icaro. *Cœl. 6, 12*. Meminit vini *Pramnii*, quod ὄινον ἀναώδη vocat, *Hipp. l. 1. de morbis. mul. V. Cordæus Comm. 4. §. 26.* — 1. Græciæ & ex Insulis propè Græciam

2. *Mitylinæum*, alias *Prodromon* dictum. *Athen. l. a.*

3. *Maronæum*, dulce vinum rubrum è Thraciæ Chersoneso, vehemens, polyphorū quod laudat *Homer. Odyss. 1. v. 209.* dono datum à Marone Ulyssi; ad 200. annos durabile. *Plin, 14, 4.* — Maroneum.

4. *Arcadicum* erat vinum siccatum, ad ignem enim utribus suspensum indurescebat instar Salis, evaporante humiditate. *Cœl. Rhod. 28, 36.* — Arcadicum.

5. *Coum & Leucadium* laudat *Plaut. Pæn. 3, 3, 85.* Coa Vina *Pers. sat. 5, 135.* lubrica vocat, hoc est, explicante *Farnab.* mollia & lenia. — Coum.

6. *Andrium*, ex Andro Insula, quamvis alii non ἄνδριον sed ἀνδρεῖον scribant, quasi vinum generosum. *Gorræus in Defin. Med. f. 328.* — Andrium.

7. *Argivum*, ab Argo, Græciæ Civitate, cujus vitis Argitis minor dicebatur. *Virg. 2. G 99.* minor autem quia humillimis tabulatis ad- — Argivum.

eoque jugo, quam arboribus maritandis amicior, teste, *Columell.3,2.*

Lesbiū 8. *Methymneum, seu Lesbium* à Methymna, Lesbi Urbe. *Ovid 1.de Art.v.57.* Gargara quod segetes, quot habet Methymna racemos. Laudat hoc *Virg.2.G.90. Plaut. Pœn 3, 3,85.* Erat vinum præstantissimum, flavum, odorum, consistentia, inter aquosa & crassa, medium, quia tamen caput facilè tentabat, infirmo capiti noxium. Vinum in Lesbo ad Mitylenen erat minus odorum, dulcius ad Eressam, optimum verò ad Methymnam. *Crusius in Turcogræc.l.4. f.299.* refert Vinum Lesbium adhuc Constantinopoli gratissimum esse, precio carius, quam reliquarum Cycladum vina venire, colore valde clarum, ut meliore etiam colore sit. Ebuli semen injici ex Judæorum admonitione. Hoc Rhodio prætulit *Arist.* apud *Agell.13,5.*

Thasiū 9. *Thasium* è Thasio maris Ægei Insula. *V. Virg.2.G.91. Plaut. Pœn.3,3,85. Columell. 13,23.* Erat autem duplex, unum quo somnus conciliabatur, alterum quo fugabatur. *Plin.14,18.* V. de hoc *Marsil. Cagnatus l.3. Var. obs.12.*

Rhodiū Thessal. 10. *Thessalum* erat suave: *Corinthium* asperum, *Rhodium* turbidum & simile dulci *Præfect. de Nat. Vin. p.25.* Arist. apud *AGell.13,5.* *Rhodium* vocat firmum & jucundum.

11. Chi-

11. *Chium*, Vinum è *Scio* olim, & adhuc, in summa gloria. *Virg. 2. G. 98. Horat. l. Epod. 9. 34. Horat. 3. C. 19. 5. 1. S. 10, 24. 2. 3, 115. 2. S. 8, 15.* vocat. Chium Maris expers, quasi generosum mistionis impatiens, & *v. 47.* Chium citra mare natum. Chium

Vocatur quoq; *Phaneum*, à monte in promontorio hujus Insulæ. *Turneb. 25. Adv. 26. Arvisium* quoque, à promontorio, quod hodiè *malvasia* dicitur, optimum erat prorsus ad digestionem. *Plin. 14, 7.* Compositionibus adhibet *Scrib. Largus c. 30. §. 126.*

12. *Creticum* ex Insula *Candia*, olim *Monobasites*, à Monobasia nunc Epidauro, Argolicâ Urbe. *Cœl. 28, 29.* unde in Cretam vites delatæ sunt & ibi propagatæ. Hinc quoque *Malvasia* hodiè dicitur, & vinum Malvaticum. Nobile fit à situ Insulæ, atque benigno Solis aspectu, est vinosum, substantia plenum, passum, dulce, coloris aurei; tantarũ Virtutũ, ut Poëta Italus exclamet: son tutte vinazze gli altri vini appresso à quello chemãda Cãdia di tanta bontade. Manna alla bocca, è balsamo al Cervello. Et alius *Poëta Italus* de Malvatici laude: quæsto beuer de gli Dii Gusta una volta, perche d' ogni altro vino Gli par qvasi poter lavarsi i piedi. La Malvagia liquor cotanto fino Oltra l' esser al gusto pretiosa Fà creticũ Malvaticum.

l' huomo diventar quasi divino. Olim quoq; *Theraeum* & *passum* dictum *Modum parandi vide de vino dulci*: *hodiè* parant *duplex Malvaticum* ex omni genere Uvarum, & quidem tanta in copia, antequam Turcae Insulam devastarunt, ut ad ducenta millia doliorum in Europam quotannis translata. *unum Amabile* dictum, ex uva Apiana sive Muscatellâ dulce, coloris aurei: *alterum Garbo* sive *Scrbigno*, ex austeriori Uvae genere, cum adstrictione, nigrum. Quod autem *specialissimè Malvasia* dicitur, non largè provenit, paratur ex selectissimis Uvis per saccum colatis, fit purissimum, & saltem Nobilissimis Venetorum domino mittitur. *Malvaticum* autem *quod pro Cretico in Germania divenditur, factitium* vinũ est, cujus descriptiones habentur *cap. de Vin. compos. Guarinon. consil. 216.* vinum *malvaticũ* minùs vires infirmas posse alere censet, sed potiùs dissolvere, nisi cruditate vẽtriculi aut frigiditate tales sint, ventriculo enim, nescio qua singulari virtute vinum de Candia adeò amicum, inquit *D. Döring. in disquisit. Epistol. mss. 12. Mart. 1620. scripta.*

Corcyraeum. 13. *Corcyraeum* laudat *Juv. 15. 25.* ab Insula Phaeacum in mari Jonio hodiè *Corfu* venetis subjecta, ubi & *Zante* & *Cephalonia*, quae dulce vinum fundunt.

14. *Ma*

14. *Malvasia di Napoli, ab Insula* Archipelagi *Napoli di Malvasia* dicta, Turcis hæc paret, ex Uvis digitali longitudine vinum fundit rubrum & album, quod post Creticum secundum tenet locum; uti Dn. *D. Jonas Deutschländer, Medicus Fraustadii, Amicus integerrimus* ex propria experientia utpote qui per plusculos menses in Creta, & vicinis Insulis vixit paucis ab hinc annis, Literis mihi fidem fecit, simul addens, in reliquis Turcicis Insulis *Milo, Cerigo, Thime, Sifanto, Nixia, Paride,* dulcissima vina nasci quæ bonitate Cretica ex parte æmulentur. de 14. Octob. 1659.

Ex *Græcia* per mare redeunti, Italia sese offert, & primo intuitu Portum Tarentinum in Magna Græcia cum toto dominio Neapolitano tenemus. Hoc toto tractu Fortunatæ quasi repræsentantur Insulæ, ut rectè *Flor. l. 1. H. 16.* fateatur hîc Liberi & Cereris certamen esse. Sunt autem ex his *Vinis quædam veteribus quædam Recentioribus* magis nota. 2. Italiæ 1. in Regno Neapolitano.

Ex *Veteribus* decantatissimum est *Falernum* quod crescebat *in monte Gauro* hodiè *Montedragone* apud Sinuessam ad Lirim fl. hodiè Garigliano, cujus montis pars occidentalior Gaurus, orientalis & juga ejusdem, Massicus, septentrionalis Falernus dicebatur; Vinum ergo quod summis collibus nascebatur *Gauranum,* Veterũ famosa vina. In Campania Falernum. Gauranum.

Faustia num Massi- cum. *ranum*, quod mediis *Faustianum* & *Massicum* & hoc est dulcissimum, quod in imis *Falernũ* vocabatur. *Scipio Mazzell. in de Puteol.* Erat hoc omnium Italiæ Vinorum nobilissimum, velociter per corpus digeritur, crudos succos cõcoquit, pulsus revocat, alvum adstringit, verum Vesicæ inimicum, visus hebetudini & capiti infirmo. Ejus laudes habet *Plin.23, 1*. qui *Id. 14, 6*. jam tempore exolescere Falernum incuria Colonorum, copiæ potius quàm bonitati studentium. *Causa generositatis* ex repentibus à vicinis Bajis, & Puteolis, auris ♀eis. Erat *vel* dulce, quod Ardens dicitur *Mart. 9, 75, 5. Horat. 2. C.11, 19.* & *Juv. 4, 388.* pulmo Falerno ardet (est enim inter potum & pulmonem cognatio. *Massil. Cagnat. l.1. obs. c. 22.*) *vel* austerum, quod *Juv.13, 216.* acre vocat. Colore *vel* fuscum. *Mart. 2, 40. vel* nigrum, *Id.10, 36. V. de hoc Vino Eund.11, 9. 11, 50. 12, 17. 13. 111. Catull. 27, 1. Horat. 1. C. 20, 10. 3. C. 1, 43. Propert. 4, 6. 73. Catull. 27, 1.* Bachi cura Falernus ager. *Tibull. 1, 9, 34. &c. Massicum* à vetustate laudat *Horat.1.C.1, 19. Id. 2. C.7, 21.* obliviosum vocat, quod largius sumtum oblivionem timoris faciat. *V. de hoc Mart. 1, 27. 3. 26. 348. 4, 69. Virg. 7. Æn. 726. Horat. 3, C. 21, 5. 2. S. 4, 51. Stat. 1. Sylv. 6, 33. Guaranum Stat. 3. Sylv. 5. 101.*

Formi- anum. Laudabatur quoq; *Formianum. Athen.1, 24.* in loco

in loco ubi hodiè vicus eſt moles. V. *Horat. 1. C.20,11. Mart.10 30,28.*

His, ut ſolo, ita & virtute, proximum, *Fundanum*, cujus arbuſtiva vina interdum Falernis præponebantur. *Plin. 14,6.* De eo *Mart. 13,113.* & *Amicleum. Id. 13,115.* deſiere hæc vina, quia ea loca propter Piratarum crebras incuſſiones, incolis ferè deſerta. Fundanum. Amicleum.

Cæcubum in Amiclano Sinu, prope Fundas & Anxur Urbes, ad oppidum Campaniæ *Cæcubum*, cujus vineta vini feraciſſima, habebat hoc ſive à loci ſitu ſub mariua aura, ſive à certo cultu, quod maximè perenne exiſteret, ac vetuſtiſſimum fieret, unde Galeno omnia vina vetuſta vocantur Cœcuba. Frequens ejus mentio apud *Mart.3,26.13.115. Horat.1. C.20,9. 4.37, 4.3,28,4,3.2. S.8, 15.&l. Epod. 9,35.* laudat qvod fluentem nauſeam coerceat. Cœcubum

Calenum nativum (datur etiam factitium) apud Calenas in Campania nobiliſſimum olim Vinum quod interdum Falernis præferebatur ob inſignem vim roborandi ſtomachũ, erat duplex unum nigrum, quod nobilius, & fulvum. Meminit hujus loci. *Virg.7. Æn.739.* hujus vini *Horat.1.C.20,9.1,31,9.4,12,14.* molle vocatur à *Juven. 1,69.* Calenũ

Setinum in littore Sinneſſano, in petroſis & montanis Campaniæ locis, cui oræ pro- Setinum.

ximæ

ximæ Thermæ. Hoc aliis præponebat Augustus ſuo guſtui id præſtantius aliisj,udicans. *Plin.6,14.* V. *de hoc Mart.4,69.6,86.12,17.* & *13.112. Sannazar.l.1.Epigr.60. v.8.Mart.10,74.* vocat uvam delicatam. V. & *Juv.5.34.* & *10,27.*

In Calabria. Tarentinum. *Tarentinum ad Aulon* Calabriæ montem, propè Tarentum, de quo *Horat.2.C.6,18.* amicus Aulon fertili Baccho minimum Falernis invidet uvis. V. *Mart.13,125. Joh.Juven. de Antiq.* & *Fort.Tarent.l.4.c.1.f.1298.*

Adrianum. *Adrianum in Aprutio* circa Adriam, erat ſubadſtringens, tenue, album, æquoſæ conſiſtentiæ, poſtquã inveteraſſet, inter nobilia vina à Galeno relatum. Hodiè ob nimiam humiditatem, coctione indiget.

Trebellicum. Beneventanũ. *Trebellicum* circa *Capuam*, optimum & guſtui gratum: *Beneventanum* olim & adhuc generoſum. *Præfect.de Nat. Vin.p.23.*

Recentiorum Famoſa vina. *Ex Recentioribus*, quamvis quædam ex illis Antiquis cognita fuerint, *in Regno Neapolitano* laudantur Vina.

In Cãpania vinũ Græcum. 1. *Vinum Græcum, è Veſuvio, Vin Græco de Somma,* qvod ſucceſſit in locum maſſici, Falerni, Cœcubi &c. Cineris calore magnam nobilitandis vinis vim accepit. *De vino Græco* Chabriera Potêa Italus: Ogni noia Vien che moia Annegata quand' io beu Pur beato fà mio ſtato la vindemmia de Veſeuo. Laudatur

tur Græcus ventus, Græca puella, Græcum vinum à Campanis *Folieta de Laudib. Neapol. f.767. de V. Bacc. de Therm. l.4. c.5. f. 213.* Habetur *vel* ſincerum cal. & ſiccum, valdè potens, colore ſplendido auri, tenuis ſubſtantiæ, nec tam odore qvàm totâ ſubſtantiâ, validum, ſtatim ad Urinæ vias deſcendens, maximè nutriens: *vel* adulteratum dum Inſtitores muſta diverſa miſcent & ♆, ♦, Oe, aromatis condiunt. Nocet tamen ſi immodicè bibatur Hepati, Renibus qvos exæſtuat, & caput impetit, Podagricis maximè eſt infenſum.

Externè pulſibus admotum: aut afflatum reficit Spiritus, in lotionibus corroborat membra, vetuſtate tamen mutatur in aqveam ſubſtantiam. Meracum in Patria ſumtum caput tentat, ſed navigio tranſvectum, & fluctibus jactatum, vi domitâ miteſcit, & ſvavius fit. *Sanfelic. in deſcript. Campan. f. 754.* De Veſuvii vitibus *Mart. 3, 44.* Huc pertinet *Vinum Pompejanum,* naſcens propè Veſuvium ad rudera Urbis Pompeji, *Murgentinum* qvoq; dictum, à Loco Siciliæ, unde vites huc traductæ; nobile & multi pretii. V. *Leonard. Albert. Deſc. Ital. l. 5. f. 291.* Pompejanum. ſeu Murgẽtinum.

2. *Vinum Græcum Iſchiæ* ex vicina Neapoli Inſula, eſt *vel* dulce albũ, gratiſſimum cum tenui Spiritũ, *vel* album ſubadſtringens Sorbignum, Græcũ Iſchiæ.

bignum, *vel* colore vermiculum gratum naturæ ac ſtomacho. Sunt etiam *Vinum Gracũ de Torre*, & *Gracum de Nola*, ſed vina invalidiora.

Mãgiaguerra 3. *Mangiaguerra* vinum ſupra omne paſſum antiquorum, conviviis maximè expetitum, naſcitur ad Veſuvii valles, à ſingulari Uvæ ſpecie nomen habet, eſtqve pro diverſitate Uvarum *vel* craſſimum, in ſpecie *Verraciâ* (à verre) nigerrimo colore, gratum palato, non caput tentat, ſtomacho ſgrave & in hypochondriis fluitans: *vel* tenuius in ſpecie Mangiagverra, & clementius, *ex cujus vinaceis* fiunt *Acquetta*.

Lacruma. 4. *Lacruma* ad Veſuvii radices naſcitur, dicitur etiam *Virgineum*, qvia ex electis ſui generis Uvis primum emanat è Tina anteqvam calcentur, more Lachrymæ. Colore eſt vermiculo - rubrum, ſapore mediocriter vinoſum, ſubdulce; mordens, odoriferum, mediocriter nutriens, confortat, lætificat cor hominis, nec capiti nec ſtomacho nocet.

Amineum. 5. *Amineum* qvod ferè è ſolis antiqvis reliqvum eſt, naſcitur ad montem Pauſilypum (apud Athen. παυσίλυπος ἄμπελος vitis pauſam moleſtiis faciens) ubi oppidum Campaniæ Amineum, in qvas oras Theſſali vites ſuas deduxerunt. *Taubm. Comm. ad Virg. 2. G. 67.* ubi

vocantur

vocantur firmissima vina. Est colore sinceri aurei, substantia perspicua, svave, odoratum, firmũ persistit. Etiã recẽs utiliter bibi potest. *Gal.l.de Euchym.* Sapore erat vinum *Amineum* austerum. V. *Cels.4, 19. Brodæus Miscell. 10, 3.* & Uvam Amineam acerbam ad faucium & uvæ tumorem commendat *Scribon. Largus c.14.§.64.* V. *Rhod.in not.ad h. l. p.123.*

6. *Muscatellum* ex Uva Apiana qvod erat Antiqvorum vinum Græcum. Fit *vel* expressione è Muscatellis Uvis; *vel* cum semipassæ Uvæ, acini exemtis pediculis crudo musto injiciuntur ut simul bulliant, *vel* qvando musta prius coqvunt & post Uvas adjiciunt, fit vinum firmissimum multi nutrimenti gustu delectabile. Muscatellũ

7. *Surrentinum*, propè Surrentum, Campaniæ oppidum, de qvo *Mart. 13, 110. Stat. 2, Sylv.2,4.* blandum seu Lene dicitur *Pers.3,93.* Ejus species est, quod à sapore *Asperinum* dicitur, *Stat,3,5.5,104.* mediocriter adstringens, cæteris calidius, jucundius, magisqve odoratum, tenuitatem & salubritatem datur evanescentibus. *Plin.14, 6.* optima vina, *Plin.33, 1.* & adhuc Neapoli habetur in pretio. *Zeiler.in Itin. Ital. f. 177.* qvanquam hodiè aquosius quàm olim, coloris aurei. Vinum *Surrentinum* compositionibus medicis adhibet *Scribon,* Surrentinum

bon.Largius c.28. §.*115.* ætatem ferebat, teste *Strabon.l.5. Colum. 3,* 2. præcipuè quod austerius, illudqve *Diosc.5, 10.* ad intestinorum & stomachi fluxiones cohibendas, adhibet. Caput nullo modo tentat. Et nostra ætas aq æ tolerãtissimum deprehendit. *Rhodius Not.in Scrib.l.a.p. 186.* Ut verè *Colum.3, 8.* Surrentini agri vites omnium, quas terra sustinet, in nobilitate vini principes esse.

Laudatur qvoque in Campania, vinum *Fistignianum* arbustivum nigro saturato colore ad Vesuvii fines, qvod *primæ notæ in Vice-Regum Neapoli mensis* est: vinum *de Terracina* rubrum.

In Calabria *In Calabria* celebrantur.

Salernitanum. 1. Vinum *Salernitanum* album, vinosum, convalescentibus & stomacho imbecilli utile.

Clarellum. 2. *Clarellum.* secundum post Græcum, virtute & fragrantia in *Cerillensi* Calubriæ agro, clarum ut aurum, ori gratissimum & stomacho, valde nutrit, optimum generat sangvinem, omnes sensus veget at. Vocatur *Rex Vinorum. Il Chiarello* Romæ maximè in Usu.

Cerasium. 3. *Cerasium* in eodem agro à rubore cerasiolo, sapore vinoso, insigni odore præditum.

Tempsense. 4. *Tempsense* cujus meminit *Plin.14,6* hodiè

diè ad oppidum *Belvedere* proximè Clarello accedit, odore violæ luteæ, sapore sincero, in dulcorem inclinante, tenuis substantiæ.

5. *Falsamicum* ad oppidum Paula, amicabile gustu, non etiam sitientes allicit ad potum, parce tamen bibendum. Falsamicum

In *Sicilia* olim, & adhuc hodiè, celebratur *Catanense* generosissimum ab Ætneis cineribus fœcũdatum. *Laet. in descript. Hisp. p. 167.* *Netinum* fulvi coloris generosum ab Urbe Neto. *Præfect. de Nat. Vin. p. 25.* *Panormitanũ*, album, leve, gustui gratum: *Messanense*, olim *Mamertinum*, crassarum partium, modicè adstringẽs, ob suam tenuitatem minimè nervos roborans. Meminit *ejus Mart. 13, 117.* *Syracusanum*, quod apud melitenses Equites principatum obtinet. 2. in Regno Siciliæ.

Vina *Corsica* ex Insula, valdè fortia sunt, & singularis saporis, quem pilosum vocant, Romam in copia devehuntur. Generositas à copia Thermarum. *V. Bacc. de Th. l. 4. c. 9. f. 233.* Corsica

Ad *Drepanum* quoq; in Sicilia propè montem Ericis, generosa vina fulva, quæ *Boccasia* dicuntur.

Sub Dominio Pontificis in Latio, Picenis, Umbria &c. varia vinorum genera priscis & Recentioribus decantata. 3. Sub dominio Pōtificis.

In *Latio* celebre. In Latio.

Ee 1. *No-*

Nomé-tanum. 1. *Nomentanum* à Nomento, loco propè Romam, de quo *Mart. 1, 106. 10, 48. 13. 119.* copia potius, qvàm præstantia celebre *Plin. 14, 4.* Seuvæ admodum abundant vino & acinis. Seneca hîc vineta habuisse dicitur, qvia aquosius, hodiè conditur.

Monte tanum 2. *Monteranum*, quod *vel coloris albicantis*, aurei, saporis subdulcis & palato blandientis, Romæ in delitiis, qvod gustu par nō habet: *vel Rubri*, odore violarum, colore rubini, sapore ita applaudit gustui, ut dum miscetur in calicem, rorido Spiritu ac suctione ipsa excitet Lachrymas bibentibus.

Romanum. 3. *Romanum, il Romanesco* ex quibus laudatur *album*, quod crescit circa Portam S. Pancratii & in monte malo. Parant quoq; *Acinatia* ex racemis & acinis, item *ex Uva alba Trebellana* dulcia, & *ex nigra, Lachrymas*. Quæ autem *circa Arittam* crescunt, Pontificiis dapibus adhibentur, & commendantur non tam robore quàm gratia, quæ suctu delectabili modicè adstringunt, gustumque demulcent; sunt coloris rubei, ægrotantibus utilissima.

Velitrinum. 4. *Velitrina* ex Uva pantasticâ admodum delicata, unde & *Græcula* dicta.

Præne stinum 5. *Prænestina* flava, rubra, lenia, sapore vinosa, multum nutrientia.

Tiburtinum. 6. *Tiburtina* olim apud *Plin. l. 14. & Gal. 12. m. m.*

m. m. 4. à vetustate laudata, hodiè ob diversam condituram vix ad annum utilia, post fiunt acria & amara.

7. *Vina ad Grottam Ferratam* sunt alba, flava, rubra, quæ aureo nitore, grato odore & sapore non invident Clarellis. Grottæ Ferratæ.

8. *Albanum* ad Albam Civitatem nascitur, delicatum, & ut *Lœl. à Font. cons. 22.* testatur, ex omnibus circa Urbem Romam vinis semper obtinuit principatum laudis, commemoratum in Historiis, decantatum à Poetis, & pro exemplari ad conservandam Sanitatem à Medicis commendatum vinum, ad Usum humanum commodissimum omni ætati, sanis & ægris proficuum. Sunt alba, partim vero rubra, vitro infusa (quod ipsemet aliqvoties Romæ observavi in loco propè Basilicam S. Petri qui dicitur: la grotta à tre Rè) aureis ampullulis exultant ob vivaces congenitos Spiritus agiles, in tenui substantia, visibiliores in albis, quàm rubeis, stomacho grata, boni nutrimenti, sudores, urinam provocant, nec capiti noxia. Meminit ejus quoq; *Horat. 4. C. 11, 2. 2. S. 8. 16. Mart. 13, 109* & de eo *Juv. 13, 214.* Albani veteris pretiosa Senectus. Novum enim & primo tempore Albanum, ut & *Centula* Vina, Romæ usitata, crudius esse ad bibendum. *Guarin. cons. 463. & 465* Albanũ

Ee 2 9. *Mu-*

Vin de Monte-fiascon 9. *Muscatellinum Falscorum*, vulgò *Vin di Montefiascon*, & in monte *Alcino* seu *Elcino*, gustu sapidissimum nascitur, & paratur ex Uva Apiana, rubrum ex uvis parum passis, album ex crudis. *Leand. Albert. l. 2. Descr. Ital. f. 106.* vocat Oppidum *Montis Phyasconis* Teutonibus celeberrimum gratissimumqve propter vini Apiani cum Albi, tum vermiculi suavitatem & dulcedinem. Commendatur à *G. Fabricio in Itin. Patavin. v. 37.* Adeò delicatum, ut ex ejus ingurgitatione cùm sacrificulus bibulus hîc esset demortuus, servus ejus, in perpetuam rei memoriam in lapidem sepulchralem hæc verba incidi curaverit: Propter *Est, Est*, Dominus meus mortuus est. Bina enim vocis Est inscriptione in diversoriis, notabatur vinum optimum. *Hentzn. Itin. p. 353. Schrader. Monum. Ital. l. 1. f. 100.* Quæ inscriptio diversoriis adhuc usitata est, ut ipsemet observavi. Lusit in hoc *Kornmann. in Linea Amor. c. 3. p. 42.*

Si facit hoc *Est, Est*, faciat mirêre quid *Est*
Est?
Est id testatus Prælatus Luce privatus.

In Umbria, Picenis aliisqve Pontif. ditioni b9 Numesianum. *In Umbria & Picenis* famosiora vina.

1. *Numesianum* à Nursia antiqua Umbriæ Civitate, cujus vites nullam per se habēt vim, nisi ex solo, quod eas producit.

2. Pal-

2. *Palmesium* in Anconæ agris omni laudabili potest comparari. Palmesium.

3. *Prætutianum* ibidem album, aureo nitore & spiritu fulgens. Prætutianum

4. *Cesenaticum* in Littore maris Adriat. quod in specie dicitur *Virgineum Protropon* lene, album, sapore, odore omni parte sincerum; quod postea calcatis Uvis, exstiliat itidem robustum, cum Clarello contendit vigore. Veneriis habetur summo in pretio. Laudatur à G. *Fabric. Itin. Roman. 1. v. 54. seq.* Cesenaticum.

5. *Spoletanum* flavum & croceum, svave. de quo *Mart. 13, 120.* Dulce vocatur à G. *Fabric, Itin. Rom. 1. v. 186.* Spoletanum.

6. *Helvium* in *Picenis*, à colore: & circa *Camerinum* præcipuè, ubi vina alba, rutila, & quædam Trebulana, aureo nitore generosa. Helviũ

7. Circa *Castellum S. Gandolfi*, quod nascitur vinum, crebris Pontificum secessibus famosum vocatur *à Chabriera Poeta Italo*, Gentile, hoc est, Nobile. Ad castrũ S. Gãdolfi.

8. *Sabinum*, aquosum, tenue, album, modicè adstringens, pòst annum sextum nobilibus accensetur vinis. Vile dicitur. *Horat. 1, C. 20, 1.* Sabinũ

Meminit quoqve *Marsi* apud Samnitas *Mart. 13, 114. Signini. Id. 13. 116.* (quod *Cels. l. 4. c. 5.* asperrimum vocat & quod *Signinum* ad alvi flu- Ignobiliora Umbriæ vina.

vi fluxus sistendos commendat *Plin. 14, 6. & 23, 1. Scribon Larg. c. 27. §. 112.* & Surrentino, nescio quâ de causa, præferre audet *Cœl. Aurel. de Chron. pass. 4, 3.*) *Laletani Mart. 1, 27. 7. 52. Vejentini. Id. 3, 49. 3, 104. 2. 53. Horat. 2. S. 3. 144.* quod *Juv. 7, 120.* vocat Tiberi devectum. *Pers. 5, 147.* læsum pice id est picem redolens, sed hæc vina omnia ignobilioris notæ.

4. in Hetruria. *In Hetruria laudatur.*

Thuscum. Trebinianū. 1. Vinum *Thuscum* quod aquosum, & oligophorum, in specie laudatur *Trebinianum* & *Geminianense. Mart. 1, 27. Thuscum* suo tempore cum Peligno ignobilibus vinis adjudicat. Hodiè *Trebinianum* nobilissimū: undè de eo *Chabriera* Poeta Italus: *Vin de regni d'Arno* come l' or brilli lucente, che nel bel crystall rida spumante, quæsto e'l Nettare mio ch' ad ogni sorso Soaue su sa lingva imprime un morso.

Senensia. 2. *Senensia*, & præcipuè quæ proveniunt ad *Portum Herculis*, cum Græcis contendunt, eaque superant, quia absq; conditurâ, proprio naturæ robore, sincera permanent. Hoc Vinum *Ponterculeum* ab *Ang. Victor. cons. 54.* describitur, quod sit generosum, gustui placidū, non admodum odorum, quodque ad impotentiam coeundi valeat tanquam specificum.

3. Tre-

3. *Trebulana S. Johannis in valle* Arni, non solum per totam Italiam celebratissima, sed Lugdunum deferuntur & inde ad mensasRegnum Galliæ, aurei sunt fulgoris, svavis dulcedinis, suctu abblandientia gustui, macros impingvant, capiti, stomacho gratissima. Hæc vina Trebulana ad oppidum D. Johannis nata, svavissimis ac generosissimis quæ unquam sint, annumeranda censet *Leon. Albert. in Descript. Ital. l. 2. f. 75.* Ex hâc valle vites in alias deducuntur oras, pro transplantando hoc delitioso vino. Trebulana.

4. *VERDEA*, vini species amabilissima, & nobilissima, nascitur in *agro Florentino* & præcipuè in vineis Hieron. Gvicciardini, Patritii Florentini.

5. *Lucenses* habent vina ex proprio Uvæ genere *Buriano* dicto, alba, tenuia, saporis subdulcis: habēt sua *Trebulana*, item *Clarella*, qvæ *Biancorelli* vocant, oligophora, febricitantibus valdè idonea: item ex uvis albis, magnis, succolentis *Strozzapretti* dictis, angustans fauces & ventrem, subacre, robustū, tandemque album *Farinello* ex uvis nigris, in quibus tamen roridus candor. Lucēsia

Apud *Venetos* varia Vinorum exoticorum & inquilinorum habentur genera In *Brixiano agro* est vinum *Groppellium* à specie Uvæ, Alba- *f* in veneto Dominio, & littore Adriatico, finitimisq; oris. Brixianum

Albanis æmulum, faturato colore; item *Scla. va vina*, pretiosa, Gallicis æmula, rutilo splédore, gustu succoso. In *Veronensi Acinatium* seu Protropum, quod *Cassiodor. l. 12. Var. Lect. c. 4.* mensis Regalibus dignum judicat. Hodiè vocantur *Vinaciola*, quod ex vinaceis adhuc integris excipiãtur, delectabili ad gustum punctione, sapore svavissima.

Veronense.

Patavinum.

Patavina & *Vicentina* vina, utpote sincera ex soli ob finitimas thermas naturâ, Podagricis, cũ sint paucifera, innoxia esse, testatur *Lal. à Fonte consf. 14.* Ex *Vicentinis* nobilitate præstat *il Marzemino*. Sed *Bassanica* ad Bassanũ oppidum propè radices Alpiũ, cũ ob stypticitatem ureteres malè transeant, Ischuriam facilè excitant. *Fonsec. T. 1. consf. 87.*

Vicentinum. Bassanicum.

Paratypianũ olim ex *Adriatico* sinu deferebatur, tenuius, odoratum liberaliter potum fallens, diuq; servans ebrietatem. *Diosc.*

Vipacũ Rhein fal.

Pertinet huc *Pucinum*, illique nobilitate proximũ *Vipacum*, nascitur in sinu Adriatici maris hodiè *Capo d' Istria*, non procul à Timavo fonte, in saxeo, colle, nomine *Prosec*, indè Prosecker Rheinfall. *Zeiller. Itin. Ital. f. 50.* maritimo afflatu proveniens in Goritiensi Comitatu. Vocatur aliàs *Relbolicon. Hochstet. dec. 4. obs. 2 seq. p. 109. Reinfalicum* dulce, caput non feriens, mentem non tentãs, iis tamen qui amaram

amaram colligunt bilem, obest, viscera indurat, flatus excitat. *Id. dec obs.9.sch.p.417.* Græcis dicitur *Pictanum*, fulvo nitet colore, odorum, blandum substantia, ori ac stomacho gratum, nutriens. Huic *Plin. 14, 6.* ascribit, quod Livia Aug. 82. annos attigerit, nō enim alio vino usa. Et *Matthiol. Comm. Diosc. 5, 7.* propria experientia refert, in diuturno ventriculi dolore laborantem, cum totius corporis imbecillitate horum Vinorum usu integram recipisse sanitatem, indè etiam Rusticos, Japidiæ incolas, qui Pucino pro potu ordinario utuntur, rarissimè ægrotare, & longævos fieri.

Rosaceum vinum à Rosaceo, Civitate Fori Julii, Rosazer/crescens in medio monte, Vitibus undique consito, in districtu Aquilensi, circa Timavum, Falerno & universæ Campaniæ æmulum est. *Sabellic. de vetust. Aquileg. l.1.p.58.* Rosaceum.

In *Lombardia*, aliisque finitimis locis, crescunt Vina nobilissima. 6. In Ducatu Mediolanēsi, Lōbardia, finitimisq; oris.

1. *In Placentino* habetur Vinum, flavum, limpidum, sincerum, mediolanensibus pretiosum, quod *Gattum* vocant, facilè ob robur, tentat caput. Gattū.

2. *Ad Lacum Benacum* Vinum quod *Albamattum* vocant, flavum, aureo substantiæ nitore, svave quidem gustu, sed quod paulò Alba Mattū.

post qui potaverint, stolidos reddat. Inter imbecillia numerat vina *Guarin.consf.392*,

3. *In Insubria* propè Ticinum, vinum gustu gratum *Piccante* dicta, blandulis in cratere subsiliens bullis, coloris splendidi, mediocris roboris.

Piccãte

4. *Ex Brigantii montibus* 40. à mediol. mi'liaribus nascuntur *vina de Monte Brianza*, generositate, scintillanti rubore, saporis dignitate Lachrymam ferè superãt, leguntur ex lapidosis vinetis copiosè adeò, ut Insubriam & ferè totam Germaniam repleant.

de Mõte Brianza.

5. Ad *Lacum Larium* plurima Vinorum genera, celeberrimum tamen est *Grianeum*.

Grianeum.

6. In *Parmensi*, Vina *Spongiola* ab Uva sui generis, item *Corva* nigra.

Spongiolum

7. In *Lumellino* sunt *vina rubra* & cærulea *ad Vernasluam amnem*, quæ pota hærent stomacho, fovent naturam, nullos capiti vapores aut ventri noxam inferunt, curis levant animum. *V. Bernard. Saccus in Ticinens. Hist. l. 6. c. 6. f. Alba* autem dicuntur *Vernacula* in septennium, auctâ potius, qvàm diminutâ bonitate durant: saltem Vere bibi possunt, æstate non nisi aqua diluta, aliàs nimio calore præcordia incenderent. *Id. l. 4. c. 12.*

Lumellinum

8. *In Pedemontio* in salebrosis montibus ob repercussum Solis, uvæ peregrino implentur fervo-

Bruscũ

fervore, unde vina licet fiant robusta, tamen gravia stomacho, noxia capiti. *Nigella* hîc qvæ plerumq; ex uvis immaturis Labruscam imitantibus fiunt, *Brusca* vocantur.

9. *Rhætica*, vocantur Germ. Beltliner/qvia in *Valle Telinia* sive Volturena ad Abduam fl. solum crescunt. His & qvæ in Orobiis Insubrum, & apud Novarienses sunt, ferè paria, in totâ Italia non reperiri censet *Gaudent. Merula de Antiq. Gall. Cisalp. l. 2. c. 13. & l. 3. cap. 7.* *Rhætica* commendat *Virg. 2. G. 95. iis* Augustus delectatus. *Sveton. Aug. c. 77.* iisq; post Falernum secundas tribuit *Plin. 14, 6.* eaq; cōmendat *Fracastor. in Siphylid. l. 2. v. 142. Diomed. Cornar. consf. 5. p. 58.* *Rhætica* vina *Feltlinica* vocat, & *rubra* cum non sint acida, nec fortia, ut cerebrum petant Abbati in paralysi ex colica oborta, svadet. Dantur etiam *Alba*. Rhæticum. Beltliner.

Liguriæ tandem *Vina* olim ignobiliora fuerunt, ut patet ex *Martial. 3, 81, 22.* hodiè cum omnibus certant, etiam nobilissimis. *Ex nobilioribus 1. Vernacia* vinum robustum & nobile, nomen habet *à monte Rubro Vulnetia*, nunc *Vernacia* dicto, nō in Italia tantùm; sed apud Gallos, Britannosq; celebre vinum. Res spectaculo digna, videre Montes non declives modò, sed adeò præcipites, ut aves qvoq; transvolando fatigent, saxosos, nihil humo- 7. in Liguria & Genuensi ditione. Vernacia.

ris

ris retinentes ſtratos palmite adeo jejuno & gracili, ut hederæ, qvàm viti ſimilior, tamen exprimatur vindemia qvæ regios menſes inſtruat. *Jacob Bracel. in Ligur. deſcript. f. 640.*

Amabile. 2. *Amabile* propè Portum Veneris, ubi qvinq; Pagi, le cinqve Terre provenit, par in toto tractu, qvi *Riviera di levante* dicitur, non habet *Zeiler, Itin. Ital. f. 104.* & hoc Vinum *Amabile* tanqvam nobiliſſimum ad Q. E. vini conficiendam, reliqvis omnibus præfert. *Savanorol. l. de Aq. Vit.*

Muſcatum. 3. *Muſcatum*, qvod *Præfect. de Nat. Vin p. p. 25.* vocat *Lycurgicum*, ad Tabiam Liguriæ oppidum 2. mill. à mari diſtans, creſcens, qvod exiguum qvidem oppidum, ſed vitis generoſitate jam non obſcurum, adeò, ut cū Cypriis, Creticis, Falernis certet *Bracel. l. a. f. 638.* Inter Nicean & Savonam hoc ſvaviſſimum creſcit vinum.

Raceſe. 4. *Racenſe. Razzeſe* in Liguria jucundiſſimi Vini genus & vinoſi, nomē habet à racemis, à vehementi Sole & repercuſſu asſidui caloris, ſemipaſſis uvis & leviter conculcatis, fit Vinū, qvod vinaceis ſæpiùs ſuperaffundunt, ut ſimul ebulliant. Habet hanc notam, ut ſuperet omnia genera vinorum, in excipiendo qvalitatem & ſubſtantiam medicamentorū. *Fallop. de Morb. Gall. c. 47.*

In

In *Hispania* sunt generosissima vina, ex qvibus præ reliqvis commendatur 1. *Tarraconense* in Catalonia. *Mart. 13,118.* 2. *Illicitanum* sive *Alicantę* in Regno Valentiæ rubrum. 3. *Vinum Leaticum.* 4. *Bastardum* qvod omnem liqvorē gravitate superat, ita ut dolia eo liqvore oppleta, demergantur. *V. Lemn. l. 2. de Occ. Nat. 34. m.* 3. Hispaniæ.

5. Vinum album generosum *Secco*, Germ. Seck/dictum, fortean, qvod in saccis seu Utribus, in Hispania circumvehatur.

6. *Petri Simonis* dictum, Hispanis *Peresimenez*, & præcipuum ad Urbem Gvadalcazar nascitur, ex palmitibus Germanicis per Petrum Simonis ante 200. in Hispanicū solum deductis ibiq; transplantatis. *Merula Cosmogr. p. 2. l. 1. c. 3.* vitis enim Germanicæ asperitatem, qvam conciliare solet soli natura, frangit, emollit, jucundoq; condit sapore, adgenitus jam in aliena terra sub alio climate genius. *Mercator in Atlant. Maj. fol. 107.*

Qvod autem plantæ ex una regione ceu patria, in aliam, ceu peregrinā, transplantatæ naturam mutent V. *Porta in Phytognom. l. 2. c. 1. seq.* Et testatur *Ant. Mar. Venust. cons. 28.* si vites malvaticæ ad nos delatę sub frigidiori climate propagentur, longè minus potens Cretico Vinum fundere: at si Italicæ vites in

Cretam

Cretam transferantur, multò meliora vina dare, qvâm in Italia.

7. Vina qvæ nascuntut propè *S. Martini* oppidum in Regno Toletano & propè *Pelagios Guevar. p.1.ep.p.22. & 32.* non solùm totius Hispaniæ, sed totius Orbis, nobilisfima censet.

8. *Salmanticense* admodum svave, præcipuè quod *Amarillum* vocant.

9. *Rubeum de Toro* tantæ svavitatis, ut *Rex vinorum* dicatur.

10. Quod ad *Civitatem Regalem* nascitur sincerissimũ, saluberrimum, ideoq; ad Usum Regium commendatum à Medicis, mediocris substantiæ.

11. Propè *Melagam & Cortubam* nascens laudat *Ens in Delit. Apod. Hisp. p.53. 64. Idem t.22.* refert, in Urbe *Bilbao* non tantum reperiri domesticum & vernaculum vinum, sed etiam alia tanta copia advehi, ut ultra 20. vinorum genera reperiantur.

12. *In Gallicia* vina nobilissima propè *Auriam & Ribadoviam* (hoc posterius navigationis impatiens. *Marin. Siml. de Reb. Hisp.*) quæ exindè ad multas Hispaniæ oras transferuntur. *Mercat. Atlant. f.115.*

Ex reliqvis *HISPANIÆ Vinis Chr. à Vega l.2. de Art. Med. f.3, c. 2.* & quidem ex Albis

lis laudat *Vinum de Yepes*, & *Lilio*, *à Sancto Torquatio*, *à Ribadavia* & *Cantala Petra*: vehementiora & acria quæ in *Batica* Hispaniæ parte fiunt *Xeresana* & *à Cazalla*. Vina è *S. Martino*, quia immodicè calefaciunt, sanis incommoda, caput nimis tentant. Omnium optima *Illanea* non adulterata; quæ autem circa *Complutum*, *Madrit* & *Guadalaxara* proveniunt, quod in calidis locis reponantur, citò acescunt. Refert item *Cyprian. Eichov. in Delit. Hisp. p. 52.* Agrum *Andalusiæ propè Xeres de la Frontera*, adeò vini feracé esse, ut hujus Urbis territorium annuo proventu cultoribus ad 60000., interdum 80000. vasa, quorum singula tres Ohmas faciant, impleat.

13. *In Lusitania*, *Transtagana Vina* & ad *Algarbiam* sunt nobilissima. *Ex Anton. Vasconallio Laet. in descript. Portug. p. 100. 113.* In Lusitania.

14. *Balearica* hodiè ex Insulis *Canaria* Plin. tempore satis nota & approbata. In *Canaria Magna* generosissimum circa Urbem *Tellen. Laet. in Descript Hisp. p. 177.* in altera *Tarifa* duplex, *unum*, quod ipsis dicitur *Vidonia*, atq; ex oblongis Uvis exprimitur, *alterum*, quod vocant *Malvasia* fit ex grandibus rotundis Uvis tantæ præstantiæ, ut nulli corruptioni obnoxiū, quovis gentium per mare devehatur, cum alterum mare minùs patiatur. In Canariis.

riatur. In tertia *Palma* dicta, præstantissimum Vinum pormitur circa Breniam, ubi quotannis ad 12000. Piparum venundantur. *Laet. l. a, p. 180.* In *Madera* Insula Atlantici maris, vinum nobilissimum provenit tantâ copiâ, ut quotannis Regi decimarum nomine nunc 10. nunc 12. mill. Piparum obvenire dicant. *Id. ib. p. 182.*

Succedaneus vini in Hispania Pomus.

In *reliquis Hispaniæ locis*, ut in *Cantabria* ubi propter Soli asperitatem & cœli inclimẽtiam Vinum non provenit *Pomatium Vinum*, (ita vocat *Cœl. Rhod. l. 28. c. 29.* quod ex pomis exprimitur) parãt, quod aliis populis *Sicera, Cidra*, Hispanis verò *Vino de Mancanas*, & Cãtabris in specie, *Sagardava* dicitur *Caldera in Trib. Mag. Med. T. 1. s. 4. de pot. c. 3.* ubi quoq; parandi modum docet. Scitè *Taubm. Comm. ad Virg. 3. G. 380.* tales potus quando

—acidis imitantur vitea Sorbis Pocula

(ex Sorbis, hoc est, pomis silvestribus) *Vini simulachra* vocat.

4. Galliæ. Copia vinorũ

Si porrò *Galliæ* vina intueamur, tam incredibilis vini copia ibi nascitur, ut vix credi possit, inquit *Jod. Simer. præfat. Itin.* quantum vini Garumnæ, Carentano, Ligeri efferatur ad Anglos, Belgas, Germanos Septentrionales. Centies mille circiter dolia Burdigalâ solâ quotannis efferre solita. *Bodin. de Republ. l. 6. c. 2.* refert

c. 2. refert Ao. 1578. Laudam Mercatorem Cameracensem solum 33000. modiorum vini terrestri vectura in Belgium exportasse.

In specie laudantur *Burgundica*, inter qvæ primum locum obtinent *Beaunensia* consistentiæ mediocris, coloris oculorum perdicum, saporis grati, generosa, minus vaporosa Aurelianensibus, ut proverbium *vinum Belnense* ante omnia recense. *Frambes. in Regim. San.* In specie Burgũdica.

Altissiodorensia è *Burgundia* nigra cum adstrictione. *Gorr. Def. Med. f. 333.* Ipsemet qvoqve in *Comitatu Burgundico* ad *fl. Dubium* sapidissima gustari vina rubra, qvæ tamen ætatem fugiunt, nec durabilia sunt.

Vina ex *Bar sur Aube* accedunt proximè colore, sapore, bonitate ad Andegavensia.

Inter *Campaniæ Vina* primum locum obtinet *Vinum d' Hay*, rubellum, subtile, delicatum, palato gratum, expetitum Magnatibus, sed iis qvi rarioris texturæ, & catarrhosi sunt, nocet. In Campania.

Delicatissima & saluberrima sunt *Vina de Coussi* plerumq; rubra, generosa, grati saporis, consistentia mediocri, *Regio potui* dicata.

Apud *Lutetianos Meudonianum, Ruellinum, Argentolianum* Vina generosa sunt indigentqve Amphictione, qvi aqvam admisceat. *Strobelberg.* Apud Lutetianos.

belberg. in Gall. Polit. Med. descript. f. 5. p. 259. maxima ex parte sunt alba & rubella, oligophora, ubi benè matura grati saporis, studiosis apta, non replent vaporibus caput, non urunt interna, ut Hispanica, non alvum obturant. *Frambes. in Regim. Sanit.*

Aureli anensia *Aurelianensia* tam alba, quàm rubra admodum bona & sapore svavissima, generosa, ad Rubi Idæi saporem accedentia, ventriculo commoda, sed vaporibus caput tentant, ideò Lutetiæ in Regis Oeconomia lege cautum, ne Oeconomus Aurelianum vinum, tanquam caput multum feriens, Regiæ Majestati ausit propinare. *Strobelberg. l. a. f. 1. p. 49.*

Andegavēsia *Andegavensia, Vin d' Anjou*, vina alba sunt notæ nobilissimæ. *Mercat. in Atlant. f. 160.*

Pictaviensia alba convenire cum Germanorum Rhenensibus, nisi quod paulò crudiora, censet *P. Brubesius Cons. 1. de Arthrit. in op. Garetii.* Aliter tamen censet *Lemn. 1. de Occ. Nat. c. 16.* quod Pictaviense vinum potum morosos, Rhenanum blandos reddat.

Blœsensia. *Vinum Blæsense, du Blois*, commendatissimæ est bonitatis & salubritatis. *Sincer. Itiner. p. 142.*

Propè oppidum *Charitéum, la Charité*, in Nivernensi, in dextrâ Ligeris parte collis accumbit, vinum generosissimum producens. *Id. l. a. p. 135.*

Apud

Apud *Montalbanos* est Mons *Faux Montagne*, vinum producens celebratissimæ bonitatis. *Id p 244.*

Laudantur quoque à *Gorræo in Def. Med. f.133. Vastiniana* alba, aqvosa, *Herbesiana* fortiora apud *Alvernos* pallida; media colore, consistentia & viribus sunt *Isanciana* lautioribus canis expetita.

In *Delphinatu* vina generosissima propè *Gratianopolin*, quæ fundunt annosæ & in aliarum arborum excelsitatem surgentes vites. *Sincer. l. a. p. 371.* In Delphinatu.

Vina *Castrinovi* apud Avenionem & *Allobrogica* aliis vinis patriô amore anteferenda censet *Valleriol.l.6.Enarr.7.*

In *Arelatensium* agro *Vinum de Crau*, quod omnia requisita vinosa habet, quæ ad Theriaces confectionem requiruntur & quo nullũ aliud ad dotes Falerni magis accedit. *Strobelb. in Gall. f. 5. p. 259.* Arelatensia.

Massiliensia, olim fumo condita (*v. supra d. V. cond.*) quia non sustinent navigationem, statim exolescunt, & aquea fiunt; hodiè dant Clareta electissima, succosa, tinctu quidam demulcentia lingvam, sapore, odore stomacho grata, vegeto Spiritu prædita. Massiliensia.

Langvedocicum est excellentissimum & delicatissimum tam album dictum *le Muscat de* Láguedocica.

Ff 2 Fron-

Frontignan ab oppido Frontiniano 3. mill. Monſpelio diſtante, & *Muſcat de Lion*, quia Lugdunũ defertur, quam Rubrum generoſiſſimum, auſterius tamen aliquantulũ & qvod lympha indiget, merum enim vix bibitur. *Strobelb. in Gall. ſ.5. p. 206. Idem in Hiſt. Monſpel. p. 8. inquit*, quot ſunt vini rubri Monſpelii varietates, quot albi bonitates, dot moſcatellini ſuavitates, quæ ſufficiunt ad explendum omne Nectaris deſiderium.

Vaſconiana. Tandem *Vaſconiana, de Guienne* licèt calidiora & ſicciora vinis Aurel. non ſunt tamen vaporoſa, quia craſſiora, nec ita ſubtilia. Pleraque ſunt nigra citra adſtrictionem, quædã etiam fulvi coloris. Præcipuè propè Burdigalam *Vinum de Grave* celebratiſſimum ab arenoſo ſolo dictum, Grave enim Gaſconibus eſt arena. *Sincer. de Burdig. c. 6.*

Succedaneus vini in Gallia potus. In *Normannia* autem, ubi vinum non creſcit potius incolarum ignavia, quàm ſoli vitio, potu utuntur *Cidre* & *Pyraſio* dicto, ex pyris & pomis ſilveſtribus confecto, ſaporis ſæpè tam grati, ut vini optimi locum ſupplere poſſit, ebrietatem etiam inducens, ſi immodicè bibatur. *Piccardi* autem potu utuntur *du Bouillon* dicto, ex aqua cum furfure coctâ in dolium cum modico fermenti immiſſa. *Guibert. in Med. Charit. de Tuend. Valet. p. 40.*

Licet

Licet *Germania* non ubiqve vites præsertim septentrionalior producat, in quibusdã tamen locis delicatissima nascuntur Vina, quæ copiosissimè ad reliquas vino destitutas deferuntur regiones. Utuntur liqvore quem Bacchus, regiones vite carentes, parare docuit, parum à vini sapore differente *Rosin. l. 2. Antiq. c. 11.* quem ex hordeo confectum Ægypti *Zythum*, Hispani *Celiam*, & *Ceriam*, Illyrici *Sabajam*, Pœones, *Parabiam* Barbari *Gourmi*, Angli *Alam*, Galli & Germani *Cerevisiam* vocant, notante *Adrian Junio l. 11. Animadv. c. 12.* V. quoq; *Ronsseus ep. 38. p. 137. Tacit de mor. G. 23. 1.* vocat humorẽ ex hordeo aut frumento in quandam similitudinem corruptum. Paratur ex farre hordei. *V. J. Cas. Bulinger. 2. de Conviv. c. 57.* ex succo tritici. *Isidor. 20. Orig. c. 3. & Olaus m. 10. Hist. Sept. 21. Zythum* olim absqve lupulo confectum inde à cerevisia diversam *v. Greg. Horst. de Sanit. Studios. 1, 6. §. 19.* Utilis, si moderatè bibatur, reddit enim coloratos, sanos, robustos. *V. Manard. l. 5. ep. 2. & l. 17. ep. 5. Joh. Placotom. & Thadd. Hagecius singul. de Cerev. libellis*; immodicè tamẽ bibita inebriat & corpus plurimis damnis subjicit. Unde *Plin. 14, 20.* ô mira vitiorum solertia! inventum est quemadmodum aqua quoq; inebriaret, cum frugibus alterata. In pluri-

5. Germanica succedaneus Germanorum potus.

plurimis tamen locis Germani vinum bibunt.

Antiquis Germanis Vinum incognitum. *Antiquis Germanis vinum* erat nullum, nec nativum, nec apportatum, causam addit *J. Cæs. Comm. de Bell. Gall. l. 4. c. 1.* quod vino ad laborem ferendum remollescere homines atq; affæminari arbitrarentur. Serius itaqve apud Germanos vites nutritæ & vinum productum fuit, donec tandem vel à Coloniis Romanis invectum, vel certè à Legionibus Romanis ad Rhenum præsidii causa stabulantibus, ne peregrina vina navibus advecta, magnis impendiis coëmenda essent, Vites in Germania propagatæ. quod præcipuè Imp. *Aurelii Probi tempore* factum, qui ob fidem in bello præstitam Germanis Gallis & Pannonibus Viticulturam permisit. V. *Eutrop. Breviar. Hist. l. 9. Lehman. in Chronic. Spir. l. 1. c. 24.* circa A.C. 277. usque 282.

Italica & Græca vina Germanis ferè omnia suspecta esse censenda, judicat *Crat. consf. 111.* & magis gulæ quàm sanitati convenientia, nisi pro reficiendis Spiritibus, præter Pucinum, quod non sit corruptum vel feculentum, ut plerumqve affertur, modicè interdum assumtum. Sunt autem ex *Germanicis Vinis.*

Hodiè ex vinis Germanis laudantur.

1. Rhenensia. 1. *Rhenensia* delicata, ex quibus præ reliquis à natali loco dicta, laudem merentur *Bac-*

baccharachica,(quæ admodum laudat *Dan. Heinf. in not. adv. 539. Hymn. Bacch.* Dutrent *Baccharach, inquit*, ende Drieckhusen werd die nytgelesenste en beste Dranck nae' tordeel van de leckerste tongen van de Werlet gevonden.) *Hambacchica, Pfeddershemica, Ridebergica, Affensteinensia. Lonicer. Herbar. p. 1. c. 15. Rhincovica* delicatoria reliqvis & spirituosiora. *Quercet. in Polyhist. Diæt. c. 14.* inprimis *Ruddershemēsia* propè Bingam in Rhingovia. *Zeiler. Itiner. Germ. c. 22. f. 485.* Ob bonitatem plurimas in Regiones transvehuntur, ut non solùm maxima in copia Coloniam Agripp. & Dordracum (ubi stapula est Vinorũ Rhenanorum, ut Atribatum in Brabantia & Middelburgum in Zeelandia Vinorum Gallicor. Hispanic. Lusitanic. *v. Lud. Guicciard. in descr. Belg. part. 3. p. 97. Laet. in Descript. Belg. Confœd. p. 62.*) sed, notãte *Joh. Freitag. in Noct. Med. c. 20. p. 102.* in Hispaniam usqve & Lusitaniam devehantur, apud qvos Vinum Rhenense decus est & gloria mensæ. *Rhenana à pede anserino*, Gånsefüsser nominatã, sanitati maximè convenietissima. Vires. *Crato consf. 253*, Rhenana mitiora, non fumosa & potentia, qualia multis in locis habentur, calculosis concedit *Id. consf. 111.* quia mediocria sunt & probè concocta. Eadem, pura, matura, non contaminata hominum frau-

de (plurimum enim ♀re corrumpuntur *Crat. conf. 253.* aut aliis nocivis rebus: *V. supra de Vinor. Conditur.*) innocentissima, adeoq; Colicis & paralyticis saluberrima. *Crat. consf. 169.* imprimis alba, tenuia, matura; quæ verò dulcia aut austera, cujusmodi generis sunt multa Rhenensia, non adeò commoda. *Solenand. f. 1. conf. 10.* Rhenana subflava in Scorbuto laudat *Greg. Horst. ad l. 2. p. 2. app. f. 2. p. 230.* si sint optimè depurata. In vomitu, affectione hypochondr. & affectibus Mesenterii Rhenanum album, ætate medium, quod citò penetrat, epar non facilè inflammat, sicut etiam ejusdem loci vina rubra adstrictione modica ventriculum post vomitiones optimè roborantia commendat *Idem Horst. l. 4. obs. 21. p. 233.* ad virium refocillationem laudat *Forest. l. 5. obs. 10.* Rhincovica, qui *Idem l. 1. obs. 20. sch.* notat, Vina Rhenana quamvis diuretica, valdè nutrire longâ experientiâ Oenopolarum istius vini, pingvium admodum. Causam ibidem addit.

Observandum tamen, licet Vina Rhenana à Germanis pro saluberrimis habeantur vinis, attamen ob subtilitatem Homines defluxionibus & catarrhis obnoxios, nec non convulsionibus tentatos plus oblædere quã Gallica rubella, quæ in Laxitate oris ventri-

culi,

culi, eximia sunt, *V. Angel. Sala Hydraol. s. 4. c. 4.* & quia nervis ob subtilitatem nocent, in Podagra eorum usum prohibet *Forest. 29, obs. 1. V. supra de Usu Vin. in Pod.*

2. *Neccaria* subtilia, sana, præcipuè *Heidelbergica* & *VVirtenbergica*. Ad Stutgardiam enim tanta vinearum copia, ut, notante *Thom. Lansio Orat. pro Germ. p. 65.* Gallorum proverbium sit: 2. Neccarica.

S'on ne cueilloit de Stutgard le Ruisin.
La ville iroit se noyer dans le vin.

Neccarina maximè extollit, eorumque usum in mensa Senibus continuum svadet *Johan. Neudecker in suo Gerocomio.* Eadem matura quæ non sint acida & calci affinia, sed svavia, pura, atqve in iis locis ubi plebeji minimè calculo obnoxii sunt, nata, calculosis & Podagricis concedi posse censet *Crat. cons. 111.* eadem matura in ventriculi dolore præscribit. *Guarinon. cons. 208.* Vires.

3. *Alsatica* non ingrata, ex quibus eminent *Reichfeldēsia, Lippelspergica, Bliensvveileria, Gualth. Ryff. in Apoth. Germ. p. 2. c. 8. §. 12.* nec tacenda *Rappersvveilensia, & Reichēvveilensia.* His annumeranur à *Cl. Deodato in Panth. 2, 16. p. 147. Rangana, Thanensia, Seringagana, Gebvveilensia, Kazzenthalensia, Ammersvveilensia, Brisgoica,* Ex. D. *Melch. Sebizius* 3. Alsatica.

 de

de Alim.l.4.p.1133. laudat *Dambachæa*, & *ex colle Sturmiano* nata rubra, quæ omnia modicè ſumta ſanitati non incommoda.

4. Mosellana Vires. 4. *Moſellana* ſvaviſſima præcipuè alba matura qvæ ad Cordis palpitationem *Solenand ſ.3. conſ.10.* commendat. Eadem unius adhuc anni cum non ſiccent, nec admodum calefaciant, item quæ ſubadſtringentis qualitatis cum viſcera roborent, & quia non ſint generoſa abſqve aqvæ miſtura ſumantur, laudat *Id.ſ.3.conſ.6.*

5. Franconica. 5. *Franconica* copioſa; præ reliquis *Klingenbergica* ad Mœnum, Klingenberger am Mayn/und Würtzenberger am Stein/eminent. *Zeiler.Itin.Germ.c.14.f.321.* De his ita *ad me in Litter 3.Kal.Nov.1659.* perſcribit *Exc. Dn. D. Fehr* vinis ipſi vernaculis: Licet Bambergâ Francofurtum uſqve ad utrumqve Mœni latus viciniſqve locis magna vis vini qvotannis colligatur, illa tamen excellunt, quæ radios Solis meridianos eosq; in collib⁹ accliviorlbus reflexos, prodigè excipiunt, quod Herbipolenſibus & Wertheimenſibus (quibus Klingenberga oppidulum vicinum) freqvens eſt, hinc apud imperitos Franconica pro Rhenanis ut plurimum venditantur, quæ & bonitate, & colore plurimum æmulantur *Exc. Dn. Nic. Balth. Merzius Rever. Princ. & Epi-*

Episcopi Bambergensis Archiater Colleg. Curios. Collega in Oenopol. suo Polypharmaco c. 3. p. 6 Herbipolensia, vina nobilia distingvit in ea, quæ crescunt in colle excelso, ponè Raudersacken & Pfülben/*in cellâ dæmonis in Lapide pretioso* in *monte sine valle*, in Schalcksberg. Sunt tamen quædam ex Franconicis reliquis Germaniæ vinis ignobiliora præcipuè si nimbosior accedat autumnus. Undè de iis proverb.

Francken Wein / Krancker Wein.
Neckar Wein / Schlechter Wein.
Rhein Wein / Fein Wein.

Eadem malè quidem audiri à vicinis Franconiæ Thuringis *Id. Excell. Dn. D. Fehr in Litt. 16. Kal. Maj. 1659.* fatetur, sed illa excusat, cũ sua plerumq; vicinis in vicinos dicteria. Non regio, *scribit*, non Leges accusandæ, sed mores & præpostera diæta: cum enim eorum vita aut in otio aut negotio ut plurimum excedente, agatur, & voracitas ipsis à primis quasi cunabilis implantata sit, à commessationibus ad Labores extremos, ad choreas & immodica exercitia aut ad supinum otium quandoqve delabantur, quod mirum esse, si Thuringis vinum Franconium sit insalubre. An insalubria?

6. *Tirolensia* laudantur rubra, aliaque alba ad Athêsin fl. provenientia vulgò die Etsch-weine. 6. Tirolensia.

weine. *Brixiensia* cum sint valdè potentia, à qua stangenda esse præcipit *Montagn.cons.35.* quæ nascuntur *in Flaoni Comitatu* in Tirol *A. Mar.Venust. cons. 28.* commendat. Celebrantur qvoqve *Tramina,* die Traminer/ à pago celebri ad Athesin, quæ sunt in triplici differentia rubedine vel saturata, vel diluta inter se discrepantia. *Camer. Hort. Med. p.180.* quæ propè Græziam & Goriziam alba nascuntur crassæ substantiæ, faciunt, ut arenulæ copiosæ emingantur, & si ab ejus potu abstineatur rursus, talis mictus de seipso cessat, ut in seipso observavit *Bened. Sylvatic. c.3. cons.72.*

7. Au-striaca. 7. *Austriaca* non insvavia, sed tenuia plurima. Circa *Monaster. Claustro Neoburgum* tanta vini crescit copia, ut in proverbium abierit, habere hoc monasterium einen rinnenden Zapffen. *Zeiler. in Topograph. Austr. f. 29.*

Vires. Hæc Podagricis nocere vult. *Crat. cons. 253.* item Colicis & paralyticis, nisi benè atq; sæpè sint elutriata. *Id.cons. 169.* imo quia ♀ro scatent, fit, ut ab ipsorum potu facilè Paralysis pòst colicos dolores oriatur. *Horst. l. 2. obs. 7. p. 94.*

8. Bo-hemica & Moravica. 8. *Bohemica* laudat quidem *Paul. Stansky in descript. Bohem. c.1. p.7.* præcipuè quæ *ad Pragam, Litomierzicam, Mesnicum, Launam, Ustam, Chrudimum*, non infeliciter nec palato insva-

nſvavia nata, *aſſerens*, illa bonitate Moravica antecellere, Auſtriacis æqvipollere, niſi quod ætatem ferre nequeant: aſt, quia plurimum terreſtria & calcaria ſunt, nervos lædunt & contrahunt. *Seiler. conſ. Scholtz. 46.* ut & *Moravica*; quæ nervis maximè infeſta. *Nævius conſ. Scholtz. 225.* & podagricis quæ immatura, noxia. *Crat. conſ. 253.* paralyticis qvoqve & colicis cum nativum quoddam, quod hunc morbum conciliet, in ſe contineant, hinc tot colicos & paralyticos eſſe in Moravia, teſtatur *Id. conſ. 169.*

9. Tandem quamvis *ignobiliora* ſint in *Germania* quoq; *Vina Miſnenſia* ad Albim (ubi *Ketſchēbergica* meliora guſtui, & potētiora, ſed quæ nemo arthritidi obnoxi⁹, ſine noxa potat: *Jeſſenſia* contra & *Gornbergenſia* in pura arena naſcentia adeo ſalubria, ut notante *Cl. Sennert, in Litt. ad Döring. 12. Nov. 1619.* in ejus oppido nullus civis arthritidi ſit obnoxius.) *Luſatica*, item *Brandenburgica* & his vicina in Sileſiæ Limite *Grünbergica*, & ad *Carlatum*, ea tamen, cum ſoli qualitatibus & Solis irradiationibus diſcrepent multum à generoſis vinis, hîc potius digito monſtraſſe, quàm laudaſſe ſufficiat. Ignobiliora quædā.

Helvetia in quibusdam locis vino quoqve abundat: nam canente *Glareano* eſt. Helvetia.

Fru-

Frumenti viniq; ferax & divite rure,
Collibus apricis, quos pampin⁹ ornat & Uva.
Præcipuè colles *Schafhusiani, Moretenses, Aventicenses, Bretenses* & *Thermopolitani* vino luxuriant, apud *Tigurum* etiam & *Basileam* non mediocriter crescit. *Laet. de Repub. Helv. p. 22, 23.*

Belgica In *Belgio* Vites in quibusdam locis præcipuè circa *Lovanium. Namurcum*, & in agro *Luxenburgico* & *Leodicensi* hîc illîc occurrunt, & quidem satis feraces adeò ut vinum aliqvod reddant, licèt exile & subausterum, ob uvam non satis percoctam, posset tamen colonorum cultu emendari, quod *Bruxellis, Diesthemii*, & *Antvverp.* nonnemo laudabili cum successu tentavit, præsertim cum in Coloniensi agro, ubi nihilo remissiora sunt frigora, vinum abundè proveniat. *Lud. Guicciard. p. 1. Belg. pag. 12.*

Hungarica. 6. *Hungarica vina* generosissima sunt, tum Soli ratione. Præcellunt in superiori Hungaria *Toccaviensia*, ubi montes auri mineris simul affatim scateant, ut supra *l. 1. c. 5.* notatum fuit. Robore & colore Hispanicis non cedũt, præcipuè quæ sunt die Ausbrüche / cum generosiores & ultra certum maturationis tempus relicti & semipassi quasi acini hinc indè colliguntur. *Dn D. Mart. Christoph. Mezger. Med.*

Med. Posonii in Hungaria celeberrimus, *olim Itinerum fidus Achates, in Litt. ad me datis* in *Inferiori Hungaria* Vina commendat *Oedenburgensia*, præcipuè circa *Rustum* & *Neodsidlensem lacum* in arenoso loco provenientia, inter quæ præcellant *Aurimontana* die Goldberger. Nobilia quoq; ab oppidulo monti adjacente *S.Georgii* dicto, die Sanct Georger vocata, in loco lapidoso crescentia. Quia vina Hungarica vinosa & potentia, adeoq; nervis inimica, in Podagra vix admittēda sunt. V. *Solenand. s.4. consf. 28. p. 403.* Tartaro etiam subtili scatent, quod vino arctissimè cōmiscetur; & cum vino in articulos deponitur: Rhenensia potiùs in dolium ♀m suum, cum non sint adeò spirituosa, deponunt, quàm ut simul in corpus devehant. Testatur *Exc. Dn. D. Döringius in antè laudatis Disquisitionibus Epistolicis Medic.* cum *Exc. Sennerto habitis in Epist. 4. Oct. 1619.* exarata, Vini Rhenani & Toccaviensis utriusque sigillatim mensuras 24. destillatas fuisse per alembicum, pòst destillationem Rhenani remansisse ♀ ℥iij. Ungarici verò vix ℥ij. quod factum censet, quod propter vini Toccaviensis spirituū copiam ♀m adeò subtile & volatile redditum & unitum fuerit, ut cū reliquo vini Spiritu alembicum transcenderit. *Pergit Exc. Sennert. in Respons.* An salubria.

12. Sept.

12. *Sept.* 1619. ♀ri plus est in Hungaricis & Moravicis quàm Rhenanis, nec saltem illud est quod cum Sale superfluo corpulento, & nondum volatilitatem, ac spirituositatem adepto, aliisque fœcibus terrestribus doliorũ lateribus adhæret, sed vino quoque per minima permistum atq; hinc vina nec in primâ, nec in secunda coctione facilè separatur, sed in venas penetrat & ultimo tandem tanquã inutile ad articulos propellitur, præcipuè cũ vitis argillosum, lutosum, calcarium vel alterius mineralis naturæ è terrâ attraxerit.

Reliqui Europæ populi Septentrionales cerevisia, Aqua, aut vino aliunde advecto, utuntur, ut *Poloni*, *Dani*, *Sveci*, &c.

Moscovitarũ Potus. *Moscovitæ* bibunt potum *Quas* dictum, qvi secundariæ nostræ cerevisiæ respondet, item hydromel seu *medonem* cui cum baccis rubri Idæi aut cerasis gratum conciliant saporem, imprimis autem *Spir. ardentem* ex frumentis paratum plenis buccis in se ingurgitant. *V. Ad. Olear. in Itiner. Persic. part. 1. f. 123. seq.* Hodiè antè paucos annos ex Persia Vites Afracanum qvod Moscovitarum Czaro paret, Ao. 1613. delatæ, ibi coli incipiuntur ab incolis. *Id. p. 2 f. 241.*

Tartarorum. *Tartari Europæi* utuntur *Oxygalo*, ex Lacte equino sic qvassato, ut instar musti effervescat

atqve

atqve acescat velut fermentum absqve additione aceti. ex *Guil. Rubrici Itinerar. Tartar. à Petro Bergerono Gallicè edito c. 6.* notat *Lindan. select. Med. ex 16. §. 125.* V. quoq; *Scalig. ex. 284. §. 2.* Potant etiam ex cornu bovino potum *Pragga* dictum, ex milio confectum, colore & crassitie fæcibus respondentem. *Olear. l. 6. Itin. Pers. c. 13.*

II. VINA ASIÆ.

Asia olim Vitibus & vino abundantissima fuit, cujus cultura hodiè sub jugo Mahometico severa Lege interdicta, multis in locis sterilem reddidit & pretioso hoc liquore carentem. Asiæ vina.

Olim quorum plerumqve Galen. etiam meminit, famosiora fuerunt: veterũ

1. *Therinum* in Mœonia nascens, dulce, modicè crassum & nigrum. Therinum.

2. *Carynium* dulce ex Mœonia, nigrum, sine morsu. Caryinum.

3. *Byblium Thracense*, vinum odoriferum è vite Byblia, quæ ex Phœnicia in Thraciã delata. Crescebat copiosè in *Phœnicia* quoqve, distabat Byblus non longè à monte Libano. *Scholiastes in Theocr. Edyll. 14. v. 15.* ubi à *Theocr.* vocatur πότος ἁδὺς, potus dulcis. Bybliũ

Arsyenum. 4. *Arsyenum* ab Arsisia Psyrorum loco, qvod erat aqvosæ consistentiæ. V. *Gorræus in Definit. Med.*

Tmolites. 5. *Mesogites* è Tmolo monte Lydiæ vitibus undiqve consito. *V. Plin. 5, 29.* Undè & *Tmolites* infestum capiti & nervis, habitum inter vina præstantissima & simile Falerno, erat tenuissimum, pellucidum, fulvum colore, dulce mediocriter, nimis quàm odoratum.

Mysiũ. 6. *Mysium* qvod in Hellesponto proveniebat; flavum, odorum, consistentia medium, Surrentino non absimile.

Lampsacenũ. 7. *Lampascenum*, ubi Priapus cultus, Lampsaci Urbe dictum, quam Urbem Xerxes Themistocli in vinum dedit, referente *Plutarch. ejus vit.*

Perpyrinum. 8. *Perpyrinum* quod apud Perperinen juxta Pergamum in Asia nascebatur, austerũ, crassum & nigrum vini genus.

Tibecinum. 9. *Tibecinum* à regione Tiba Asiæ aquosæ & tenuis consistentiæ cum Sabino certans: quale etiam *Titacazenum*.

Cabillonium. 10. *Cabillonium* in Damasco Syriæ, quod tantùm Persiæ Reges bibere consveverant. *Præfect. de Nat. Vin. p. 24.* In Sacris *Ezech. 27, 18.* Urbi Damasco vinum *Chelbon.* hoc est, pingve, optimum, tribuit: claret nunc Uvis passis Damascenis.

Olim

Olim *Judæa* quoqve abundavit Vitibus egregiis. Nam In Terra Sancta.

1. In *Judæa specialiter sic dicta*, ubi *Tribus Benjamin, Dan, Simeon & Juda*, fuit *Vallis Escol* seu vallis botri, propè Urbem Hebron: item *Jos.15.v.23.* locus *Susanna*, à palmite nomen habens: *Vallis Sorec* in tribu Dan à generosâ vite dicta, item in Tribu Benjamin *Bethacarù* quasi villa vineæ Weinhausen. *Jerem.6.v.1.* Meminit S. Scriptura *vinearum Tinnath* in finibus Dan, Juda & Ephraim *Judic.14.v.5.* vinearum *Hierosolymit. 2. Reg.18, 31.* vineæ *Silo Judic.21.v.20.* 1. Judææ vinea.

2. *In Samaria* Judææ parte, qvam inhabitavit *Tribus Ephraim, Manasse, Joseph* & pars tribus *Isaschar.* Meminit S. Scriptura *Vinearum Sichamiticarum. Jud.9.v.27.* in Tribu Ephraim: *vinea Naboth 1. Reg. 21.* In finibus Isaschar, ubi Jesreel Aula Achabi. *1.Reg.18* in tribu Manasse *Ophra vinea Gedeonis. Judic. 6,11.* & tandem *vinearum Samariæ* Urbis, qvod colligitur ex *2 Reg. 6, 27. & Jerem. 31, 5.* 2. Samariæ.

3. *In Galilæa* tam superiore, ubi *Tribus Aser* & *Naphthali*, quàm inferiore, ubi *Zabulon* & reliqua *pars Isaschar*, plurimæ *vineæ* præcipuè *in monte Thabor, Carmel (2.Paralip.26, 10.) Libano (Os.14, 8.)* 3. Galilææ.

4. *In Peræa* trans Jordanem Regione & 4.

Gileatitide, ubi *Tribus Gad*, *Ruben* & dimidia *Manasse* fuit *Abila* vinearum. *Judic*, *11. v. 33.* *Moabitis* cujus vinearum meminit *Es. 16, 8.*

Hodiè.

Hodiè.

1. In TURCIA quàvis prohibitũ vinum.

1. *In Turcia*, seu Regnis Asiaticis Turcarum Imperatori subjectis, rarum invenitur vinum, nec aliis in locis, nisi ubi Christiani habitant. *Busbeq. Legat. Turcic. ep. 1. p. 39.* imò tẽpore Solimanni prohibita fuit vini asportatio Constantinopolin *ib. ep. 4. p. 294. seq.* mahometes namqve in Alcorano non solùm vini prohibuit usum, sed & 80. plagarum pœnas in bibentes constituit. *Guil. Stuck. l. 1. de Conviv. c. 21.* Causam cur Mahometes vinum interdixerit fabulâ Alcoranicâ enarrat *Busbeq. ep. 3. p. 254.* qvamvis Ratio majoris momenti sublateat, ne scilicet ad conquirenda Imperia destinata natio, vini dulcedine capta, viribus nimia ingurgitatione fracta, naturam dediscerct, & in Luxuriam delaberetur, cum eandem, strenuos enervâsse exercitus & populos constet, cum Capua Hannibali fuerint Cannæ. *Flor. 2, 6, 21.* Alex. M. fregerit, qui à Persarum armis invict⁹. *V. Curt. 6, 2, 1. V.* & *Eund. 5, 1, 36.* rarumqve quod J. Cæs. de militibus suis jactare solit⁹ est, eos etiam ungventatos benè pugnare. *Svet. ejus vit. c. 67.* aut de Persis seu Parthis testetur *Ammian.*

Quare prohibitum?

Mar-

Marcell. 23, 30. adeò dissolutos esse, ut effœminati existimentur, cum sint acerrimi bellatores. Addi potest *ratio*, quod vini modici usu, ferox Turcarum animus mansvesceret, (hinc enim Tygres mansfvefactæ Bacchum trahunt) & deliniretur, & hac de causa Turcæ hodiè otio dediti, & præcipuè Janizari in quibus omne militiæ robur, mercaturæ & aliis civilibus negotiis dediti, Turcicæ potentiæ frenum ipsi injecerunt, adeò ut videatur Luna ipsorum in Plenilunio constituta jam decrescere aut à Persico Sole (mithra enim seu Sol, Persarum, ut Luna Turcarum insigne *V. Olear. Itin. Persic. l. 5. c. 29. f. 638.*) sæpiùs Eclipsin pati. Causam reddit eandem Historicor. nostri seculi eximius *Victor. Siri in Mercurio currentis Seculi T. 1, l. 1. p. m. 149.* Adeò namqve olim Turcæ studiosissimè caverunt, ne ullo modo animorum ferocia mitesceret, ut cum Franciscus I. Rex Gall. Solymanno Musicos Europæos cum variis Instrumentis Musicis misisset, quibus admodùm delectabatur, cum videret populum iis impensè delectari, Musicos remitteret, & eorum Instrumenta igne combureret. *V. Petr. Matthieu Histor. Gall. T. 2. l. 4. narrat 3. p. 125.* Eadem de causa Typographias Arabicas à Magno Duce Hetruriæ Constantinopolim missas exclu-

sit Turca, quod nollet magnum librorum numerum habere quibus virtus militaris enervetur. *V. Th. Campanell. de Monarch. Hispan. c. 30. p. 273.* quanquam hodiè Judæos Constantinopoli Hebraicam Typographiam possidere *Besold. in de Nat. Popul. c. 13. p. 69.* asserat. In jejuniis Turcarum nemo tam profanus, qvi vini odorem non fugiat, multò minùs ut bibat. Aliàs satis largiter se vino invitant, quod Budensium Turcarum exemplo probat *Busbeq. Ep. 1. p. 25.* non diffitentes, esse peccatum, idcircò unus Constantinop. vinum bibiturus, teste Eod. Busb. stentorea voce clamabat, ut commonefaceret animam, ut se reciperet in aliquem corporis angulum, ne vino, quod bibiturus erat, pollueretur. Vites potissimum pro esu colunt. Pòst devoratum opium, Turcas vinum ad satietatem haurire, testis est *P. Bellon. l. 3. Exotic. obs. 15.* Amurathes Turc. Imper. qui An. 1640. decessit, cum in convivio ab ignobilioribus vinis initium faciendo ad Spiritum vini, ad vini Muscata & Malvatica Candiæ usque progrederetur, exstincto calore nativo, lethalem côtraxit morbum & mortem, teste antè laudato Historico *Siri p. 143.* Communiter Turcæ bibunt Aquam mulsam. *V. Rhod. in Scribon. Larg. §. 133.* & vinum Passum ex passulis confectum.

Turcarum potus succedaneus.

Sorbet

sorbet dictum *Busbeq.p.92.* aut ut *Georgenitz de Turc.Morib.l.4.c.8.* vocat *Hosaph.*

Parant quoqve Turcæ potum ex Saccharo cum Aqua, & *Tserbeth* vocant. *Georg. l.4.* Langventes & morbo confecti, pro *medicamento* Turcas *vino* uti, & *Sarap* vocare Author est *Fioravant.Capricc.Medic.l. 2. cap.28, pag. 125.*

2. *PERSIA* vini feracissima est, qvod in vitibus arbustivis colitur, & quia Persis quoqve mahometica lege interdictum, Armavis & Georgianis Christianis ejus expressionem concedunt, à quibus Persę emunt & avidè bibunt, hac ratione Legi putantes satisfactum, & quia rubro potiùs delectantur cum Ligno Brasil. aut croco, Tincturam Vino albo conciliant. *Olear.Itiner.Persic.p.2.f. 428, ad Ispahan* Urbē in copia in suburbiis nasci docet *Id. l.4.* Quod in *Aria* Bactrianæ Provincia olim natum ad 90. annum ob generositatem perdurâsse, idque in vasis minimè picatis, refert *Strabo l.2.& 11.* Hodiè vinum ad fluv. Bendomir olim Araxim, Urbemqve *Schiras* in vicinia Sinus Persici, prognatum, nobilissimum, substantia spirituosum, colore vino Hispanico æmulum & robustius adhuc, quod vinum Sophi Persici mensis adhibetur & pro meliori in tota Persia habetur. *V. Joh. Alb. Mandels-* 2. PERSIÆ Vina.

delsloo in Itiner. Orient.l.2.c.6.& *c.8. Olear.l.5. Itin.Persic.c.2.* Copiosè qvoq; crescit *vinum in Erak, Adirbeitzan* & *Schirvvan*: vulgus autem utitur potu ex aqua *Duschab* s. Sapa & parum aceti. *V. Olear. Itin. Persic. l. 5.c. 16.*

III. In India Orientali. III. *In India Orientali* rarò vinum bibitur nisi quod ex Persia, aut per Anglos, Hollandos, Lusitanos ex Hispania defertur. In quibusdam *Indiæ locis potus* paratur ex fructibus *Nargel* seu *Cocco*, Arboris *Palmæ Indicæ* seu *Nucis Indicæ*, qui fructus aquam continent limpidam, dulcem, quam vel in Solis ardoribus bibunt, vel beneficio ignis decocta transit in liquorem vino similem, *Sura* dictum. *A*

Indorū Potus succedanei. *Costa in Aromat. hist. p.36.* & *Gartz. ab Hort. l.1. c. 26. Fragos. Hist. Ind. c. 157.* Notandum: *Palmā* esse varii generis, *Judæa* duplex, dactylifera & caryotica, *Ægyptiaca* alia, *Indica* rursus alia ex quo *vinum* fit sublimatum, *Arak* dictum, cujus meminit *Carol. Clus. in Cur. postr. ex navigat. Stephan. uander Hagen Navarchæ* & *Philostrat. in vit. Apollon. Tuan. l.2. c.3.* narrat, Indos habere vinum ex Palmarum fructibus expressum, undè ebrietate corripiatur, qvod idem Monachi montis Horeb è dactylis præstant, quale etiam *vinum* in Insula Zeilan seu Taprobana Palma destillatione suppeditat. *Rhod. Not in Larg. §. 109. V. quoque de Palma*

Indic.

Indic. Panciroll. de Reb. Invent. l. 2. t. 1. pag. 120. Ex fructu *Caranda*, qui gratissimi est Uvarum saporis, succus extrahitur, qui loco vini est & *Cydra* vocatur. *Fragos. l. a. c. 3.* Ex *Oryza* quoque, Saccharo, variisque aromatibus conditum parant potum, qvo faciliùs inebriantur quàm potentis vini haustu. *Sebiz. l. 2. de Alim. c. 1. p. 152.* hunc ex oryza confectum, *Massicau* vocitant, paratur, dum vetulæ Oryzæ partem dentibus comminuunt, pòst olla repletur oryza & aqua, additur à vetulis masticata oryza, quæ est instar fœcum, pòst per annum in terram defossa, defervet in potum optimè inebriantem, huic respondet potus ruber *Brom* dictus ex oryza, quoqve caput feriens. Joh. Georg. Hanckius conterraneus meus, qui in classe Hollandica in Japonia per decennium Chirurgum egit, oretenus sequentes Indorum modernorum potus enarravit, instar vini admodùm inebriantes. Utuntur Indi potu *Arak* seu *Sp.* ardente, qui potissimùm propè Bataviam in Insula Java destillatur ex fæcibus sacchari & oryza, item ex siliquis (Bohnen/) Ex fructib⁹ *Coccos* (Hollandis Clappos Nüsse) paratur potus *Tewack* dictus, sapore serum Lactis æmulans. In Amboina ex siliquis paratur *Sagavveer* potus saporis dulcis, cui sanitatis ergò addunt radi-

cem amaram Hubast dictum. In Littore Coromandel, item in Paliacatta, & Masilipatan ex filiquis *Syri* potum conficiunt; alibi *Auree* vel *Niep* potum ex fruticibus ejus nominis in Regno Aracqkã, quia figura palmæ ramos æmulantur. In Japonia præparant ex oryza *Sacqui* vel *Saki* aut *Muorsaki* colore vinum Hispanicum æmulans, instar cerevisiæ, cujus duo vitra primùm ebibita, adeò ebriũ reddunt insvetum, ut omnem deperdat rationem. *Joh. Alb. Mandelsloo in laudati Itin. l.1. c.8. f.28.* refert Anglos & Hollandos in India uti potu, quem *Polepunze* appellent, creberrimè, ex Arack seu Spir. ardente, succ. citr. sacch.) cui aliquid nuc. Mosch. addũt, referẽte laudato Chirurgo) & Aq. Rosarum. In Coromandel propè Urbem Suratta. *Idem Mandelsloo l.a.c.12 f. 44.* potus *Terry* meminit, quẽ incolæ ex Palmæ cujusdam specie scissò cortice excipiunt, saporis dulcis, & facultatis admodùm refrigerantis. Eo utuntur quoque in Indostan & toto dominio Magni Mogolis, vocatur Palmwein. His variis potibus, vini jacturam resarciunt in India, quam olim Dionysius seu Bacchus vitibus locupletissimam reddiderat.

IV Chinensiũ. IV. *Chinenses* præter aquam calidam, qua omnes utuntur in communi, succum cujusdam

dam herbæ, quæ Japonis *Chia* dicitur, adhibent in præcalida aqua agitatum. *Mapph.l.6. Hist. Ind. p. 108.* Chinensibus dicitur Decoctum herbæ Theæ in Aqva. V. *Borell.c.3.obs.39. Tulpius l. 4. obs. c. 59. Persæ* idem potant & *Chattai Cane* vocant, qvia à Tartaris Catajensibus in Persiam defertur. *V. Olear. Itiner, Persic. N. Edit. l. 5. c. 17. Linschottan. c. 26. de Insul. Japon. pag. 31.* Potus Vino Succedaneus

III. VINA AFRICÆ.

AFRICÆ vina. Dari in Africa Vina.

Licèt *Africani* in plerisque locis Arabes præsertim ob soli ariditatem aqua aut Lacte cogantur esse contenti (in qvibusdam locis Uvæ quidem proveniunt, ut in regno Fessano propè Mecnasam, quæ tamen nonnisi recentes edi possint, ne quidem siccari. *Leo in descr. Afric. l. 3. p. 268.*) in quibusdam tamen locis exprimitur *Vinum Passum*, præsertim in Rifâ Provincia. *Leo. l. 4. 1. p. 77.*

Olim *Ægypti* vinum *Mareoticum* in pretio fuit, à Mareja lacu vicino Alexandriæ, indè & *Alexandrinum*, aut ut vult *Athen. 1, 25.* à Maro Bacchi milite dictum. Erat vinum præstantissimum, album, svave, tenue, svaveolens. *Turneb. 8. Adv. 11.* Hinc *Virg. 2. G. 91.* vites *Mareotides* albæ. Meminit ejus qvoqve *Horat.* Mareoticum.

Horat.1.C.37. & *Stat.3.Sylv.2,24.Plaut.in Caſ.3,5,15.* vocat *Libycum* meracum,quia Lybiæ contermina Alexandria. Pòſt hoc ab *Athen.l.a.* celebratur vinum *Tænioticum*, potu & odore inſtar aromatum delectans: varia quoque circa Nili decurſum,ex quibus optimum quod circa *Antyllum*, oppidum non procul Alexandria diſtans,naſcebatur. *Macrob.7.Saturn.8.* in cauſam inquirit, cur vina Ægypti non calidâ ſed penè frigida virtute naſcantur. Vocatur hoc vinum à *Laurent. Valla in Interpret.l.2.Hiſt. Herod.p.117.vinum viteum*, quod Sacerdotibus quoque erat conceſſum.

Tænioticum.

Viiioris conditionis homines utebantur *Vino Palmeo* ex Palmularum fructibus expreſſo,cujus modum deſcribit. *Xenoph.l.2.Cyrop.p.m.300.* quod ſvave quidem, at capitis dolorem inferens. *V.Herodot.l.1.p.m.91.Plin.14,16.* de cujus *Palmei* qualitate *V. Lud. Nonn.l.4.R.Cibar.p.491.* item *vino Sycite* è ficubus, item ex fructu *Lotos Herod.l.a.Plin.13,17.Athen.14,18, Porta 4.Mag.21,1.* item *vino ex hordeo* confecto, quod ζῦθον vocarunt & *Brytum. Athen. 10,13.* cum enim Ægyptii bibaces,& ob egeſtatem multis in locis vino carerent, invenerunt inopiæ ſolatium, vinum ex hordeo conficere,cujus potu lætati & ebrii facti ſunt. Hodiè teſte *Proſp. Alpin. in de Med. Ægypt.*

Potus Africanorum Vini Succedaneus.

Ægypt. l. 1. c. 10. Aquam Nili bibunt, quam ad vitæ conservationem saluberrimam statuunt, tam divites, quàm egeni, eamque vel simplicem (credunt enim Aquam Nili vim sangvinis obtinere, ex quo DEUS præceperit Moysi ut aqvæ in sangvinem mutarentur) vel saccharo & succo limonum mistam, qvam in specie *Sarbet* vocant, & advenas eo potu honorant. *Id. l. 4. c. 3.* Christiani tamen, Hebræi & Turcarum milites quoq; spreta Mahometis lege, vina ex Insulis asportata, avidè affectant. *Id. l. 1. c. 13. In Regno Fessano* ad montem Beni Achmet incolæ omnes vinum bibunt non dilutum, qvod suffervefactum illis durare dicitur in annos 15. servant tamen etiam crudum. *V. Leo in descr. Afric. l. 3. p. 441.*

IV. VINA AMERICÆ.

AMERICÆ Vina.

Tandem ad Novum Orbem delati, *Vina Americæ* contemplaturi, invenimus *in Peru* & *Chili* vites ab Hispanis eo delatas, jam approbum vinum fundere: aliàs *nec in Insulis, nec in Terra firma* vinum aut Uva nascitur. Narrat namq; *Diegho de Torres de Reb. Peruan. p. m. 6.* In *Icâ Peruanâ* Provinciâ, Uvas magnitudine esse mirabili, adeò, ut ex uno racemo Peruviano major copia vini exprimatur, qvàm

quàm ex duobus, tribusve Europæis illâq; esse svavissima, cum perfectam ex cœli temperatione consequâtur maturitatē, & partim mari partim terra ope vervecum clitellariorū devehi per universū Regnū Peru. In *Nova* quidem *Hispania* vites Uvas ferunt, sed non maturescunt. *Joseph. A Costa l.3. Hist. Ind. c. 22. & l.4.c.32.* Insuper in *Hispaniola* vitis plantata uvas exiguas præbet, non admodùm jucundi saporis, & ferè Febr. & Martio fit vindemia. *Benzo l.4. Hist. Americ. c. ult.* Non dubitandum tamen, qvasdam Americæ terras felicius Vina producturas, nisi Hispani ab adnavigata copiosissimè in Peru vina Hispanica & indè opulentissima Regiæ Cameræ illata vectigalia prospexissent, ut nonnisi indultu regio singulari in Americæ Regnis vineas propagare liceat. *Bacc. de Vin. l. 7. f.368.* Habet tamen Americani cum ebrietati dediti sint, plurimos potus, qui negato vini usui succedant, quibus abundè dementantur.

Americanorū Potus Vini Succedanei. *Petr. Martyr ab Angleria in Reb. Oceān. dec. 2. l.3. p.114. 148. refert*, Hispanos apud Comagrū Indiæ Regulum invenisse Vinariam doliis fictilibus & ligneis cupis munitam, optimis vinis, (licèt non ex uvis, cùm vites non habeant) repletam, ex tribus enim radicum & granorum ad conficiendum panem generibus,

Hinca,

Hiuca, *Ages*, & *Maiz* & ex *Palmarum fructibus* vina conficiunt alba, nigra, variorum saporum, mulsum tamen plerumqve imitantia. Qvod *Id. dec. 3. l. 10. p. 312.* de *alia Occid. Ind.* Insula qvoq; confirmat. In *Novâ Hispaniâ* conficiunt Potum ex fructu *Maiz*, *Atole* dictum: apud *Peruanos* ex fructu Papas *Chuno*; in *Occidentali India* & *Mexicana* ex fructu Cacao *Chocolata*, quo potu hodiè Hispani admodùm delectantur. *Casp. Caldera de Herodia in Tribunal. Magic. Med. T. 1. tr. de pot. s. 4. cap. 3.* Lubet ex *mss. Praxi Dn. Petri de Castro Chocolatæ confectionis modum* subjungere: Rec. fructus Cacao (quibus granis utūtur pro moneta) n. mille, Capsicar. sive Piper. Ind. rubr. Chiles dicti n. 20. detracto tamen semine, pulv. frument. Indici torrefacti seu Turcic. ℔. ij. anis. ℔. j. siliquar. quas Indi Tlechuchil nominant n. 12. fructus Mechachuchil m. ij. fructus Orejuelas n. 20. Cinnamom. ℥jv. Piper. nigr. ℥ij, Sacchar. ℔. jv. Achiote succus condensatus radicis cujusdam quandoque additur ad ℥ij ut nimirum color ex rubeo croceus communicetur compositioni (utuntur enim Indi hoc succo instar croci, & in omnibus medicamētis, ubi renes & vesicæ ab arenis expurgandæ, à quo succo vis diuretica composito conciliatur) hæc omnia miscentur Confectionis Chocolatæ descriptio.

tur

tur, & validioribus pistillis in massam rediguntur & exsiccatâ in Europam quoq; deveħuntur. Usus tempore ℞. hujus *Chocolatæ* ℥j. quæ subtilissimè teritur, additur Sacchar. Brasil. ℥j. immittuntur in ollulam, in qua aq. ferventis ℥viij. agitatæ ad ignem brevi spatio quantum calidè sustineri potest, sorbent ex porcellanis, vel ex corticibus nucum Indicarum fabrefactis, estque ad intemperiem ventriculi frigidam corrigendam utilissimus Potus. *Hæc Dn. Castro.*

In *Brasilia* Militum & Afrorum promiscua turba utitur olente potu *Garapa* dicto, quem caupones ex nigro saccharo & aqua cõficiunt, addẽtes folia *Arboris Acaju* quorũ calore vapores excitantur & inebriantur. *Guil. Piso in Hist. Nat. Brasil. l. 1. f. 12.* præcipuè, si vet⁹ sit, inebriat, & ex eo potu Sp. ardentem, acetum & mel conficere norunt. *Id. l. 4. c. 1. f. 51. & Georg. Marggrav. in Hist. Plant. Brasil. l. 2. c. 14.* Idem *Brasiliani* Vinum quoque conficiunt ex frumenti genere *Mandiboca*, *Piso l. a. l. 4. c. 2.* ex fructu Arboris *Janipaba. ib. c. 15.* ex fructu *Banana* in Insula Maranhaon, quod inebriandi facultate pollet. *Id. ib. c. 27.*

Et hæc de *Differentiis Vinorum*, & *Vini*, ut secundum totum consideratur, usu speciali notata sufficiant, *nunc* annectenda restat *consi-*

de-

sideratio specialis Partium in vino latitantium, de quibus seq. sectionibus agetur.

SECTIO VII.
DE
OLEO, & SPIRITU VINI.
CAPUT I.
DE OLEO VINI.

Vinum, si accuratiori Mentis Anatomiæ subjiciatur, pluribus constare partibus, nullum est dubium. Tentavit id *Angel. Sala de ⅙ p. 2. s. 3. p. 343.* In Vino est, inqvit, 1. *Essentia subtilissima*, qvæ est Aqva vitæ: 2. *magna copia aquæ insipidæ* corruptibilis: 3. *Spiritus fumidus* seu θ vini volatile crassius. 4. *Oleum* quoddam verè pingve, & unctuosum combustibile. 5. θ *Corrosivum*, quod ex ⊕ extrahitur: 6. *Terra limosa* inutilis restitans. Hæc *fex Thramna* dicitur, & vinum à fęce robur accipit, ut ab eâ exemtum, degeneret facilè in *Acetum*, nec ætatem ferat, velut à radice revulsũ. *Cæl. Rhod. 28,26. Macrob. 7. Sat. 12. p. 712.* Essentia subtilissima vini aliis *Flos* dicitur *Vini. Plaut. Curc. 1,2,1.* & flos Liberi *Id. Cistell. 1,2,8.* quia optimum illud quod Florem vocant, jucundissimi est odoris. Sic *Id. Ca-* Vinum diversis constat partibus.

Id. Casin. 3, 5, 15. meraci Libyci flos, id est, vini Mareotici optima pars, flos dicitur latinissimè ut Flos ævi *Terent.* flos flamæ, flos Salis *Caton.* & flos cœnæ *Agell.* 15, 8. delicatissima ejus pars. Dicitur etiam flos Vini, cùm vinum in summo qvandam tenuem habet spumam. *Taubm. Comm. ad Plaut. Curc. l. á.*

• Partiū vini 🜄ea-rum A natome. Parantur ergò, & *Chymicâ* separantur *arte* à reliquis Vini partibus, *partes* 🜄*ea* quæ exhibent *Oleum & Spiritum.*

OLEUM vini. *OLEUM Vini* diversis præparationibus à *Chymicis* extrahitur.

1. ex vino veteri. 1. *Ex vino ipso veteri*, scilicet primùm per cineres, pòst S. & per MB. dest. ut qvarta pars remaneat: Spiritus verò in Pelicano tamdiu in MB. detinendus, qvod 8. vel 9. hebdomadis fit, donec *Ol. vini cæruleum* in vitro compareat, quod à phlegmate separandum & in cineribus per alembic. destill. *V. Joh. Ernest. de Ol. Chymic. p.* 492.

2. ex Fæcibus. 2. *Ex fæcibus vini. Glauber. in Apolog.* 2. *contra Farner. & in Pharm. Spagyr. & l.* 3. *furn. c.* 15. colligit *Oleum Vini flavum* quando Sp. V. ex fœcibus paratus rectificatur, illud Ol. cum phlegmate in vesicâ stanno obducta, remanet, quod in parvas phiolas collectum, supernatans, separari potest, & quia fœtens, beneficio Sp. θ purificari potest. Cum hoc *Oleo*

Ani-

Animam seu Essentiam Vini parat, ex Ol. nempè p. j. Sp. V. alcoholis. p. iij. invicem mistis *Glauber.* si *pro usu corrigendorum vinorum* expetatur: musta etenim in Sapam decoquit ut 9. partibus evaporatis decima saltem remaneat, quæ sapa intra 6. hebdomad. spatium omne acidum ♀i deponat; quod separandū. Relictæ sapæ pro lubitu Aqua addi potest tepida, & ut generosi⁹ vel imbecillius expetitur; *Essentiæ* prædictæ additione *animatur* quasi; ut instar musti de novo ferveat. Ad Amphoram (Eymer) sapæ unam, additur aq: amph. 5, 6, 7. & Essent. ℔.j. ℔. ß. ℥iij. Si verò hæc *Essentia ad usum Medicum* sumitur, Ol. vini saltem p. ij. Sp. V. p. j. pòst digestionem uniuntur, & coagulantur instar butyri; transparentis coloris rubri. Exaltatur hæc *Essentia*, ut magis cordialis fiat, *additione* ☉i (cum quo, & vino maxima cum corde est sympathia, ut supra *l. 1. c.* notatum) dum in concentrato Sp. ☉. ☉. solvitur item in alcohole vini aromata solv. hujus Sp. V. subtiliss. aromatib⁹ imprægnati sumitur p. 5. & solut. ☉ p. j. ita Sp. θ separat Ol. vini, quod rubrum solutioni supernatat, associata sibi ☉i, & aromatum puriori facultate. Hoc itaque vini Ol. dictâ proportione Sp. V. aliqvoties super ♀⁹ rectif. unitur: cum etiam magist. solub.

Anima seu Essentia vini

Usus Olei vini Civilis ad emēnda vina.

Anima Vini Oris. Cardiaca.

Corall. & perlar. addi posse *quidam Glauberi intimus amicus* refert.

Olei vini parandi alii Modi. 1. *Alii* sumunt Fœcum vini, ferment. silig. aã. p. j. silic. p. ß. dest. per vesicam lento △, fit Ol. clarum; quod *D. Baudis. in Euporist. mss. Scholz.* commendat inunctum ad tophos podagricos resolvendos.

2. *Alii Oleum* Vini colligunt supernatans cum acini expressi coqvūtur. *Id. Scholz. Euporist.*

3. *Alii* fœces vini destill. instar ▽F. separant Aq. ab Oleo residuum ad albedinem calcinant, & imbibunt oleo supradicto, destillant, & calcinationem tam diu reiterant, donec Oleum exeat clarum, sine omni empyrevmate *Ex mss. Comitis Sciopp.*

4. *Alii* colligunt *Oleum* qvod innatat Sp. V. cum destillatur cum ♀o crudo, illudq; cum *Tenzel. exeg. p. 629.* pro vera *Anima Vini* habent.

Usus Olei vini Medicus. *Usus* præcipuus *Olei vini* Medicus habetur pro roborandis articulis, ad tollendas contracturas, ad sedandos articulorum dolores, præcipuè si cum sapone venet. misceatur in formam Linim: sumendo sapon. p. ij. Ol. Vin. p. j. liquef. leniter ad △ ut uniantur. *V. Kesler. c. 3. §. 5.*

CA-

CAPUT II.
DE SPIRITU VINI SIMPLICI.

SPIRITUS qui ex *Vino* elicitur ardens, simplici modo elaboratus, vocatur qvoque *Aqua ardens*, qvia flammam concipit, *Aq. vitæ*, *Vinum igne eliquatum*, Brantewein / & paratur, *vel* leviculo & simplici labore pro communi usu; *vel* operosiori, undè Q. E. Vini exurgit, *vel* rebus aliis compositior redditur. Spirit. vini Synonymia.

Quoad temperamentum Sp. V. calid. est in 4. hinc facilè accenditur, non facilè autẽ comburitur ob adjunctam aëream humiditatem, undè nostro calori & humido familiaris. Chymici *Sp. V.* statuunt *Naturæ Salino-sulphureæ* summè volatilis, salinam enim ejus volatilem naturam subdulcis & penetrantissimus sapor, maximè ubi probè dephlegmatus, indicat, 🜍eam autem facilis conceptio flamæ· *Rubeus de Distill. l. 2. c. 2. p. 87.* pro rectificationis differentia ejus siccitas differt. Temperamẽtũ

Modus præparationis differt. Parari potest.

1. *Ex musto subtilissimus Sp. V.* eo modo, qvo describitur ab *Annibal. Barlet in l. cui titulus La Theotechnie Ergo Cosmique Paris. 1653.* Modus præparationis.

Hh 3 *4. ed.*

4.ed.part.2.fig. 2.c.3.p.367. si scilicet pôst vindemiam, dum incipit mustum fervere, orificio doliorum apponatur alembicus, pro recipiendis Spiritibus in vasculum, qvia aliàs se perdunt in cellâ. *V.* de hoc Spiritu *Poter. Ph. spag.l.1.s.3.p.30. Porta l.10.Mag.Nat.c.3.§.2. Ulstad.Cœl.Philos.c.8.71.*

2. ex ipso vino 2. *Ex ipso Vino* destillatur *Sp.V.*

1. Per destillationem philosophicam 1. *Per destillationem philosophicam*: invenerunt destill. Sp.V. *inquit Faber Pallad. spag. c.15.* à frigore ex congelatis vinis, illamq; destillationem ibidem laudat. *Bottonus, Italus Medicus*, hieme, cùm frig⁹ intensum, optimū vinum in vase vitreato clauso libero aëri exponebat, manè glaciem frangendo, spiritum colligebat. *D. Schlegel. in mss. Idem* refert *de Gabriel. de Beatis Med. Bonon.* qvi vinum optimum in vase ligneo clauso, per 4. menses putrefactum, aëri exponebat frigido, qvod à frigore non congelatum, imponebat cucurbitæ, glaciem ad extremam, seu imam vitri partem exteriùs ponebat, undè ob contrarietatem exstillabat Sp. in recip. fumis non ampliùs ascendentibus, cum gutta aqvæ orificio inhæret, recipiens mutandum; ajunt Spiritum hunc ab ☉ calcinato, & aliis Tincturam extrahere. *D. Jacob. Fabricius in Colleg. Chym.* Vinum pôst duarum septimanarum dige-

digestionem levem, collocat cum alembico in loco frigidissimo E. G. fonte vel nive, & destill. indè Sp. purissimum. Vult qvidem *Macrob. 7. Sat. 12.* vinum non congelascere, contrarium tamen in his frigidioribus regionibus, & ubi aqvosiora vina, testatur experientia, & refert *Comineus Hist. Gall. l. p. 296.* vinum adeò gelu fuisse adstrictum, ut securi frangendum fuisset.

2. *Per Alembicum* modo communi. In MB. aut B. V. dest. donec tertia vini pars exierit, & rursus in cucurbita cum longissimo collo in MB. aliqvoties rectificetur. *Quale vinum* ad Spiritum eliciendum sumendum, disqvirit *Rubeus de Destill. s. 2. c. 2.* ubi album aut rubrum generosum præfert, *Savanarol.* verò nigrum. *Ulstad. c. 32.* parat ex vino Romano, Bastardo, Corsico, Græco, *Germani* Sp. V. ex Rhenano vino præferunt, *Sala* tamen *Hydraol. s. 4. c. 4.* ex generosissimis ac dulcibus vini generibus ex Italia, Provincia Narbonensi, Hungaria potissimùm advehi solitis; vel è Muscatello aut Malvasia, horumq; fœcibus recentibus, elicere se testatur: nec abs re summam laudem meretur *Sp. V.* ex vino Hispanico paratus, qvi subtilissimus est, qviqve cum ♀°. exhibet *Essentiā vini*, stomachi malis egregiam corrigendis. *D. Fabricius Prof.* 2. Per Alembicum.

Rostoch. in Colleg. Chym. mss. Sect. 2. art. 6. ad Sp. V. dest. vinum album, recens, forte commendat, quod potentiores Spiritus exhibeat. Notat *Evonym. in Thes. p. 112.* ex vino veteri fieri Sp. V. in majori copia, aliàs teste *Gesner. in Thes. p. 187.* vinum parùm fundit Spiritus, ex fœcibus autem major copia. *In specie*, referente *Brendel. in Chym. s. 2. c. 4. p. 47.* in vino Hispanico & Cretico 6. pars est Spiritus, in Rhenano Baccheracensi octava, reliqvum omne phlegma: *Heurn.* qvoq; *Meth. ad Prax. l. 2. c. 5. p. 100.* Censet ex 16. partibus vini Rhenani, unam Sp. V. destillari, ex Gallici verò octo. Tandem qvo crassius est vinum, eò plus Spir. in se continet. *Cardan. Comm. Hist. progn. 36. l. 3.*

3. ex vino corrupto. 3. *Ex Vino corrupto, putridoque* elici potest Sp. V, vinum autem jam acetum factum, nullam præbet Aq. ardentem. *V. Rub. de Destill. s. 1. c. 8.* qvia partes 🜄eæ sunt exhalatæ. *Lullius de Secret. Nat. l. 1. c. 3.* qvi tamen à vino optimo svavior est, odoratior, & sapore gratior, nihil ustilaginis resipiens. *Evonym. Thes. p. 107.*

4. ex vini fœcibus, 1. Liquidis. 4. *Ex Vini fœcibus.*

1. *Liquidis adhuc*, qui modus communissimus, vocatur aus Wein Läger gebrandt/ destillatur per vesicam, rectificatur per B. & elicitur

tur qvantitas pro naturâ vini,ejusq; potentiâ *Sala Hydraol.f.4.c.6.*

2. *Siccatis fæcibus* seu *filiquis* Trusenklöger/ quæ remanent pòst expressionem aceti. *Kesler.Process Chym.c.3.§.1.* spiritum penetrantissimum parat,in qvo Sal vini volatile residet. 2. Siccatis.

Rectificatio Sp.V.alia est simplicior,qve hujus loci,alio operosior, quæ ad Q. E. & Alcohol vini pertinet. Sunt, *notante D. Schlegel.in mss.* qui unica distillatione, injecto Alumine fœcis, è vino eliciunt Sp. purum, qui totus comburatur, Alumen enim proprio phlegmate privatum, retinet quod vini est. *Alii* Sp.V.E.G.Hispan indũt retort.vitreæ & △ lẽtissimo per ∴ dest. sic pars spirituosissima tantùm ascendit,aqvei verò vapores decidũt. *Quidam* per spongiam Ol.olivar. (quod priùs per coctionem ab omni aqua liberatum) imbutam, alembico interiùs impositam rectificant. *Gesn. Thes. p. 111.* *Quidam* duplicatã chartam emporeticam cum panno spissiori in summam cucurbitæ partem reponunt, ad impediendum heterogeneorum transitum. *Tenzel. exeg. p. 629.* quod *Zvvölff.* telâ cerata triplicata Ol.Amygd.imbuta,imitatur. *Sennert. Instit. 1350.* phiolam oblongi colli adhibet. *D. Fabric.in Colleg.Chym.Mss. l.a.* rectificationem Sp.V. supra cineres Sarmentorum

Rectificatio Sp. V.
1. (beside "fœcis")
2. (beside "mate privatum")
3. (beside "Quidam per spongiam")
4. (beside "ctificant")
6. (beside "triplicata")
7. (beside "bet. D. Fabric.")

vitis laudat, aut si panis similagineus tostus fundo cucurbitæ ante Sp. infusionẽ imponatur, phlegma etenim omne imbibit. *Operosiores rectificat*: notabuntur cap. seq. *V. etiam Libav. l. 2. Chym. t. 2. c. 26.*

8.

9. *Rectificationem Sp. V. Philosophicam* describit *Schmuk Thes. Secr. part. 2. dec. 2. §. 1. p. 42.* si scilicet alembicus cucurbitæ superponatur cum foramine parvo in capitello, Sp. V. accendatur, foramen statim claudatur, ne una vice deflagret, semperqve de novo accendatur, ita absq; omnis ignis & carbonum beneficio, omni phlegmate liberatum, elici Spiritum.

10. *Aliam Sp. V. rectific.* citra △ notavit *D. Jacob. Fabric. in Coll. Chym. s. 2. art. 6.* si ⊖ vini vel ♀ purificato, & benè siccato superfundatur Sp. V. primo in scutellâ vitreata terrea, postmodum in vitro angusti orificii: nam tum clauso & agitato vase, phlegma à ⊖ calente attrahitur, idq; solùm Spiritu supernatante, qvi effusus, si nondum probetur, alii Sali calenti affundatur, usque dum id ampliùs non solvat, qvod summæ puritatis est signum.

Rectifi cati Spi rit. not *Rectificati Sp. V. nota est*, linteum in eo imbibitum accensum, si siccũ fiat à depascente flamma, optimus habetur. *Lemn. l. 2. Occ. N. c. 34.* fallax enim nota ex sapore, qvi sæpè acribus admistis, gustui insidiatur. *Usu*

Usus Phlegmatis Vini relicti à vulgari rectificatione inservit edulcorandis calcibus fossilium, per menstrua corrosiva factis, item extractionibus herbarum & proprii ⊖. *D. Fabric. in Coll. Ch.* Usus Phlegmatis

Usus SPIRITUS Vini vinarius est, & potissimum *triplex, Civilis, Medicus & Chymicus.* Usus Spiritus Vini

Civilis docet varios artifices Sp. V. uti. Beneficio Sp. V. cum camphora si teniolæ chartæ pergamenæ illitæ, reficcatæ accendantur *Serpentes igneos* in Scenis exhibere docet *Schott. Thaumaturg. Physs. p. 4. l. 2. s. 1. c. 3.* §. 6. 1. Civilis & Physicus: Eo fiunt 1. Serpentes ignei.

Sp. V. Beneficio paratur à *Fiorav. Secret. Rat. l. 3. c. 90.* addito 🜍, vernice, Ignis inextingvibilis, qvē *Kircher. de Luc. & Umbr. l. 10. p. 3. c. 7.* propriâ experientiâ comprobat & ℔. j. petrol. addit. 2. Ignis in extinguibilis.

Sp. V. Beneficio additis ⊖, 🜍, naphtha, camphora, possunt fieri in loco obscuro coruscationes artificiosissimæ, & facta accēsione, fulgura. *Kircher. de Art. Magn. l. 3. p. 2. c. 3.* adeò imitatur ars Naturam, ut qvoq; artificiales pluviæ & Tonitrua possint excitari, qvos modos *Id. l. a.* describit. 3. Coruscationes.

Cum Sp. V. ludicra potest produci *Flamma,* docente eam fortunato Naturæ Interprete: *Fortunio Liceto l. de Lucern. Antiq. l. 2. c. 23. f. 96.* 4. Ludicræ flāmæ.

Si *Sp. V.* vas repletum inflammetur, & in ali-

qvam

qvam capſulam reponatur, ne fumus exeat, pôſt multas horas, apertâ capſulâ, nihil planè viſui occurret, ſed intromiſſo ardente cereo, ſtatim ob tenuitatem fumus ille inviſibilis ex *Sp. V.* combuſto ſublatus, ignem concipiet, & in ardentem flammam ſeſe circumſtantibus in conſpectum dabit, potiſſimùm in thalamo non nimiùm illuſtrato.

Flammæ ex Corpore humano 1. Mortuo.

Ex hujus flammæ artificio *Id. Licet. l. a.* cauſam reddit flammæ illius, qvæ Piſis An. 1597. Sectore *Joh. Ruſchio* Prof. Piſano, in Theatro Anatomico in ſectione Mulieris ex ventriculo cum ſtrepitu per bonum temporis ſpatiū exiit, qvæ hiſtoria, licèt ſit mira, attamen huic conſimiles annotarunt Optimi & Curioſi Naturæ Secretarii. Sic meminit *Th. Barthol. Cent. 1. h. 70. & c. 3. h. 56.* flammæ ê ventriculo ex secto cadavere Lugdun. Gallior. prodeuntis.

2. vivo

Imò *& in viventibus* non ſolùm animalibus brutis, eqvis, Felibus, ſed & Hominibus frictione ignem exhalantibus, flammas promicare veriſſimum, ut de *Franc. Guido JCto* in Corſica ex brachiis, de *Antonio Cianfio* Bibliopola Piſano, ê dorſo flammas crepitantes exhalante, & de *Maximo Aquilano* Medico notavit *Id. Licet. de Lucern. l. 4. p. 2.* de *Carmelita*, cui qvoties capillos reducebat ad occiput, ſcintillæ ignis ê capillis erumpebant. *Cardan.*

dan.l.8.de Variet. c.4. & ex *Belleforest. Histor. prodigiosis. D. Petro Castro in Collect. mss.* hominis meminit, qvi itidem, qvoties pilos pectine qvàm leviter fricabat, scintillas spargebat. Inprimis *Id. Castro* occasione *Fr.Rãbaldi Equit.Veron.Conjugis* quæ è toto corpore scintillas mittebat edidit tract. sub nomine *Ignis Lambentis & Th. Barthol. tract. de Luce Animalium Lugd.B. 1647.* ubi plura exempla *ibid.l.1.c.8.* enarrat. *Vid.* quoq; *Eund.Th. Barthol.Cent.3.h.37.& c.3.hist.70.* Nunc redeundum ad Sp. V.

Sp. V. ope Crasicriterium in phiola Aëris activas qvalitates frig. & calid. qvotidiè mutatas, notatis gradibus, exactissimè exhibet, & pro lubitu Sp. V. qui cum aëre phiolæ includitur, vel rubro colore per santalum, vel viridi per petroselinum exsiccatum, vel flavo croco scilicet, aut addita Tinct. ☽ cœruleo tingi potest. Germani vocant ein Wetterglas/ quod artificium invenit *Sanctorius de Sanctoriis* Prof. olim Patav. illudq; describit *Comm. in 1.Fen.Avic. in procem.quæst.6.f.20.* non aliter ac Idem passivas Aëris qualitates siccit: & humidit. per funem extensum, appenso in medio justo põdere, & notatis in pariete, cui funis inhæret, gradibus, explorat. *Ib. quæst. 6.l.4.* 4. Crasicritetium.

Ope

6. Lampades artificiales. *Ope Sp. V. Lampades* absque ullo aëris impetu aërem ventumqve mirè projicientes, parari possunt. *Tenzel. Exeg. Chym. p. 216.*

7. Stuphæ sudorifeiræ & Laconica. *Ope Sp. V.* ejus cochlear. aliqvot successivè paulatim accensa non solùm stupham pro ciendo sudore calefaciunt, sed & dum æger ipse insidet, paulatim cochlearia accenduntur, ut æger pro lubitu calefactus, optimè sudore madeat; si tamen nimis in copiâ accendatur; non rarò ægro periculum suffocationis imminere, probat Historia Caroli Gall. Regis, qui ægrè vix servatus. V. *quoq; M. Aur. Severin. l. 1. p. 3. de Effic. Med. c. 47.* Refert *Th. Jordan. de Pest. phænom. tr. 1. c. 19.* Hungaros in Lue Pannonicâ ægrorum corpora ungv. ex Levist. rad. cum axungia porcinâ mista, inungere, dehinc linteo ingenti Sp. V. calefacto imbuto corpora universa involvere, ita cubanti ægro sudorem magna violentiâ, & non levi ex mordacitate, creato dolore, prolicere.

2. Usus Chymicus. 2. *Chymicus. Usus Sp. V.* tantus est, ut eo Chymici carere neqvaqvam possint. De *Sp. V.* summè rectificato seu Q. E. cap. seq. aliqvoties rectificatum saltem, innumeris adhibent operationibus, adeò, ut licèt censente *Sala f. 1. de Ess. Veg. c. 6.* non sit Universale menstruum, tamen ferè omnibus vegetabilibus

Quibꝰ Sp. V. sit menstruum commũ (frustra reclamante *Casp. Barthol. ex 5. probl. 6.*) præ-

6.) præcipuè ♀reis confert. Excipi tamen possunt ⊖, Saccharum qvamvis naturæ ♀eæ, qvæ Sp. V. non solvit, sicut ipsum ♀ non ▽F. sed Ol. solvit. *Tenzel. Exeg. Chym. p. 762.* Fusiùs in specie docet *Th. Willis in de Fermentat. c.* 9. qvæ pro menstruo Sp. V. quæ verò aliud requirant. Vide etiam *Basilic. Croll. p. m. 97.*

Inprimis *Sp. V. purgantibus resinosis* confert, quia omnia purgantia resinosa maximè à Sp. V. in sua virtute exaltantur, hinc eo extrahuntur Agaric. Helleb. nig. Esula, Gialap. Mechoac. Turpeth. &c. reliqua ut Rhabarb. Aloe, fol. Senn. Aq. appropriatis cum Sp. ⊕l. vel Ol. ♀ acuatis, extrahuntur, quanquam *Zvvölff. Animadv. in Ph. f. 128.* extract. Rhab. & fol. Senn. etiam non deneget *Sp. V.* quod etiam aliquid resinosi in se contineant, quod *Sp. V.* extrahat. Hinc Sp. V. parantur plurima *Essentiæ, Elixyria, Extracta Purgantia* & *Resinæ magisteriales* purgantes. Sunt qvidam qui Purgantium extractioni Sp. V. denegēt, qvod purgantium vis consistat in eorum 🜍, non ♀, iis respondet *Zvvölff. Ph. f. 129.* purgantium vim catharcticam non in 🜍e fixo sed illarum 🜍e Essentiali consistere, quod posteriùs, non autem prius, Sp. V. solvat. Dissolvit etenim *Sp. V. Salia volatilia* semper & cum iisdem coagulatur: *Salia Essentialia*, quæ mediæ naturæ Quæ Purgātia extrahat? Qvæ Salia?

naturæ inter volatilia & fixa, si realiter talia pariter dissolvit Sp. V. ubi & ⊖la metallorum, *Salia* autem *fixa* non aggreditur immediatè, nisi priùs essentificata. Eodē *Sp. V. Diaphoretica* inprimis, & *confortantia* extrahūtur, eodem ex regno Animali & minerali *Tinctura* & *Essentia* extrahuntur, si illa priùs appropriatis menstruis paratæ. Nec solùm ♁*ata* & ☿*alia* quædam, ut ♁ Diaphor. Bezoart. miner. affuso & accenso Sp. V. ut ab ipsis deflagret & acrium Salium reliqvias consumat, corrigunt, sed etiam Bezoart. ☉ri tali deflagratione amœnissimum conciliant colorem. *Sp. V.* beneficio fiunt *Q. E.* ad mentem *Glauber. p. 1. furn. p. 44.* ex Aromatibus, Seminibus, Lignis &c. cum dephlegmato Sp. digestione facta, addito pòst Sp. θ, & facta rursus digestione in B. ad separationem Olei, à vini Sp. quod supernatat.

Quæ Diaphoretica.

Sp. V. corrigunt metallica.

Sp. V. adhibet *Henr. Conradus* in fornacula sua utilissima, *Athanore* dicta, quam describit & depingit *Sennert. l. 5. Instit. Med. p. 3. s. 2. c. 11. p. 1293.* qualem olim D. Döringio Wittebergâ transmissam, à Sennerto, ipse nunc possideo, ubi flamma Sp. V. facta ellychnio ex alumine plumoso (aut ut *Sennert. in Disquis. Epistol. mss. 22. Febr. 1628.* scripta, notat, cum filo metallico einem vergöldeten oder

Sp. V. flāma fit Digestio.

silber-

silbernen Dratt / wie die Seidenstücker brauchen von etlichen Federn oben ein wenig aufgebörstelt) pedetentim maximè æquabili calore digestio peragi potest, absque ullius alterius Ignis additione, pari ferè methodo, qvâ *Schvvëter. in Recreat. Math. T. 1. part. 11. §. 54.* digestionis modum monstrat cum globulo, cui ex vitro continuò instillata ∇F, calido inde excitato vapore, superiùs impositum calefieri solet vitrum.

3. *Usus Medicus Sp. V.* quoad *Corpus Sanum & Ægrum*, varius est, quanquam nec incommodis careat, præcipuè si præposterè adhibeatur. *In genere* pluribus Sp. V. Commoda recẽlet *Ang. Sala Hydræol. §. 4. c. 2. pr. Mich. Savanorol. in l. de Conf. Aq. Vit. Matthiol. in l. 5. Diosc. c. 7. Arnold. Villanov. l. propr. Evonym. Thes. p. 114. seq. Gesner. Thes. p. 183. seq. usq; 186. Lemn. l. 2. Occ. Nat. c. 34. Camerar. Memor. c. 4. §. 51, 52. 53. Cardan. de Æther. Gratarol. de virib. Aq. Ardent. Fumanell. de Comp. Medic. c. 4.* penitissimè namqve substantias corporeas penetrat, à putredine vendicat, venenato aëri resistit. sensus acuit, ventriculum calefacit, cruditates digerit, flatus discutit. 3. Usus Sp. V. Medicus In genere.

Præcipuè Obesis & frigidis convenit & qvidem potius *pòst pastum*, si morsellus panis to-

ſtus Sp.V. imbutus ſaccharo aſperſo ſumatur. *Solenand.ſ.2.conſ.13.*

In Specie. *In ſpecie, Sp. V.* adhibetur *Interne* & *Externe.*

Interne. *Internè* dolori Capitis medetur, ut & naribus attractus: *Rubeus de Deſtill.ſ.2. c.2.p.87. Joh. Herculan. Prax.ſ.3.§.1.p.207.* Aqva vitæ cum aromatibus bibita, refrigeratis conducit. *Schneberg. de Milit. valet. c. 1.p.13.* Sp. V. prodeſt Tarantatis, hoc eſt, à Tarantulâ demorſis. *Epiph.Ferdin.hiſt.81.ſ.265.* Memoriam auget & frigidis cerebri morbis medetur. *Dodon.de vit.c.8.p.37.* Cordis tremori, à flatibus, ſubvenit; pridianæ crapulæ reliquias potenter diſcutit. *Ronſſ. ep.64.* Stomacho inprimis conducit, cujus flatulentos dolores. *Joh. Fr. Gonzaga*, fruſtra aliis tentatis remediis, ſolo ardenti Aq. vitæ ſedavit. *Savanor. de Aq. Vit.* Hunc in finem tot Aquæ vitæ compoſitæ inventæ ſunt, quæ *phyſogonæ* dicuntur qualis illa *Exc. D. Manigetta Cæſarei Medici* ex flaved. Cort. Aurant. ℥iij. fl. Chamom. m. ij. fol. Menth. m. j. ſem. aniſ. fœnic. aã. ʒvj. cumin. bacc. junip. aã. ℥ß. macis, nuc. Moſchat. aã. ʒij. Sp. ☽. ℥ß. vini malvat. ℔. jv deſt. per MB. in Sp. Refert *Hildan.c.4. obſ.39.* Cachecticam ex ingurgitatione Spir. V. pòſt prandium ſubſequente vomitu per accidens à mor-

à morbo liberatam, quod ventriculo vacuo venenum fuisset. Sp. V. morti propinquos restituit, teste *Fumanell. de Comp. Medic. c.8. Solenand. s.5. cons.15. obs. 13.*

In Febre maligna Sp. V. est remedium prę stantissimum. *Fonsec. T.1. cons.57.* hinc *Crato cons. 275.* in Peste Aq. vitæ compositam describens, illam Medicamentum Regium vocat: sed usurpandus cum grano Salis, ne aqva vitæ vertatur in aquam mortis, cujus vehiculo vis contagiosa ad cor retrahatur, quæ ad cutim jam expulsa fuerit. *Henneman. in Id. Loimod. p. 41.* Idem Sp. V. Febribus Quartanis pituitosis succurrit, si duabus horis cum specificis antè accessionem exhibeatur. *Rub. de Dest. p. 89.* Sic aqua vitæ in qua Lapis Hispanus cruciger infusus, in Quartana laudatur à *Borell. c.1. obs.32.* sed cautè inclinato morbo, evacuata materiâ, justoque tempore, notavit namqve *Forest. 5. obs. 9. sch.* puellæ exemplum, quæ in paroxysmo Quartanæ Sp. V. bibēs adeò deliraverit, ut vix refrigerantibus postmodum restitui potuerit. V. supra de Usu Vini in Quart. Febre.

Externè Sp. V. curat capitis dolorem præcipuè à crapula, si capiti imponatur. *Hartm. Prax. Ch. p.47. & Sennert. Prax. l.1. c.1. q.2.* Aurium sonitum tollit Sp. V. si eo panis recens

coctus calens inferiore crustâ ablatâ imbuatur, & auri affectæ imponatur. *Hartm. Pr.p. 110. Sp. V.* Paralysin curat, si cum eo panni madefacti locis læsis imponantur. *Solenand. s.2. cons. 20.* Idem confert *in spasmo pedum*, iis affricatus, ut materia discutiatur, cujus loco etiam valent furfures, malvatico irrorati, calidè appositi. *Helid.cons.p.34. Sp. V.* adhibetur *ad morbos oculorum frigidos* extrinsecùs pro abluitione, cautè tamẽ, cũ ex ejus sinistrâ applicatione cœcitas inducta. *Rub. de Destill. p. 88. Sp.V. Paralysin Lingvæ* curat. *Solen.2.cons. 14.& loquelam restituit* si semin. eruc. & acet. scyllit. momentũ illi commisceatur *Lemn.l.2 Occ.N.c.34. Hujus beneficio* non neglectis aliis, adhibitâ simul singulari industria, & dex-

NB. Observatio singularis de mutis.

"teritate *Emanuel Raminesius de Carione* Hispa-
"nus, *loquelam* dedit *multis à nativitate mutis*,
"inter quos numerantur primogenitus Mar-
"chionis de Priego & filius Principis Sabaudiæ Tolomasii. Meminit hujus artificii *D.Petr.Castro in tr. de Colostr. p. 17.* tectè, illud describit plenius *in mss. ejus Collectan.* testaturqve seipsum in oppido Verganæ Cantabriæ, pari methodo ab Authore sibi communicata, puerum mutum & surdum à nativitate cum summâ quamvis ac prolixa assiduitate intra 2. menses perfectè voces & conceptus expri-

men-

mentem restituisse. *Sp. V. putredinem gingivarum* corrigit, in gargarismate adhibitus, nihil enim est penetrantius qvod à corruptione præservet magis & putredine. *Lemn. l.a.* Quidam *suffocatus* & pro mortuo habitus, ad vitam revocatus admotis cordi panis assi micis Sp. V. calido imbutis, idque sæpè renovando. *Borell. c. 2. ob. 2. Sp. V.* sedatum *coxendicis dolorem* testatur *Savanor.* ut dolores intensissimos cruris. *Solen. s. 5. cons. 15. obs. 12. Sp. V.* cū linteo duplici *ventriculo* impositus, frigidum ventriculum calefacit, ut & flatus colicos per clysterem aliquid Sp. V. injectum. *Horst. de vit. §. 280.* Contra *frigoris injurias*, si chirothecæ & caligæ lineæ in Sp. V. prius madefactæ induantur, defendunt. *Schneberg. de Milit. valet. c. 1. p. 10.* Si *Sp. V. facies* lavetur, præservat à furfuribus menti & lentiginibus. *Borell. cent. 4. obs. 21.* Nihil magis ex vulneribus sclopeti ardorem tollit, illaque à putredine præservat, quam Sp. V. subtilissimus. *Planis Campi in Op. Med. Gall. p. 471.*

Ad *Ulcera* propter vim exsiccativam Sp. V. utilissimus. *Famanell. de comp. Med. c. 13. Fons. T. 2. cons. 10.* Quidam hâc de causa sequenti *Misturâ* desperatissima sanât *Ulcera* ℞. ☿⚖t. ℥j. minutiss. terunt, affundunt Sp. opt. ℔. j. pone in cucurb. in ∴ & cum ∴ incaluit Sp. V.

accendatur. Coq. quoque Lign. Guajac. ℥i. in aq. font. mens. iij. ad mediet. refrigeratæ & filtratæ aq. adde Sp. V. prædictum, quæ mistura linteolis & turundis aplicetur ulceribus.

Habent *Augustani in Disp. f. 164.* pro Ulceribus gutturis gallicis, pulverem, qvē cum Sp. V. miscent ad ℥i. pulv. Sp. V. ℔.j. & summè deprædicant.

Utilis quoq; est Sp. V. *ad regenerandos pilos*, si partes depiles eo abluantur, poros dilatat enim, & materiam pilorum ad partes attrahit. *Zacut. Pharmac. artic. 4. dist. 1. c. 3.*

Sp. V. productioné vegetabilium maturat. Notetur quoq;, quod Sp. V. productionem vegetabilium maturet: testatur *Borell. c. 2. obs. 21.* quosdam intra 3. horas Lactucas produxisse Sp. V. irroratione & calore sub terra præparata cineribusque mixta admoto. Idē *Sp. V.* in vase hermeticè clauso, præservat à putredine omnia injecta. Refert *Porta Mag. Nat. 4, 10, 18.* se vidisse Romæ piscem Sp. V. mersum & recentem servatum 25. annis ac si vivus esset, & Florentiæ 40. Si aliquot guttulæ sp. V. atramento scriptorio misceantur, nunquam congelascit. *Lemn. 2. 34.* Ejusdem aliquot. gutt. Syr. Elect. admistæ, à corruptione præservant. *Forest. T. 2. cons. 27.*

Præservat à putredine injecta.

Incommoda Sp. V.

Habet tamen sp. V. etiam *maxima incommoda,*

moda,ut,si immodicè bibatur,ex Aq. vitæ fiat Aq. mortis & stygia, majora etenim adhuc damna, quàm vinum immodicè haustum,infert iis,qui quotidiè in se ductim invergunt, flammeum hunc liquorem. Non etenim pro potu convenit Spiritus, sed vinũ ipsum, dum enim in vino vini partibus Sp. V. adhuc mistus,& quasi freno coercitus est,corporis partes blando calore fovet, nec præceps agit;separatus verò,subitò nimis in omne corpus se penetrat, caput tentat, spiritus inflammat. *Sénert.de Consens.Gal.& Chym.c.18.p.357.* Itaq; nimiùm adhibitus, vitam abbreviat, cum multum superet gradum nativi caloris, auxilia verò in mediocritate posita esse debent. *Crat.cons. 106.* Corpora exsiccat instar Ignis, *inquit Verulam.Hist.vit.& mort.p.45.*adeò,ut albumen ovi immissum candefiat & panem torreat Sp.V. fortis & ut *Lemn. ait. Occ.c.14.* Ovum Sp. V. immersum,non secùs quam ferrum ab ▽F. consumitur. Multi ex sp. V. immoderatè sumto,primùm accenduntur, pòst attoniti stupent, ac si opium bibissent,& stertunt ad mortem, quod multoties observatum. *Plater.l.1.obs.p.16.* Et testatur *Hildan. c.4.obs.39.* ex Sp. V. subitam mortem, & *Barthol.c.1.h.70.& c.3.h.56.* in aliis flammam ex ventriculo lethalem,in aliis notat *Forest.18,3.*

ventriculi ficcitatem &, epatis calorem subsecutum. *Nocet* temperamentis biliosis, undè & renes offendit, hydropem & phthisin excitat: *nocet* Apoplecticis & Epilepticis, quia fusis humoribus caput amplius implet: *nocet* pueris, quia caloris magnitudo vires puerilis calori superat, & extingvit, non aliter ac Lucernæ flammam, nimis infusum Oleum *Rub. de Dist. f. 2. c. p. 90.* Qui cerebro sunt debiliore parcè bibant, itemque illi, qui stomachum habent imbecillem, tum quod flamma major minorem destruat, *Arist. 3. probl. 5.* tum, quod eam distrahat ac dissipet. *Id. 1. probl. 58.*

CAPUT III.

DE QVINTA ESSENTIA VINI.

Quinta Essẽtia Vini

SPIRITUS *Vini* si ultra tertiam rectificationem depuretur, ampliùs bibi nequit, ideò aliis præparationibus magis exaltatur, & nobilioribus operationibus dicatur.

Ejus Mysterium

Dicitur in specie Quinta Essentia Vini, quia in ea est, 🜂, 🜁 & ☿. licet etenim ab Ol. Aq. & 🜂 separatus Spiritus Vini, tamẽ miro mysterio continet adhuc in se 4. Elementis analoga spiri-

Spiritum, scilicet volatilem aëreæ naturæ, oleum inflamabile Ignis, 🜍 mordicantem & gingivarum epidermida vesicātem, terræ respondentem, tandem Aquam, quod patet, si sp. V. ℔. j. combibatur in ♀° siccato fit 🜍 ℥ß. totum autē corpus fit aqua elementalis insipida. *Author Consangv. Vin. & ☉. p. 31.*

Vocatur Zimara Antro Magic. T. 1. p. 318. Mercurius vegetabilis, & p. 322. Aquila cœlestis, à Raymundo, Ignis Naturalis. Norton in Catholic. Physic. p. 13. ab aliis, *Ignis cœlestis, Spiritus, calor insitus, Mumia, Azoth, Ros cœlestis, universale Dissolvens, Materia prima. Poter. l. 1. Pharm. f. 10. Cœlum humanum. Joh. de Rupesciss. de Q. E. l. 1.* item *Anima Vini. Savanor.* 🜄 *cœleste, Lullio Aqua Cœlica, Menstruum cœleste,* 🜄 *Bezoarticum vegetabile, Clavis Philosophorum, Cœlum Medicum, corpus æthereum. Sala de* 🜔 *p. 342. & Tenzel. Exeg. p. 628. Ulstad. in sing. l. dicitur cœlum Philosophorum, An. Sala in Ternar. Bez. p. 527. Balsamus volatilis, à liquore catholico,* specifico, cardiaco destillatus, & ab omni superfluitate depuratus. *Cardan. singul. l. & Evonym. Thes. p. 132. Æther, Helixir* aliis, ἐνδέχεια deniq; *Q. E.* tanquam quintum quid ab Elementis, elementorumq; qualitatibus secretum. *Fumanell. de compos. Med. c. 3.* Synonyma.

Ut verò *Sp. V. Alcohol.* exaltetur, variis modis

Modus parandi. subtilissima rectificatio Sp. Vini 1. 2. 3. dis tentarunt *Chymici*, qvidam multis repetitis *cohobationibus*, aliqvi *instrumentorum altitudine*, alii *spongia* alembici rostrum obturante, ut aqua retenta, soli Spiritus transirent, nonnulli flamma lampadis, ut ad summum gradum depurationis exaltaretur. *Vlstad. de Secret. Nat. c. 53.* rectificationem instituit super relictam in destillatione vini, terram ali-
4. qvoties calcinatam, cujus loco *Comes Scioppii in MSS.* utitur 🜔 siccato communi injecto, in
5. cucurb. qvod Sal phlegma in se trahat: *alii*
6. idem ♀° siccato, secundùm Glauber: mentem operantur, & imprægnatum 🜔 à phleg-
7. mate per calcinationem liberant, qvi modus
8. nec *Vlstad. latuit. c. 40. & Kesler. c. 3. §. 3.* laudatur. *Tenzel. Exeg. p. 628.* super ♀m crudum
9. rectificat. *Alii* per *serpentinas*, aliaq; vasa exaltant. *V. Euonym. Thes. p. 108. V. de ejus præparatione Ferrar. Chir. l. 3. p. 347. Porta 10. Mag. Nat. c. 3. Fumanell. de comp. Med. c. 3. Libav. l. 2. Chym. tr. 2. c. 5. Lullius, Rupescissa. Sauanorol.*
10. *Vlstad.* singular. de Q. E. vini libellis. *Corn. Drebell. de Q. E.* (Hamburg. 1621. 8.) *Rupescissa* Gallis de *Roqvetaillade* (Basil. in 8.) Alex. *Caterius* Patav. & *VVittestein* de Q. E. junctim editi, *Joh. Gerardi* Bas. 1631. 4. & *Ant. Guntherus* de Q. E. Bremæ 1621. 8. Si Sp. V. aliqvoties rectificatus per phiolam postea septies

pties cum vino semper addendo vinum novum, paretur, adeò subtilis redditur, ut effusus, terram non tangat. *Grembs in Arbor. Homin.l.3.c.3.* §.*45.*

Ulstad. de Secret. Nat. c.4. Sp. V.non antè circulationi committit, nisi accensus totus deflagret, aut ut *Evonym. Thes. p.111. ait,* ut succinum accensum ei in cochleari immissum ardeat, tamdiu digerendus est. *Id. Ulstad. c.4. & 5.* docet, qvomodo Sp.V. circulationi tradendus sit, & quæ vasa requirantur, ut paretur Q. E. quæ ubi per tot circulationes elaborata est, perfecta judicatur ex odoris fragrantia, quæ quasi cœlestis *ib.c.7.63.* Notat tamen *Beguin.l.3.c.2.Tyroc.Chym.p.511.* Sp. V. Gallic. German. imò & Italici, *attestante Rubeo de Destill.s.2.c.2.p. 86.* circulatum mirabilem illum odorem non referre, quem Neapolitano asscribit *Porta. Angel. Sala Hydræol.s.4.c. 12.* putat, impossibile esse, ut in totum ullo sumtu aut opera, aqva insensilis separari possit, adeoque una atq; altera rectificatione elaboratum Sp. idem, præstare, ac eum, qui 40. cohobationibus elaboratus sit, vix enim aliud effici, quam ut saporis svavitatem amittendo peregrino ab △ acri & calidâ qualitate contaminetur.

Nota optimè rectificati.

Nota Q.E. odoris fragrantia quæ tamen nõ semper

Author primus Q. E. putatur esse *Raymund.*

Auth. Q. E.

mund. Lullius. Rub. de Destill. 2, 2. p. 84. undè Sp.V. *Lullianus* dicitur, de qvo *P. J. Faber Panchym. l. 5. s. 4. 19.* Sp. V. Lull. habet ignẽ in se cẽties mille vini igne potentiorẽ & efficaciorẽ. *Libav. tr. de Igne Nat.* Sp.V. circulatum ac toties destillatum, ut in oleoginosam abeat cõsistentiam, *Circulatum Paracelsi esse* autumat: alii tamen Sp.V. proprio ☿ acuatum, alii Sp. V. ♃isat. sub Circulati majoris nomine venire hariolantur.

Ejus vires. *Quoad Vires* maximo habetur *Q. E.* in pretio apud

1 Apud Medicos. 1. *Medicos*, cum nihil in rerum ordine sit, quod magis amicabile hominis conservationi, avidè namque à Sp. nostro rapitur in Arterias, & quia facilè in 🜍m commutatur volatilem, ideò balsamicam habet naturam & ab omni corruptione conservat: balsamo humano corroborando convenientissima. *Specialior usus ex citatis* antè Authoribus, qui ejus præparationẽ docuerunt, peti potest. *Fioravant. l. 2. Capricc. Medic. 28.* vult, si *Q. E.* Vini p. jv. Ol. ♀ & ⊕ p. j. Juleb. viol. p. 60ma. addatur, fieri compositionem admirandam quæ agonisantibus fructuosissima sit. V. *etiam Eund. l. 4. c. 9.* Eandem *Q. E.* cum Saccharo dulcificatam *G. Battist. Zapata in Secret. Medic. c. 1.* vocat *Aurum potabile pauperum*, illiusque virtutes describit. 2. *Chy-*

2. *Chymicos Vlstad.c. 10. Secret. Nat. Q. E. vini* per tot circulationes subtilisatam m,enstruum putat sufficiens esse pro solvendo radicaliter ☉i corpore. *Fr. Basil. Valent.* impossibile judicat *Tinct.*☉ extrahi posse *absq.* Sp.V. qui tamen omnes modos vini spiritus destill. usitatiores & secretiores rejicit; qualem autem requirit V. *Brendel.Chym.s.2.disc.2.p.167. Sala* tamen in *Hydraeol.s.4.c.2 f.* ridiculam cẽset opinionem ope Sp.V. ex lapideis corporibus,& metallis & præcipuè ☉ Tincturas posse elici, potiùs ad summum aliquid de eorũ substantia in atomos resolvere. *V. Eund. quoq; in Chrysol.s.2.p.1.pag.233.& in Aphor. Chym. §. 26.* alia tamen res, ubi metalla imbuta priùs sunt humore quopiam corrosivo, aut *Q.E. vini aliis acuata,* de qua *cap. seq.* 2. Apud Chymicos. Mẽstruum ☉

CAPUT IV.
DE
SPIRITU VINI COMPOSITO, ALIISQVE COMPOSITIONIBUS CUM, ET EX VINI SPIRITU.

Spiritus vini Compositus

SPiritus vini ob varias Medicorũ & Chymicorum intentiones, variis aliis admistis compositus redditur,

I. Cum

1\. Cum Aromatibus Aquæ vitæ Cõpositæ.

I. *Cum Aromatibus*, aliisque è *vegetabilibus petitis*, fiunt *Aquæ vitæ compositæ* dictæ quarum descriptiones *v.* apud *Vlstad. de Secret. Nat. c. 44. seq. Evonym. Thes. p. 180. seq. Gesner. Thes. p. 190. seq. Ang. Salam Append. Hydræol. p. 103. seq. Grul. Floril. p. 9. c. 1. p. 222. seq. Heurn. Meth. ad Prax. l. 1. p. 53.*

Talis *Aqua vitæ Thaddei* Florent: quem *Savanor.* Principem ejus ætatis Medicorũ vocat apud *Rub. de Destill. 2, 2. p. 96. Fumanell. de comp. Medic. c. 8.* Talis *Aq: vitæ composita ad Pestem. Craton in cons. Scholz. 275.* ad principalia viscera. *Solenandr. s. 2. cons. 31, 14. & s. 3. cons. 14.* pro Mulieribus. *Rhod. Castro p. 2. de morb. Mul. l. 2. cap. 8.*

Elixyria cõposita.

Pertinent huc *Elixyria composita*, quale est *Elixyr vitæ majus, minus. Querct. in Ph. Dogm. p. 248. Libav. l. 2. er. 3. c. 1. Alch.* item *Hildan. de Gangr. c. 21.* si loco Aq. sumitur Sp. V. item *Matthiol. V. Disp. A. f. 293.* nec non *Magni Ducis Hetruriæ* ex speciebus ultra 77. cum Aq. vit. è vino Græco ℔ xjv. compositum, quodque valdè commendatur ad conservandum calidum nativum, ad prohibendas putredines, ad recreandos Spiritus, ad Lipothymias, Syncopen, Epilepsiam, Apoplexiam, Lethargum, flatulantiam stomachi, retentionem Urinæ, dolores colicos &c. Dos. ʒj. *Novi* Medi-

Elixyr Magni Ducis Hetruriæ.

Medicũ qui frigidos,& calore nativo destitutos haustulo Elix. vitæ Matth. in quo grana aliquot θ. viperar. volat. dissoluta,se recreaturum confidat uti per Litteras attestatur. Ad langventem stomachum conducit quoque *Elixyr. Schrateri* Prof. olim Jenensis, quod Lipsiæ usitatissimum, & componitur ex Cinnam. ℥iv. Rof. rubr. Agalloch. aā.ʒiij. santal. citr. ℥ß. macis, cardamom. caryophyll.gran.parad.galang.aā.ʒi.nuc.moschat. ʒii. additis canthar. ʒ. Sp. V. & digestis F. destill. unde Elixyr, quod rubro santalo tingitur. Huic classi associatur quoque *Ros Solis* Anglis & Belgis in usu,cujus descriptio apud *Tenzel.Exeg.p.645.* Præparatur quoq; sp. V. *Rhodosaccharatus*, de quo *Tenzel.Exeg.p.640.Sala s.4.Hydræol.c.2.Grul.Floriol.p.9.c.1.p.225.* ex sp. V. cum saccharo. & Aq. Rosarum. Sp.V. *Camphoratus* in Peste nobilissimus describitur ab *Hartman.in Prax. Chym.* Sp. *V. Citratus* ex sp. & Cortic. Citr. *V. Sala de Pest. p.450.Tenzel.Exeg.s.1.p.641.* qui insigni vi præditus est cardiaca. Adjungendæ his *Aq. vitæ* nervorum incisionibus aliisque *Vulneribus dicatæ*, olio nomine *Olea Balsamina*, *Mater Balsami* dicta,de quibus *Andr. à Cruce Chirurg.1,17.Fonsec.T.2.consf.9,17.Ferrar.l.3.Chir. Chir.p.320.* Fuit famosus Chirurgus *J. Bapt.*

Elixyr Schrateri.

Ros Solis.

Olea Balsamina.

Roma-

Romanos vulgò dictus *Cant. in Banco* omnia vulnera cum tali Aq. vitæ composita sanavit. *V. Fonsec. T.2. cons.3.9.10.16.* ubi docet, quando, & quæ vulnera hâc methodo, quàm vocant per primam intentionem, curanda sint. *Idem* præstitit *Leon. Fioravanti* celebris præterito seculo in Italia Chirurgus cum suo *Elixyr Magno*, quod describit *l.2. Capricc. Medic. c.5.* ejusque usum passim in scriptis suis deprædicat. Qui modus in Italia An. 1650. erat usitatissimus, & memini hujus Elexiris seu Sp. vini compositi præparationem maximè fuisse occultatam, quàm denique secreto communicatam eam esse, quam Fiorav. notavit, inveni; ea differentia, ut *Venetiis in Officina Pharmac. alla Sirena* propè Judæorum habitationes, ubi præparabatur specialior & vulneribus magis appropriatus redditus, ut si desideratus fuerit *Balsamus Cephalicus* Vulner. ad ℔. j. circulati Liq. addiderint Oponac. ℥j. si *Stomachicus* Absinthium, si ad *contusiones* Rorismarin. si ad *extrahenda spicula* Dictamnus Creticus, si ad *vulnera vasorum* santal. rubrum, si ad *vulnera pectoris* Cinnamomum.

Elixyr Magnũ Fioravanti.

2. Sp. V. cum 🜔 proprio acuatur seu Alkalisat9

2. *Cum* Sale Proprio fit Sp. V. Alkalisatus, dum enim ex generoso vino elicitur Spiritus & Phlegma, separato phlegmate

mate, cum eodem ex fœcibus calcinatis extrahitur ⊖ quod in Sp. crystallisatum solvendum. *Beguin. Tyr. Ch. l. 3. c. 2.* Quidam eam observant proportionem, ut sumant Sp. Vini ℥ii. ⊖ vini (ex succo scil. fœculento evaporato, siccato, igne vehementi in album calcem redacto parati) ℥ß. si digeratur in cineribus hor. 24. lento primum, post forti △, sp. educatur, ⊖ relictũ rursus exuratur, teratur & cum Sp. V. denuò imbuatur, digeratur, post plurimos repetitos labores ⊖ simul alembicum ascendit. Hic *Spiritus*, si præparetur ex vino rubello ejusq; ⊖ ♎to quod 🜨 vegetabile est. ⊙ recludit. & dicitur *Aqua ⊙m solvẽs philosophica. Tenzel. Exeg. p. 687.* Menstruum ⊙ Aq. ⊙ solvẽs Philosophica

3. *Cum* ♀*ro præparatur* undè *Sp. V* ♀*isatus*, cujus operatio fit. 3. Sp. V ♀isat°

1. *Cum* ♀*ro crudo V Tenzel. exeg. p. 628. Claud. Deodat. Panth Hygiast. 2, 16 p. 158.* 1. Cum ♀ crũdo.

2. *Cum* ♀° *communi* ad cœruleitatem calcinato *Tartaraleasisatus* dict°, & *Aqua philosophica. V. Tenzel. l. a. p. 629. Sennert. Instit. p. 1351.* ubi aliquot modi. *Grembs de Arbor. Hom. l. 3. c. 3. §. 47. Kesler. cent. 3. §. 3.* hoc modo præparatum pro genuina agnoscit *Q. E.* Hanc *Aquam vitæ* ♀*isatam Querc. Ph. Rest. c. 26.* pro universali ferè menstruo habet ad Essentias omnium rerum purgantium, radic. folior. 2. Cum ♀° cõmuni. Ejus Vires. In Chymia.

herb. semin. fruct. florum, adeoque ubi penitius ex simplicibus vires recludendæ sunt, species Sp. V. ♀isato priùs imprægnari possunt, antequam Spiritu extrahantur. In θεραπεία arcanum est ad plurimos affectus inprimis ♀eos, ubi ⊖ fixũ ex deficiente coctionis πνευματώσει abundat, ut in scorbuto, Hypochondr. ♀. o, asthmate, cachexia. *Tenzel. exeg. p.630.* & laudatur inprimis ad obstructiones Hepatis ab *Hartman. Prax. p. 225.* & ad Ideritiam nigram. *ib. p.246.* Hujus ope ritè præparati tanquam Ros Jovis amphibii vegetabilis, paratur *Biolychnium* Burggrav. seu Lampas vitæ & mortis, de qvo *Tenzel. l.a. p.216. Burggr. in tr. de Biolychn. p.87.* sp. V. ♀isati aut sp. V. proprio ⊖ uniti & fixati cum ipso inseparabiliter mediante △ parabantur Lampades ardentes, perpetuum Lumen & △m sine extingvio servantes. *P. J. Faber. 4. Secret. Chym. c.2. de quibus Lucernis perpetuò micantibus Porta 12. Mag. Nat. 13. Cæsius 3. Mineral. c.7. s.20. Fortun. Licetus singul. tract. f. edit. Athan. Kircher. T.3. Oedip. Ægypt. syntagm. 20. §. 9.* fusius, & ex fundamento *Id. in Mundo subterraneo. Panciroll. part. 1. Memorab. t.35. Casp. Schott. Thaum. Phys. T.4. l.2. Syntagm. 2 c.6.* Hujus sp. V. ♀is ope *Organũ Musicũ* in Anglia *Corn. Drebbelii* cœlo sereno svavissimam harmoniam

In Therapia.

In Mechanicis cum eo.

1. Biolychnium

2. Lampades in extinguibiles.

3. Organa Musica.

am nullo digito tactum edebat: ejusdem ope *Perpetuum Mobile* ex Angl. Imp. Rudolpho missum sempiternos motus siderum têporumque vicissitudines repræsentavit. Hic sp. V. ♀is. si in spagyrica cochlea hermeticè clausa circuletur, teste *Tenz.l.a.p.629.* fit è fragrante fragrantior, è crystallino carbuncularis, haut secus, ac Cor sanguinem Epatis continente pulsuum circulo in auream vitæ balsamicam naturam exaltat, cujus *Balsami* g. 3. commendantur ad refocillandum calidum nativum & cum Ess. Croci ad svavem somni inductionem. Hic sp. V. ♀is. qui cum ♀° ex fæcibus vini vel ex ♀ calcin. extracto paratur à J. *Rhenano Dissert. Chym. l. 3. c. 9. Censifiatus* dicitur, in qvo plurima latent arcana. 4. Perpetuú mobile Ex hoc spiritu. Balsamus pretiosissimus. Sp. V. Censificatus

3. *Cum* ♀° *philosophico*, quod ex sarmentorum scilicet lixivio parari supra *sect. 4.* docuimus, fit sp. V ♀isatus. Vide de hoc ♀° philos. *Tenz.l.a.p.687.* Si etenim lixivium Sarmẽtorum paratur, remanet materia quædam rubens, qvæ forti △ per 3. horas reverberanda continuo agitando, donec albescat, solvitur ▽F, filtratur, coagulatur, & ad Mensur. j. sp. V. adduntur hujus ⊖ ℥iv. per MB. lento △. per destill. uniantur, fit penetrantissimus Spiritus, quo usus *Basil. Valentin.* ab ipso dictus: In der Wunder-Arzney der feurige Weingeist. Sp. V. cũ ♀° philosophico.

gerst. De hoc *Sp. V.* ♀*ist.* ita loquitur *Author Consangv.Vin.* & ⊙*p.42.* In *Q. E.* Vini est ⊖, 🜍 ☿ quæ tamen alio & quidem duplici ⊖ & 🜍 vires auctiores nacta citissimè absolvit vim suam & tale est ex sua natura petitũ, & hinc fit menstruum ad Tinct.⊙ Illud ⊖ tamen non ex communi ♀ⁿ paratur, sed ex alio ♀ⁿ de qvo *Basil.* loqvitur. *ib.p.43.* hoc est, philosophico jam notato.

Mēstruum ⊙.

4 Sp.V cum ⊖ Naturæ. Mēstruum ⊙

3. *Sp. V. cum Sale Naturæ*, vulgò *Sale Centrali* dicto.(quod est Macrocosmi Elementorumve Spiritus in terra, ceu Macrocosmi Generatorio incorporeâ substantiâ transplantatus,) acuitur, quo anima ⊙. extrahitur. *V. Ang. Sala de* ⊙ *potab.p.m.269 & p.285* Alii acuunt Sp. V ⊖ volat. seu florib. ⊖ aut ⊖ gem. vel crystall. ⊖ dulc. vel Sp. ✳ pro solvendo ⊙ *Schrœd.Ph.3. c.9.*

Cum aliis ⊖ibus acuitur

V Sp. V. cum ⊖ urin. seu microcosmicus.

V. *Cum* ⊖ *urin volatili* seu *Spiritu Orionio* fit *Spiritus Vini Microcosmicus* dictus, ex mistione anatica paratus, primò fit quidem coagulatio, post tamen uniuntur in phiola. Vocatur à quibusdam *Menstruum Antoninum*, quod eo usus fuerit *Franc. Antonius Anglus*, Medicus, pro conficiendo suo ⊙ *potabili* famosissimo: Calcinatur etenim ⊙ per ▽R. & post per 🜍. pòst Tinct. extrahitur per Sp. V cũ ⊖ urin. mistum & per 30. dies digestũ, notante

tante *Cl. Sennert. in Disquis. Epist. ad D. Döring. mss. 10. Jul. 1619. exarata.* & habetur hoc pro *gennino menstruo ☉ri à Hartman. Prax p. 38.39. Tenzel. exeg. p. 688. Thold. in Curr. Triumph. ♄ Basil. p. 373. Hartm. in Basil. Croll. p. 316. Geiger. in Microc. Hypoch. c. 27. p. 368.* hoc *menstruum* vocat *ex ☿o philosophico microcosmo volatili & Sp. ♆eo vegetabili, potabili & optimi* part. æq. ad solvendum ☉ confectum. *Id. ib. p. 373.* aliter paulò hoc menstruum parat ex ⊖ & Sp. V. unitis cũ sp. V. qvod vocat ☿m *philos.* menstruum ad metalla, mineralia, gemmas mirabile. Hoc *menstruo Tinct.* Smaragdi elicit *Tenzel. exeg. p. 699. cum* eodem ex ♂ extrahitur Tinctura stupendæ rubedinis ad qvæcunqve ferè uteri mala, Lienis affectus, & Epilepsiam ex utero provenientem nobilissima. Mẽstrum ☉.

VI. *Spiritus Vini Coagulatus.* Refert *Mercurial ex Ctesia l. 2. Var. c. 26.* esse radicẽ qvã dam apud Indos, qvæ vino parva mensura immissa, ita condenset, ut manu velut cera teneri possit. Ignorantiam hujus radicis compensat Chymicorum solertia. Qvidam Sp. V. coagulationem instituunt beneficio ♀°, si ℥ß. imbibantur ℥v. Sp V. & sensim exficcetur, adeò concentratur sp. V. ut, si post aqvæ aliqvid de hoc congelato iniiciatur, *Sp. V. extemporaneus* exhiberi possit. *Kesler cent.* VI. Sp. V. Coagulat9. Sp. V. extemporaneus

cent.3.§.2. cũ resoluto liqvore ex destill. ♀° & ✳ aut cum⊖ urin. volat. coagulationẽ per agit: ut enim rationem reddit *Author Consangv. Vini & ⊙ p.31.* Sal in Sp. V. latens contactu alterius fermenti, nempe sp. urin. ⊖. tot⁹ in offam salinam coagulatur & indolem inflammabilem amittit.

VII. Sp. V. ☿ialis

VII. *Cum ☿io fit Spiritus Vini Mercurialis.* si etenim sp. V. cum ☿io singulariter præparato, uniatur, ut tandem in cella fluant in Ol. dulce, exhibet menstruum, si quod aliud ad dissolvendum ⊙. Sapienti satis! Attestatur hoc *Claud. Deodat. Panth. l.2.c.16.p.159.* Sp. V. alcool, *inquit*, si cũ volatico Aquilæ albæ Spiritu debita proportione jungatur, nonsolùm ⊙i corpus dicitur aperire, sed etiam eiusdem animam, sangvinemqve extrahere. Et hoc *menstruum* esse *famosum Azoth* aut *Alkahest Helmontii*, confirmare videtur *Osvvald. Grẽbs in Arbor. Hom. l.3.c.3.§.16.seq. ubi §.18.* ☿ ♀ externum per anomalum qvoddam à corpore ☿ali dislegandum. & §.19. volunt aliqvi qvod præparetur per Circulatum minus qvod est omnium metallorum matrix. &c. hic ☿s ♀e externo suo privatus per occultã & nonnisi veris philosophis notam circulationem, ad summam puritatis deducatur, ut Alkaest vocetur, Salium summ⁹ qvi cuncta pervadit

Mẽstruum ⊙.

Azoth Helmõtii.

vadit, solusqve agendo maneat immutabilis. & §. 35. Elixir Paracelſ. ſolum per Liq. Alkaeſt paratur, nunqvam enim myrrha à Sp. V. acido ſolvitur, ſed à dicto liqvore denodanda: qvi liqvor medicamenti vires gerit, velût △ naturam mandens, & morbos conſumens. Per hoc *menſtruum* ☿*ale* Fr. *Antonium* ex ☉ eduxiſſe Tinct. *Id. Grembs l. a. §. 40.* opinarur. Refert per Litter. Chymicus igſinis, ſe hoc menſtruo ☿ali ex calcinatâ minerâ ☉ egregiam præparaſſe Tincturam.

VIII. *Cum Aceto Sp. V. miſtus & unitus* præbet menſtruum ad *confectionem* ☉*i potabilis Eichſtadii*, de quo infra ſub Aceto. IIX. Sp. V. Aceto unitus.

IX. *Cum Spiritu* ⊖*li* fit ⊖*tus*, ſi ſp. V. opt. cum aā. Sp. ⊖ m. in alembico, primum lento, poſt forti △ deſtillentur, deſtillationes reiterentur, & tandem circulentur, fit Sp. odore, & ſapore gratiſſimus. *Grüling. Floril. p. 18. c. 1. p.* 152. Tali modo Sp. præparatus, aut ſi Sp. ⊖. rectif. ℥x. addantur ſp. vini ℥viij. per retort. aliqvoties reiteratis deſtillationibus uniantur, aut denique ſi ⊖ Hungarico ſp. V. juſta qvantitate ſupra fundatur & per retort. deſtilletur, egreditur ſp. V. ♀ ⊖li. imprægnatus (qvod ſubtiliſsimus odor ſatisſuperq; teſtatur) egregii in debellandis plurimis morbis uſus, præcipuè in Epilepſia &c. Poteſt eqvi- IX. Sp. Vini ⊖tus

dem etiam *beneficio Aceti Sp.* ⊕ *dulcis* fieri, ut videre est apud *Tenzel. exeg p. 650. Kesler. cent.* 2. §. *59.* melior tamen, qui fit cum *Sp. V.* Cum *Sp. V.* ⊕*to* ex calce ☽, extrahitur f. a. Tinct. cærulea.

X. Sp. Vini ⦶ratus. X. Pari ratione cum *Sp. V. Spiritui* ⦶ juncto, fit sp. V. ⦶*ratus*, in Colica penetrantissimus, item ad obstructiones Renum & vesicæ, quò Clar. *Prævotius* Patavii familiarissimè usus est. Si hic sp. V. ⦶ratus ♀ calcinato superfundatur & per destillat. uniantur, prodit sp. ⦶ *genuinus.* ☿*alis* qui ☉m perhibetur radicaliter dissolvere, uti à Chymico quodam egregio mihi per Litteras comunicatum.

Mẽstruum ☉

XI. Sp. Vini ⊖inus. XI. Conjungitur quoq; *Sp. V.* *Sp.* ⊖, undè Sp. ⊖ *dulcis*, seu *Sp. V. salinus*, dũ vel fæces vini Sali destillandô adjiciuntur, aut sp ⊖ cum Sp. V. per cohobationes subtilietur. *Tenzel. Exeg. p. 647.* De hoc *Claud. Deodat. Panth. 2, 16, p. 159.* Quidam parant, *inquit*, affundendo sp. V. alcohol debita proportione sp. ⊖, juncti, & ☉ anima impraegnati, ferè animam agentes, dicuntur resuscitare. Idem Spiritus à quibusdam perhibetur esse *Menstruum Basilii Valentini*, ejus *Aqua Temperata, Temperatum extractivum*, quo recludit Corall. & ☉ in Tincturas, quanquam posterius non radicaliter.

Mẽstruum ☉

XII. *Tan-*

XII. *Tandem Sp. V. Spiritui Aluminis* junctus, exhibet *Sp. O. dulc.* seu *Sp. V. aluminosum*, qvo Chymicum in Poloniâ familiarissimè in Hecticâ usum esse constat: multum enim Hecticæ O conferre satis probat præparatio *Manna Aluminis* dicta, summæ dulcedinis, per plurimas operationes omni acredine spoliata. XII. Sp. V. Aluminosus.

XIII. *Spirit. Vin. Terebinthinati* ad Tinct ☽ extrahendam meminit *Zimar. p. 3. Antr. Mag. Med. p. 293.* & sunt qvi hunc Sp. pro genuino Paracelsi menstruo ad Elix. Prop. conficiendum censent. XIII. Sp. V. Terebinthinatus.

Parantur deniqve *ex ipso Vino* qvoqve *Chymica.* Alia Chymica ex vino.

1. *Magisterium Vini*, sive *Lapidem Vini vegetabilem* describit *Schrad. l. 4. Ph. classe 2. p. 216.* ex Spiritu, ol. & ⊖ Vini cujus grana aliqvot integram aqvæ mensuram vinosis qualitatibus perfundant. De hoc effectu dubitat *Angel. Sala, qui in App. tr. de* ⊕. *nat. p. 423.* & Pseudochymicis annumerat, qui artis beneficio se conseqvi posse opinentur, ut Essentiâ vini aqua in vinum naturali penitus simile, transmutari possit. *Id negat. Author qui Non-Entia Chymica describit in sing. tract. Fr. 1645. ed. 12. pag. 25.* 1. Magisterium.

2. Essentiæ. 1. *Essentia Vini* Glauberiana. *V. supra f.* 7. *cap.* 1.

3. Tinctura. 2. *Tinctura Vini Kesleri Cent.* 3. *§.* 4.

4. Sal volatile. 3. *Sal volatile vini* præparat *Rhumel. Antidot. p.* 143.

5. Crystalli 5. *Crystalli* ex vini Spiritu. *V. Libav. l.* 2. *Chym. tr.* 2. *c.* 38.

SECTIO IIX.

DE

ACETO.

DE ACETO.

CAPUT I.

ACETI NATURA, GENERATIO, TEMPERAMENTUM, DIFFERENTIA.

HActenus de Vitis liqvore salutari, *Vino*, satis superq; actum est, nunc trāseundum restat *ad Vini vitium*, quod tamen transit in Remedium, uti ait *Plin.* 23, 1. hoc est, *ACETUM*; quod *Gal.* 1. *simpl. c.* 18. ex aliorum sententia, vocat vinum mortuum.

Nomē. *Græcis* dicitur ὄξος, *Latinis Acetum*, quia est sapore acidum, Gallis *Vinaigre* quasi vinum acidum. *German.* Weineßig.

Generatio & Quoad *Generationem* Aceti, cum ea facilè con-

controversiam de ejus *Temperie* decidat, si rectè examinetur, olim malè à *Galenicis* explicata plurimis difficultatibus ansam dedit. *Aliū* olim, *teste Gal.1.simpl.18,20.* summè frigidū, imò nive frigidius statuerunt: *alii* extremè calidum & par cauteriis, *alii* mistam habere facultatem (unde etiam *Neutrum* dictum; hoc est, cal. & frig. *Gal.1.simpl.19,20,21.* acidus enim ejus sapor frigiditatis, acris coloris index) proprium qvidem vini calorem amisisse, putredinosum acqvisivisse, qvorum ultimæ sententiæ accedit ipse *Gal.* & probare conatur *4.simpl.c.2.8.simpl. c. de Acet.* & *10. M. M. c. 9.* calorem tamen putredinosum, acidam frigiditatem non superare, sed prædominium in Aceto esse frigiditatis. *Id. Gal.1.simpl.17.* & *4.c. 11.* cui accedunt *Hipp.2.de Diet. c.6. Æginet. 7.3. Aët.tetr.1.s.1. Actuar.l.6. c. 1. Meth. M. Oribas. l.5. Collect.c.10.* Sed cum doctrina hæc pluribus difficultatibus scateat, ut Gal. doctrinam defendat, Acetum vinū esse, scilicet putrefactum, mirè se torqvet *Zabarell.* uti videre est *in ejus tract.de Mist.generat.* & *inter. l.3.a.c. 6. usq; ad 11.*

Temperamentum secundū Galenicos.

Chymici ex principiis suis feliciùs & faciliùs *Aceti generationem* deducunt. Ita enim ex eorum mente *Sennert.in Paralip.ad P.5. Pr.s.2. c.2.* & *l.de Scorb.c.2.* In aceti generatione, *inquit,*

Generatio Aceti secūdū Chymicos.

Quidá ob. exhalatio nem 🜂 vini

quit, perit si non tota, maxima tamen ex parte vini pars 🜂ea inflammabilis, restitante 🜔 volat. quod fit fixum & 🜍 vini unitum in aqueis partibus mistum. Hinc in principio Acetum non adeò acre, cum adhuc aliquid 🜂is inest, qvo magis magisqve pereunte & exhalãte, qvod antè Salis acrimoniam occultaverat, acrius reddit acetum. *Quercet. l.1. defens.c.20.tr.2.de signat.inter in tetr.c.7* pluribus qvoqve confirmat, vinum acidum fieri separato suo Spiritu, qui est vinculum, qvo acidi Sp 🜔 cum 🜂ea substãtia, antea in proprio officio continebantur: *Idem* in aceto 🜔 *acidum* 🜕*tum* statuit. Unde cum proximè accedat ad naturam 🜕 Acetum præ reliquis correctivis gummata calefacientia, succive venenati eo corriguntur. *Quercet. Ph. Phytog. c. 10. p.785. Deodat. in Panth. 2, 1.* Aceti aciditatem rejicit in 🜔 *quoddam* ✳ *cum*, quod antea vini Spiritu, cœlestiq; Essentia arcto quasi vinculo occultatum fuerat, quod nec diffitetur *Quercet. Ph. Phytol. c.3 p.763. V. Faber in Pallad. spagyr. c.11. p.140. Horst. Cẽt. probl. dec.5. qv.7. §.10, 11.* Hi Authores exhalationẽ 🜂s vini statuunt: *Th. VVillis Anglus* tamen in *de Fermentat. c.7. p.* 42. putat in Aceto non tam destructas esse partes 🜂 as, quàm saltem *depressas*, salinis in fluorem collocatis, probat exemplo destil-

In Aceto 🜕 🜕tum.

aut 🜔 quoddam ✳

Alii ob depressionem saltem 🜂

lat.

lat. aceti cum ♄o ubi ⊖næ + particulæ cum ⊖♄. uniuntur, & Spiritus vinosi adhuc superstites, denuò liberantur, & sui juris facti, exhibent Sp. ardentem. *Eandem sententiam* prius fovisse videtur *D. Döring. qui in Disquis. Epist. mss. ad Senn. Ep. 7 Oct 1622.* scripta, *Acetum* oriri è vino *per Spiritus dulcis* & summè volatilis, quandam *fixionem*, qvia si per exhalationem in Sp. destillatione tenuiore parte egressa & dulciore, guttę subseqventes deberent esse acetosæ, vel abstracto omni Spiritu ex eo qvod residuum erit, fieri Acetum, qvod tamen non fit; ibidemque ultra 7. alias addit rationes.

Spiritus Aceti est qvoqve *incombustibilis*, non tamen inflammabilis, causam reddit *Faber in Pallad. c. 11.* quod ejus Spiritus ⊖ini non in unctuosâ materiâ & ♁ea ut in Sp. V, sed in substantia tenuissima, aqvea & terreâ vini hęreant. *Acetum simile est mari, inquit Hipp. l. de Liquid Usu*, quod explicat *Nard. Genial. Noct. 1. p. 71* in omni ⊖ est aciditas, acetum autem ⊖ vini fixum congeneri aqueo resolutum. Spirit. Aceti incombustibilis.

Acetum ergò *calefacit* ratione ⊖ fixi acidi, qui calidus cum quo perfunditur, cujus ope durissima penetrat: *refrigerat* autem ob igneam vini qualitatem separatam remanę- Aceti Tēperamentū, secundū Chymicos.

tę co-

te copiosa aquâ frigidâ elementari, cujus respectu immoderatus vini Usus diuturnorum frigidorum morborum fit causa. *P. Severin. Id.Med.c.7.Calefacit* per se, *frigefacit* per accidens, partium inflammabilitatem 🜍eam tollendo.

Generatur porrò *Acetum vel* lentum calorem (nimius etenim etiam ⊖ volat: evocaret) sensim educando 🜍 volatile, *vel* dum ob cognationem aliud 🜍 vini 🜍 ad se allicit: *vel* per acidorum admistionem, quæ ☿m vini suscitant, ut ⊖ vini volatile ad se trahat & secum uniat, undè 🜍 vini separatum faciliùs exhalat. Huic fundamento innituntur variæ *Aceti preparationes*, quæ videātur apud *P. de Crescent. de Agric.5,7. Mizald.c.5. Memor.§ 19. c.6.§.93. Porta l.4. Mag.c.22.§.7.seq. VVeck. 5. de secret.c.7.p.264.*

Modus parandi Acetum. *Quidam* vinum meracum in dolium, quod antea aceti qualitatibus fuit imbutum, infundunt, ut dimidiam solùm illius capacitatem vel paulò pòst impleant, pòst insolant aut ad focum ponunt: *alii* vinum priùs sinunt bullire, despumant, in vas vinarium conjiciunt, & in loco calido detinent. *Sebiz. de Alin.2 p.323. Alii* teste J. *Liebault. de Agric.5,54.* vas figulinum vino repletum in MB. obturatum vas ponunt, ut aqua circumfusâ probè ebulliat.

Mate-

Maturatur Aceti generatio adjectione pauxillâ fermenti, admistione, ⊖, piperis, itē hord. tosti, rad. rubi, ustar. glandium, testarum ignitarum, proprii ⊖ & crystallor. aceti *V. Libav. l. 2. Chym. tr. 1. c. 17.* Sic tusa radix betæ in vinum conjecta intra 3. hor. illud in acetū dicitur convertere, ut testatur *Ruell. l. 1 de Nat. stirp. c. 143.* Maturatio Aceti.

Qvoad *Differentias, Acetum*. Differētiæ.

1. Aliud est *Simplex*, aliud *Compositum* de quo *cap. 3.* 1. ab Essentia

2. *Aliud ratione præparationis, vel ordinario* dicto modo conficitur, *vel extemporaneo.* Tales Acetum extemporanei parandi modi passim apud Authores. *Si* ex Uvis immaturis cum aceto fiat pasta, quæ in globulos formata, in Sole siccetur, parum de ea vino soluta, extemporaneum exhibet Acetum, quod itidem facit pasta ex cerasis, moris, uvis & glandibus immaturis cum aceto facta & siccata. *Libault. de Agric. 5, 55.* scatent enim copioso ♀ro in quo plurimum ⊖ fixi, ut videre est apud *Ang. Salam* qui ♀*rol. f. 2. l. 3.* modum docet, ut extrahatur copiosè ex moris, aliisq; ♀rus. Qvidam *Acetum* ♀*o* suprafundunt, simul per 01. ℘. macerant, in Sole tandem siccent, porrò novo aceto imprægnant per 10. ℘. & rursus siccant, de qvo pulv. inspersus vino, 2. à modo præparationis. Aceta Extemporãea 1. 2.

3. vino, ilicò in acetum convertit. *P. de Crescent.* 5. *Agric.* 17. Sunt qui laminam ♂tam adhuc candentem ter in acri aceto extingvant, & asservent, hæc qvamprimum candens, rursus
4. vino intingatur, acetum præbet. *VVillich. de Art. Magir. c.* 23. alii idem præstat pulv. ex ♀. Zingib. aã. pulv. aceto forti impraegnatis per 8. ☉ pòst siccatis, vino injectus. *Planis Campi in Chirurg. Chymiq. Gall. p.* 107.

3. à Sapore. 3. *Ratione Saporis*, aliud *Acre. Scribon. Largus* §. 41 260. aliud *acerrimum. Cels.* 4, 9. & *Eid.* 6, 7. *quam acerrimum. Veget. de Re veter.* 1, 13. Intēditur aciditas si vinacei aridi, paucive acerbæ uvæ acini aceto immittantur, aut pyrethrum cum una parte aceti fervefactum reliqvæ mistum.

Aliud *acetum dulcificatum* ex musto protropo & aceto aã. misto in dolio obturato per 30 dies servato. *Liebault. l. a.* Alii Uvis passulis id efficiunt, Aceto in duplici vase incoctis; ventriculo hoc modo fit gratius ob leviusculum acorem. *Solenand. f.* 3. *consf.* 15.

4. à Loco Natali. 4. *Ratione Loci natalis* Acetum imitatur Vinorum naturam ex qvibus paratum est. & generosiora vina nobiliora qvoqve exhibent Aceta, si 🜍 exhalato in Acetum degenerent *Vinorum Creticorum Aceta*, *inquit Querc. Tetr. c.* 31. *p.* 406. debiliorum vinorum aceris

qualia

qvalia sunt Tigurina, longè multumque virtute antecedunt: sic & *acetum albo ex vino* extractum, multum *à rubelli vini* discrepat; longè verò lateqve discrepant Aceta, quæ ex cerevisiis & fructibus parata, ab Aceto qvod ex vino, omnium vegetabilium Principe, & maximè omnium ⊕to, conficitur. Testis est *vel Vinum Illicitanum* Alicante, quod gratissimi acoris Acetum præbet. *Laudatum olim* Alexi *Decelicum*, Chrysippo *Ægyptium* & *Cnidium*. *V. Athen.2,26.* qvod *Martial. 13, 122. Niliacum*, laudat qvoqve *Horat.2.S.8,50.* Acetum.

Qvod *methymneam* vitio mutaverat Uvam.

CAPUT II.

DE ACETI USU.

Aceti Usus.

ACeti nequitiæ inest Virtus magnos ad Usus, inquit *Plin.14,20.* sine qveîs vita mitior degi non potest. Oceanus scribendorum se offerret, si omnes Aceti Usus perquirendi & annotandi essent, aliqvot tantùm & præcipuos, annotasse sufficiat inpræsentiarum. Ex illis est *Usus Aceti*.

1. *Civilis seu Historicus.* Refert *Plin. 2, 48.* Acetum vim habere tempestates sedandi, nec 1. Civilis Historicus.

 non

non incendii restingvendi gratia à veteribus adhibitum fuisse *Cæl. Rhod. l.30.c. 25.* nam ut vult *Plutarch. sympos 3. c. 5.* nullum ignis extinctivorum est aceto, efficacius, quia supprimit flammam ob frigoris excessum.

Indurata emollit. Acetum maximâ vi pollet incisoria, adeò, ut ovi putamina ita aceto mollescant, ut corum testa velùt tenuis membrana per annuli angustiã adigi possit. *Gratarol. de Vin. Nat. c. 28.* Idem cuticulam intra 7. dies adeò friabilē reddit, ut digitis teri possit. *Lemn. l. 2. Occ. c. 36. & 4, 14. Mizald. c. 3. 6. 80.* Indè Historici memorant exempla quædam summè prodigorum, qvi *Margaritas* selectissimas, pretio rarissimas, Aceto diluentes ab sorpserunt, ut refert *Horat. 2. S. 3, 239. Plin. 9. 35. Cæl. Rhod. 15, 3.* de filio Æsopi Tragædi, Clodio, de Cleopatra. *Plin. l. a. Lang. l. 2. ep. 33. Macrob. 3. Saturn. 18.* de Caligula. *Svet. ejus vit. 37. Causam* quod Acetum margaritas solvat, explicat *J. B. Sylvatic. tr. de Unicorn. & Marg. part. 4. p. 152.* quia margaritæ constant ex crassiori indurata materia rori admixta, qvæ autem à frigido concreta, calore, qvod est in aceto, solvuntur. Referunt *Plin. 36, 1. & Turneb. 13. Alv. 18.* quod Annibal diducat scopulos, & montem rumpat aceto. exẽpla margaritarũ. Alpium

Canente *Juv. 10, 153.* aut ut *Liv. 21, 37.* loqvitur

tur : ſuccenſa & ardentia ſaxa infuſo putrefecit aceto. Dubitat quidem imò cum *Polybio* pernegat *Joſ. Simlerus in Comm. de Alpib. p. 198. ſeq.* Hannibalem per Acetum Alpes fregiſse, *Jan. Gruterus* tamen *in not. ad Liv. l. a. p. m. 168.* defendit, & pugnat contra negantes beneficio Aceti factum tranſitum.

2. *Uſus Aceti Mechanicus.* Acetum adhibent *Tinctores* pro extrahendis ſimplicibus ad *Tincturas* præcipuè nigras (*V. Libr. de Art. Tinctor. edit. Venet. 8. 1565. l. 1. c. 8. 59.* virides. (*ib. l. 1. c. 15. l. 2. c. 46. l. 3. c. 33.*) ſcarlatinas. (*ib. l. 1. c. 61.*) pro colorandis pannis laneis & ſericeis. Beneficio *Aceti* in albumine ovi cryptographia ſeu occultiſſima ſcribendi ratio inſtitui poteſt. *V. Schott. in Thaumat. Phyſ. part. 4. l. 1. ſyntagm. 2. c. 3.* Idem *p. 4. l. 2. ſ. 1. c. 8. §. 5.* refert, ſi acetum cum Ichthyocolla & alumine miſceatur, qvicquid illitum, licèt in ignem projiciatur, non comburi. Mirum de Lapide Trochite ſeu Aſtroite, qui affuſus aceto motu locali promovetur, undè, ſi ex eo teſtudo formetur Automaton, reddatur admirandum. *Kircher. de Art. Magnet. l. 3. p. 3. c. 2. p. 562.* 2. Uſus Mechanicus.

3. *Uſus Aceti Culinaris.* Quàm maximus ſit Aceti Uſus in condiendis cibis, norunt, qui Vulcano ſtudent; quod illius acore ſuſcitetur langventi ventriculo orexis. Hinc varia 3. Uſus Culinaris.

condimenta, quæ Græcis *Oxypora* dicta, & eorum venditores *oxyporopolæ*, vas autem in quo acetum contentum, *oxybaphus*, Latinis Acetabulum. *VVillich. Art. Mag. c. 23.* Præcipuè autem *Aceto* parantur.

Parantur Aceto

1. Acetaria

1. *Acetaria*, *Salaria*, *Montagn. consf. 41. Salatitia*, cuidam facetè *Salacetolcum*, Germanis *Lactuca*, quod hæc primas in his obsoniis obtineat. Fuerunt olim apud Romanos quoq; in usu. Hinc *Horat. 2. S. 2, 61.*

—— Cornu ipse bilibri
Caulibus instillat veteris non parcus Aceti.

Ex quibus herbis?

Parantur *Acetaria hodiè* potissimû ex Endiv. Lactuc. Ment. fol. & rad cichor. Acetos. Pimpinell. Spinach. Chærefol. Nasturt. Cochl &c. & apud Italos quoque ex Dracunculo esculento, Eruca, Coronopo, flor. Borrag. Buglofs. Soncho, Rad. Tragopog. Artoffi &c. *V. Sebiz. l. 2. de Alim. c. 7, 8. Acetaria* ex foliis bellidis in tussi & spirandi difficultate ex frigidæ aquæ haustu orta, laudat *Deodat. Panth. 3, 22. Aceatoria* ex Pimpinell. minoris seu sangvisorbæ foliis, ob vim purificandi sangvinis admirandam, commendat *Th. Jordan. de Pest. phænom. tr. 3. c. 3.* ad movendam urinam *Acetarium* describit *Plater. T. 1. Prax. l. 2. c. 8. p. 520. Acetaria* in anticœniis damat præcipuè à balneis *Bacc. de Therm. 2, 20. f. 125.* item in affecti-

Quando conveniát.

bus

bus capitis, nisi *aceti* acrimonia passulis fuerit retusa. *Lautenbach. consf.7, 12.* Eadem tamẽ commendat *ep. 25. p. 356. Mundell.* (ubi plurima *de Acetariis* & *Fermentillis*) qvod primis mensis sumta, vim habeant ad solvendos & extergendos humores, si qui sunt in ore ventris, qui appetitum obtusum reddant, & æstate bilis calorem mitigent.

2. *Varii intinctus* & *Embammata Aceto* 2. parantur, quia *Acetum* condimenti numeros omnes implet. *V. Jul. Alexandrin. l. 18. Salubr. c. 4.* & ut canit *Mart. 7, 24, 5.* Non cibus ipse juvat morsu fraudatus Aceti. Laudat *Mercur. 1. de morb. Cutan. c. 8.* ad Porriginem *intinctus* cũ cibis *ex aceto* cum sapa *Gratarol. l. 2. de Regim. Iter agent. c. 2. p. 110. Embamma* commendat iis, qui in mari nausea laborant ex amygd. mundatis, parum allii, nuc. Mosch. caryophyll. tusis & dissolutis *cum Acet. & Sapa.* Embammata.

Pertinent huc *Moreta*, Italis *Salsa* dicta, quæ parantur ex serpill. menth. basilic. & *Acet.* rosat. pro excitando appetitu. *Pisanell. de Cib. p. 155.* sub quo nomine comprehenduntur etiam *l' Agliata, la Peperata, il sapore d' Uva, il sapor di Visciole* &c. Hispani ex Lactuc. Acetos. Borrag. Cichor. in iure pulli vel aq. coctis & expressis addunt, ⊖, Ol. Acetum, & Moreta.

sic paratas herbas vocant *Esparragadus*. *Castro p.2.l.2.de Morb.Mul.s.1.c 4.*

3. Varia Aceto asservantur. 3. *Condiuntur*, ut *asserventur diutius Aceto varia*, verùm licèt eo condita videantur teneriora facta, attamen ficciora fiunt & ad concoquendum inepta. *Guarin. cons. 118.* In

In India. *India* condiuntur hodiè *Aceto plurimi fructus* ut mãgas. *V. Acost. Arom. Hist. p 69. Fragos. de Aromat. c.18.* Ambare. *Acost. p. 77. Fragos. c. 8.* item pro excitãdo appetitu, Sargasco herba marina. *Acosta p. 88.* & Caranda fructus gratissimi saporis, Uvam referens. *Garz.*

In Europâ Fructus *ab Hort. l.2. Aromat Hist. c.6.* *Hodiè in Europâ* Olivæ (præcipuè apud Bononienses. *Pisanell. de Cib. p. 27.*) Cappares cum adolescunt, præcipuè Genuenses: Conditur Aceto portulaca, antequam semen emittat. *Guibert. in Med. Officios. de condit. c.4. p.308.* item melones cucumeresqve parvi virescentes, integri citra incisionem. Dactyli, Asparagi, Lupuli, Bulbi Italis Scalogne. Oculi genistæ, Mora Norvvegica, Crithmus seu fœniculus marinus, flores Citri. Cucurbitæ, Italis Zucce, Hispanis Calabazze. *Pisanell. de Cib. p. 72.* Phaseoli &c.

Pisces. ex *piscibus* Angvillæ Aceto & Ol. condiuntur item Percæ, Salmunculi, Lampretæ fluviatiles. Salmones. Sardinæ, Alosæ, Mormyri &c. *V. Salvian. in Hist. Aquatil*, passim & *Pisanell. de Cib.*

IV. Usu

IV. *Usus Aceti Medicus.* IV. Usus Aceti Medicus.

1. *In genere* Aceti vires describit *Diosc.5,17.* juvat inprimis picrocholos, & naturâ biliosos. *Gal.1.simpl 31.* refrigerat etenim, undè *Plater. T.2 Pr.c.2.p.113.* quod putredinem simul emêdet in febribus acutis, cum Aqua mistum laudat, & in lue Hungarica. *Obendorff.de Lue Ung. p.257.* Amittit tamen etiam Lienosis Apozema aperitivum cum Aceto, pro usu interno *Amat. c. 9. cur.39.* si ipsorum stomachus ferat. Notat *Heurn. Meth.l.1.p.81.* Acria aceto indita mitescere, ut Sinapi & Coriandrum: contra fatua insipida aceto acrescere. 1. In genere.

2. *In specie Acetum* adhibetur *Internè* & *Externè* 2. In Specie.

1. *Internè.* 1. Internè.

1. *Ad Venena* varia, *Acetum* est Alexipharmacum egregium. Curat haustum 1. ad Venena.

1. *Cicutæ* venenum. *Trag. l.1. Hist. Stirp. c. 159. Fumanell. Sylv. Bacch. c.13.*

2. *Solani* majoris seu Belladonnæ. *Gesner. l.1. Ep.44.*

3. Adversus *Meconium* calidè bibitum. *Bra de Venen.2,5.*

4. Adversus *Ixiæ* vim malignam. *Diosc.6, 21. Ægin.5,47. Bra 2,16.*

5. Contra *fungos* cum oleo potum ad irritandum vomitum ex mente *Hipp. Mercur. de*

Venen.2,12. aut cum ⊖. *Fum inell,c.16.* aut cum ⊕ *Plater.T.1.Prax.l.2. c.4.p.447.*

6. Ad *Castoreum* corruptum. *Bra.l.2.c.24.*

7. Ad *Lac coagulatum P. Aponens. de Venen. c.65. Grevin. de Ven. 2, 12.*

8. Ad *Sanguinem Taurinum. Aponens. c. 70. Scribon. Larg. c. 67. §.196.*

9. *In Aspidis* Morsu. *C. Cels. l.5. c. 27. §. 4. Plin.23,1.circa f. & Zacut. Princ. Hist.l.5. hist.6.*

10. Ad *Hirudines* devoratos. *Diosc. 6,32. Bra.2,56. Scrib. Larg. c.64. §.199.*

11. Appetitum à *Narcoticis* sublatum, antè pastum bibitum, restituit Acetum. *Plater. T.1.Pr.l.2.c.12.p.583.*

2. Malignitati resistit. 2. *Malignitati resistit*, quapropter Aceti Usus *in Peste & morbis contagiosis* utilissimus. *V. Lemn.2. de Occ.36. Palmar. de Febr. pestil.c. 18. Augen.l.5. de Pest.12. Heurn. de Pest.c. 8. Marsil. Ficin. Epid.c.10. Unzer. Antidot. pestil.l.2. dist. 1.§.50. Joh. Henneman. in Ideâ Loimod.p.37. Bra in Catal. Euporist. ad Pest.p. 4. Boccangel. l.3. de Febr. pestil. c. 4. Fumanell. de Pest. c. 7.* ex antiquis *Avic.3,1.d.5. c.1.*

Sic in peste pro optimo Cardiaco laudat. *Joh. Hennem. in Id. Loim. p. 25.* si cordib⁹ Animaliū vituli, bovis, cervi, Suis concisis, & cōtusis admisceantur cordial. coq. in vase duplici per 5. horas sine liquoris affusione, pòst materia exemta

exemta imbibatur jusculo gallinaceo Aceto vini acuato, indeque extrahatur per expressionem Spiritus & humor. *Id. p.* 34. Aq. hord. passulat. cum Aceto vini acidiusculam redditam pro potu in Peste laudat.

Notat *Athan. Kircher. in Scrutin. Pest. s. 3. p.* 376. in ea Peste, quæ Romam An. 1656. miserè vexavit, *Acetum* intro sumtum omnes, qui eo usi fuerint, à Peste præservâsse. Undè *Messoribus* olim (V. *in Sacris l. Ruth. c. 2. v. 24*) & adhuc hodie in Italia *Aceti* cum aqua mistus potus magnis in æstibus communissimus. V. *Sala in App. Myroth. s. 2.* §. 3. Dicebatur hic potus *Posca, Oxycraton.* (*V. paulò infra*) qua etiam utebantur olim *Servi. V. Jos. Laurent. Polymath. 1. diss. 10. f.* & *Milites*, quibus præcipuè confert, ut Aquæ insalubritas corrigatur, ut Aqua citiùs per hypochondria transeat, à venenis præservet, & à putrefactione tueatur. *V. Schneberg. de milit. Valet. c. 3. p. 66.* Hinc *Pescēninus* Imp. veterem disciplinam militarem reduxit, vinum prohibuit, & milites suos aceto contentos esse jussit. *Spartian. in vit. Pesc. in Hist. Ang. T. 2. f. m. 180.* V. quoque *Bertin. l. 8. Univ. Med. c. 14. f.*

Unde utile Acetum in Peste.

Messoribus.

Milites.

3. *Putredinem* arcet, undè à contagiosis præservat, uti jam dictum. Posset qvis objicere, *Acetum* hoc præstare non posse, quia il-

3. Putrediné arcet.

lud velut putredinosum quoddam totum *scateat vermibus*, observante illud microscopii beneficio *Dominic. Panarol. pent.4.obs.36.* & longe antè ipsum *Bacc. de Nat. Vin. Histor. l.1.c.23.* & *de Therm. l.6.c.21.* Nodum hunc Gordium solvere conatur *Bartholin. Hist. Anat. cent.4.h.13.* ut viperina caro venenis, *inquit*, ictui scorpionis scorpius, lumbricis pulvis lumbricorum medetur; ita putredinosum hoc putredinem arcere. *Joh.* vero *Nardius in Noct. Genial. Noct.1.p.75.* refert Microscopio in aliquibus *Aceti* generibus saltem Vermes se observâsse, in iis scilicet, quæ ex vappa & debilibus vinis confecta, quæ verò ex generosis vinis, ea vermibus carere.

Acetū scatet vermibus.

Non tamen omne

4. *Obesitatem nimiam tollit.* Hinc *Fonsec. T.1.cons.32.* quidam obesi *aceti* potu utentes, breviter extenuati sunt, quia tamen potus fortissimus sit, *Idem l.a. Acetum* aqua ♂ta dilue e svadet, undè fit magnum extenuationis Remedium. Pariter *Mercur. T.3. cons.112.* obesis, seu *Polisarchia* deformibus svadet, ut in omni condimento *aceto* utantur, quo frequentiùs, eò melius. *Epiphan. Ferd. Hist. 82.f. 273.* commendat obeso Principi Auctranæ. *Acetaria*, & potissimum æstate, per plurimos dies *Aceti* cyathum unum manè. *Bened. Sylvat. cent.4.cons.70.* Card. Aldobrandino pingvitie

4. Obesitatem tollit.

gvitie nimiâ laboranti, imperat cibos *Aceto* conditos. & qvotidiè ℥j. *Acet.* scyllitic. pro potu. Illustre exemplum de *Chiapino Vitelli* illustri qvondam Hispanorum in Belgio Militum Ductore notavit *Famian. Strada de Bell. Belg. Decad.* 1. *l.* 8. *p.* 404. cui venter adeò increverat, ut fascia è collo demissa, sustinendus esset, illi, cum postea vino interdicto, usq; ad vitæ finem *Acetum* tantùm biberet, venter decrevit 87. ℔ pondere, qvod *Id.* confirmat *Isaac Cattier obs. Medic.* 13. Quod *Acetum* demacret *Porta Phytogn.* 5, 6. causam putat. quod sit vinum omni pinguedine orbatum, sed rectius efficit hoc *Sal Aceti* fixum caliditate sua incidente, nimiam humiditatem exsiccando. In *Hispania* Hispalenses fœminæ ne propter obesitatem steriles fiant, utuntur cibo ex pane & Posca, vocantqve *Gaspacho. R. à Castro de Morb. Mul. p.* 2. *l.* 3. *c.* 3. *p.* 377.

5. *Sitim tollit.* Rectè tamen *Trissin. l.* 6. *probl. Med.* 57. notat, *Acetum sitim* ex humoris inopia ortam, non mitigare, sed saltem *eam, quæ ex caloris copia*, refrigerando scilicet; *non tamen per se*, nisi aqua admisceatur ob adjunctam caliditatem. *Gal.* 10. *M. M.* 9. Quia ergò sitim ex caliditate & humiditate lenit, *in Febribus ardentibus* (non tamen in singultuosa *V. Horst. de vite* §. 443.) maximè convenit. 5. Sitim tollit & quânam ?

Oxycrator. *Oxycraton seu Acetum Aqva dilutum. Greg. Horst.dec.5.q.4. Med.Probl.* Et laudat in Febribus ardentibus *Oxycrati* usum, addita tanta Aceti qvantitate, qvæ sufficiat ad Aqvæ penetrationem. *Petr.Franc.PhrygiusComment. in Hist.Epid.Hipp.part.1. hist.2.p.45.* Cum eo

Vina Deceptiva ex Aceto. Authores *VinaDeceptiva* pro febricitantibus sapore vinum album Gallicum æmulantia, parare constat. Tale describit *D. Dôring. in Eupor. Mss.* ℞. Infus. aq. tost. panis mens. j. *Aceti* ½. Sacch. cochl. 2. vel 3. item *Camerar. Memorab. c. 12. §. 76.* ex Aq. fontan. ℔ v. *acet.* alb. vini ℔. ß. facch. pulv. ℥iij. *Idem sitim Hydropicorum* lenit, teste *Gal.1. simpl. Fac. c. 30.* & testatur *Refer. in cons. Scholz. 131. acetum* adeò mirificè Hydropicorum sitim sedare, ut illud aqua ♂ta dilutum, etiam vel sola oris ablutione sitim fregerit.

6. Crapulam discutit. 6. *Crapulam discutit & ab Ebrietate* præservat, qvia figit Spiritus vini ♀eos caput impetentes. Meminit *Plater. T. 1. Pr. p. 126.* cujusdam potatoris, qvi se qvotidiè *Aceto* præmunire solebat. Sic *sitim ex Ebrietate* contractã, tollit Juleb. ex Aq. font. ℔. ß. *acet.* vin. ℥iij. oxysacch. ℥iß. *Hildesh. spicil. 1. p. 86.* & refert *Henr. ab Heer obs. 19. f.* qvatriduanam ebrietatem non aliter cessâsse, nisi *aceto* linteis madefactis testibus involutis.

7. Sin-

7. *Singultum curat Acetum. Arist. s. 33. probl. 5.* & *vomitum. Plater. T. 3. Pr. l. 2. c. 9. p. 809.* 7. Singultum curat.

8. *Lactis copiam* minuit posca à mulieribus bibita. *Mercur. l. 3. de Morb. mul. c. 2.* 8. Lactis copiā minuit.

9. *Calculum Renum* solvit cum saxifrag. succ. & milii ☉ destill. *V. Nic. Epiphan. Empir. c. 1. de Aq.* §. 14. 9. Calculū Renū solvit.

10. *Sangvinis grumos* dissolvit *Acetum*, undè illis opitulatur, qui lapsu aut alio quovis modo habent sangvinem extravasatum, hinc communissimum in Silesiâ in lapsu ad dissolvendum sanguinem rad. rubiæ *in posca* incoquere & ebibere. *D. Laur. Scholz in Euporist. Mss.* Sic *Hildesh. spicil. 1. p. 90.* commendat pulv. ex myrrh. Mumia, Ocul. ♋. cum ℥jv. *aceti* vinar. & Aq. Virtut. ℥ij. ebibitum. Et *Cober. dec. 1. obs. castrens. 5. p. 50.* exhibet pulv. ad casum in *Aceto*. 10. Sanguinis grunos dissolvit.

2. *Externè Acetum* adhibitum, valet 2. Externè.

1. *Contra plurima Venena.* Odoratu valet adversus *Mandragoram. Aponens. de Venen. c.* 24. appositum ictus *Murenæ* sanat. *Bra. de Venen. 2, 46.* & ad *viperæ* morsum emplastratum cum stercore caprillo. *Zacut. 5. Princ. Hist. 2.* applicatur quoqve cum spongiis adversus *phalangii* morsus. *Bra de Ven. 2, 59.* & ad *canis rabidi* morsum. *Æginet. 5, 8.* 1. ad venena.

2. Pu-

a.putre dinem arcet. 2. *Putredinem arcet* : hinc *Acetum* valet ad inhibendam nigredinem pudendorum. *Nard. Noct. Gen. 1. p. 74.* ex *Hipp. de Liq. Usu*; Inde quia, ut explicat *Nard. sua* siccitate imò balsamica ⊖ virtute putredini resistit. Famigeratissimus in Anglia paucis abhinc annis Medicus *D. Mayerne* ad præcavendam gangrænam, feliciſſimè usus est potu seq linteis intinctis calidiſſimè applicato, qui ℞. *Acet.* acerrim. Vin.rubr.Aq. font. ãã. ℔. ij. Litharg. ⊙ optimè trit. ℥viij. Alumin. rup. ⊖ marin. ãã.℥ij.gumm.arab. myrrh. ãã ℥j. oliban. mastich. ãã. ℥ij. liquoribus mistis imponitur Litharg. bulliant in lebete continuo agendo, pòst adde ⊖ & O, dein gumm. arab. tandem pulv. & coq. ad 4.part. consumt. Hinc *in Conditura Cadaverum* seu *Balsamatione* ad conservanda corpora, adhibent *Acetum* forte in quo ⊖ & O dissolutũ, tã pro ablutione, quã pro aliorũ simpliciũ maceratione. V. *Melch. Sebiz. de Cõdit. Cadav.* §. 82. *seq* quali usus est in Conditura Principis Arraici *Forest. 29, 29. sch. p. 238.* *Acetum* ad balsamat. parat cũ absinth. colocynthid. Alum. & ⊖ simul ebullitis *Gutbert. in Med. Off. 709. Cl. VVürsungius* Patav. in condiendo corpore Poloni adhibuit *Acet.* fortiss. pro ablutione ℔. xij. pro maceratione acet. fortiss. ℔. viij. cum myrrh. in acet.

Gãgræ. ná præcavet.

In Conditura Cadaverum & Balsamatione.

sol. ℔

ſol:℔. ij. totidémq; ℔. *acet.* myrrhat. pro illinitione. *Cl. Veslingius* uſus Aceto in quo Aloë, myrrh. Colocynth. ſcordium decoctum, pro interna & externa aſperſione. *D.P.Caſtro* junćturas cadaverum cum Myrrh. Aloë, Acacia & ⊖ in *Acet.* & Aq. Roſ. ſol. omnes inungit, poſt omnia foramina ☿. Aloë. ⊖ myrrh. Oc & gall. moſchat. implet. *V.* quoque *Solenand. ſ. 5. conſ. 14. Foreſt. 29, 29.* refert in diſſectione cadaveris maximè fœtentis, naribus linteum Aceto intinctum admotum conferre, ne graveolens fœtor Spiritus animales inficiat. Hinc in *Peſte* quoqve *Acetum*, præſertim Theriacale odoratum & ut vult *Pareus l. 21. c. 8.* principalioribus hominis partibus illitum, à putredinoſo contagio præſervat, nam ut ait *Kircher. Scrutin. Peſt. ſ. 3. p. 375.* habet *Acetum* neſcio qvid acrimoniæ & frigiditatis ab elementari diſtinctum, quo fœturam peſtiferam aëri inſinuatam, è veſtigio conficiat. *V. Barthol. c. 4. hiſt. 13.* Undè qui venena ore emungunt, aceto acri os colluunt. *V. Lemn. Occ. 2, 36. Idem* Acetum fructus omnes incorruptos ſervat. *Scalig. exerc. 175.* & nihil putrefactioni obnoxium relinquit. *Jul. Alex. 18, Salubr. 8.* ut antea notatum fuit.

Odoratu fœtorem putredinosú corrigit

3. *Tumores diſcutit*, præcipuè *Hydropicorum*, Acetum fervens per vaporatum adhibitum

3. Tumores diſcutit Hydropicorú

tum. *V. Bra in Eupor. ad Hydrop. p. 65.* Et *Trincavell. 3. conf. 32.* commendat *in Ascite* fotum pro tumentibus pedibus & cruribus ex: Lixiv. comm. ℔. x. *Acet.* opt. ℔ j. fl. chamom. m. j. ⊖ ℥iij. bullit & spongia applicatum.

4. Indurata emollit. 4. *Indurata emollit.* *Galen.* namq; *14. M. M. 5. Acetum* commendat *in Scirrho* adulto cum pars scirrho laborans malacticis est præparata remediis, quod crassos & viscidos humores dissolvat: si verò importunè & immodicè adhibeatur, *Acetum* scirrhi partes tenuiores violenter absumit & qvod reliquũ est, lapidescere finit: estq; magis proficuus & tutior Aceti usus in scirrho *Lienis* & Musculorum, qvam tendinum & ligamentorum in quibus sunt nervi, qvibus Acetum est inimicum. *V. Melch. Sebiz. Colleg. Therap. Disp. 15. §. 12. 13.* Præcipuè *vapor* exhalans ex *lapide pyrite* seu molari ignito *aceto* acerrimo per renovatas irrorationes extincto, qvem *Forest.* in convulsione antiquâ cum duritie nervorum commendat *l. 10. obs. 114. sch.* in omni scirrho. *Holler. Instit. Chir. 6, 4.* in scirrho Lienis. *Plater. T. 3. Pr. l. 1. c. 2. p. 135.* in hæmorrhagia narium. *Valet. exerc. 22. in Holler. Prax.* ad carunculas urethræ dissipandas. *Paræus 18. 22.* & *Severin. l. 1. Effic Med. p. 3. c. 44.* item in scirrho Uteri. *Solenand. l. 5. 1. cons. 19. f.* Inprimis tamen

Scirrhos

Carunculas.

men

tamen *Acet*: Lieni extra multum conducit, quia obstructum incidit, crassitiem extenuat, in principio tamen parum, pòst audacius adhiberi posse, censet *Amat. Lus. cent. 1. cur. 8. Schol. p. 90.*

5. *Fluxiones intercipit. Solenand. l. 1. cons. 19. m.* commendat in Podagra si dolores pedes afficiant, ut crus involvatur fasciâ madefactâ in poscâ, cui malicorium incoctum: aut illinatur Ungv. ex ol. myrtin. admixto *Acet.* album. ovi, & pulv. adstring. quanti hoc momenti sit in omnibus defluxionibus, si sint in principio, vix credi posse, affirmat. Hinc *VVenc. Raphanus Medicus Oppav. in Litt. Mss.* ad *D. Laurent. Scholtz. de Ao. 1581.* laudat in Podagra furfures triticeos recentes cum poscâ mistos, & parum in pulmentum coctos, pòst addito parum boli armen. imponit cum panno supra locum dolentem, qva defluit materia, non ipso loco doloroso, (impediret enim transpirationem illam ἄδηλον & magis insinuaret materiam articulis) jubet renovare singulis 8. hor. excitari pustulas parvas, instar ὑδατίδων ichore citrino plenas, testatur, quæ dein disrumpantur, nihil se expertū esse, quod citiùs dolores sedet, affirmat. Hinc ad imitationem *M. Agrippæ* de qvo *Plin. 23, 1.* Pediluvium ex Aceto aut vino acido non

5. Fluxiones intercipit in Podagrâ.

dissvadet *Bacc. de Therm. l. 7. c. 35.* confert namq; interdum Articulis, dum mucum, qvo Natura ob motum illinivit ossa, qua parte artuantur, interdum ob affluxum humorum crassescentem, attenuat, extergitq;. *Nard. noct. gen. 1. p. 73.* In *Laxitate Uvulæ* semen Cannab. in *Posca* parum coctum colatum pro gargarism. adhibitum, ferè nunquam fallit.

In Laxitate Uvulæ.

6. Sanguinem sistit Narium.

6. *Sangvinem sistit Acetum*, non ut crustas faciens medicamentum, sed ut adstringens, *Gal. 1. Simpl. 18.* potius tamen ob mordicationem vült *Nard. l. a. p. 73.* ob qvam circumsitæ partes munitæ sese contrahant, discissæq; venæ fiant operculum. Indè in *Hæmorrhagia narium* præmissis tamen Universalibus, ut rectè monet *Gabelchov. c. 5. cur. 37. Sch.* conducit spongia *aceto* madida fronti & venis jugularibus applicata. *Laz. River. Pr. c. 7.* aut epati. *Sebiz. disp. de Hæmorrh. Nar. §. 82.* aut toti spinæ. *Borell. cent. 4. obs. 7.* aut testibus. *Hildan. cent. 2. obs. 15. Gabelch. c. 5. cur. 36.* maximus namqve testium cum superioribus partibus consensus: *V. Andr. Laurent. l. 7. Anat. c. 4.* in febribus tamen ardentibus hæc applicatio suspecta. *Holler. ad Hipp. s. 6 s. 25.*

Pulmonum

Sunt quidam, qui in *Hæmoptysi Oxycratum* commendent, rectiùs tamen censente *Septal. l. 6. Animadv. §. 159.* aut parcior aut nullius sit

illius

illius usus, cum pulmonibus vix conveniat. In *sangvinis effusione* per *Vomitum*, *Poscam* optimè laudat *Guarin. cons. 596.* In *Fluxu hæmorrhoidum* nimio, comendat *River. c. 3. obs. 7.* suffumigiũ ex *aceto* in quo silices. exstincti *D. Laur. Scholz. in Euporist. mss.* sacculum furfure repletũ in *aceto* coctũ, aut Linim. ex malicorio pulv. cũ *aceto* misto panno inductũ impositũ. *In hæmorrhagia Uteri Solenãd. s. 4. cons. 9.* flores Anthos in aceto coctos, leniter expressos, pubi impositos laudat. Vomitu rejectum. Hæmorrhoidũ Uteri.

Sistit qvoqve *Sangvinem in vulneribus*, modò non in ipsa vulnera infundatur, tũc enim monente *Paræo 10, 13.* ob mordacitatem & tenuitatem magis fluxum & inflammationem ciet. Laudat quoqve pro sistendo sangvine. *Th. Fienus 3. de Cauter. 13. & Sever. l. 1. p. 3. Efficac. Med. c. 26. f.* si aceto albo quàm acerrimo candens ferrum immittatur in vasa, sangvinem profundentia. Vulnerum.

7. *Inflammationibus confert. Galen. 2. Medic. sec. loc.* in *Inflammationibus* lenioribus *capitis*, *oxyrrhodinum* ex *aceto* & ol. rosac. admittit, in magnis tamen, ubi vehemens dolor adjunctus, prohibet. *Idem Oxyrrh.* confert *Aurium inflammationi V. Zacut. Princ. Prax. l. 1. c. 14. f. 257.* In *Angina* ad *Faucium inflãmationes Castro in Prax. mss.* utitur gargarism. ex 7. Inflãmationibus confert Capitis Auriũ Fauciũ.

Mm 2 decoct.

decoct. hord. ℔. ij. succ. granat. ℥iij. facch. alb. ℥ij. *acet.* rof. ℥j. m. & *D. Laur. Scholtz. in Euporist. mss.* Garg. ex Ois ℥ß. mell. ℥j. *Acet.* ℥jß. coct. despumat. vel Gargar, ex finap. pulv. ʒß. *Acet.* vini ʒj. aq. font. ℥iij facch. ℥ß. m. & fine colatura adhibitis. In febribus ardentibus *Fauces* egregiè deliniuntur Gargar. qvod præscribit *Rollfinck. in Colleg. Therap. mss.* ex cancris fluviat. in mortario cum *aceto* contusis, pòst leni facta expresſione succ. fedi major. ℥iij. additis, quo liquore lingva fricanda.

Ad *Erysipelas narium Hartm. Prax. p. 115.* commendat Acetum rosaceum, in quo menstruum, feu Zenith juvenculæ dissolutum.

9. Somnolentos excitat 8. *Somnolentos excitat*, in affectibus soporosis; si *aceti* fortissimi odor naribus excipiatur, ut siccando vigilias excitet: aut *acetum* supra laminam ignitam fundendum. *Plater. T. 1. de funct. læs. l. 1. c. 2. p. 57.* Volæ qvoqve manuum & plantæ pedum cum Sale fricādæ. *P. de Crescent. l. 4. Agric. c. 45.* & à fumo carbonū femimortuos solo calido vapore aceti fuscitatos, narrat. *Nard. Noct. Gen. 1. p. 76.*

9. Ad Dolores Capitis 9. *Ad Dolores corporis* varios, si etenim *Capitis dolor* est à fangvine, multum *Aceti* admiscendum, parcius si pituita, parcissimè si bilis, minimè si melancholia peccet, & qvo dolor acerbior, eò magis ab *aceto* abstinen-

nendum ob acrimoniam. *V. Heurn. 2. Meth. ad Praxin.c.7.p.125.* Sic *dolores* in genu, incantamenti instar sedare sacculum ex furfur. cū *aceto* acri coctis testatur *Severin. l.1.p.3.de Effic. Med.c.13 f.185 D. Döring in Disq. Epistol. mss.15. Apr.c. 1627.* Dn. Casp. Kirchnero Princip. Ligni. Cancellario commendat *ἰατρεῖον D. Christoph.Rhumbaum* ab ipso ad qvosvis compēscendos dolores adhibitum, ex *Aceto* cum Sem.Lini, contus:in Catapl. coctum & loco dolenti adhibitum. Genu.

10. *Ad Gravitatem Auditus* suffitus ex decoct. absinth. bacc. Laur. in vino alb. & *aceto* laudatur *à Fonsec. T.1. consf.13.* item cum fimo columbino ex *aceto* fervefacto. *Solenand f.1.consf.4.* qui *Id.f.3.consf.23.* in catarrho calido per nares vaporatum laudat ex *aceto* & rosis siccis. *Severin.l.a.c.25.§.5.6.* plurimos alios vaporatus recenset ex *urina* & *aceto*, ex *aceto solo*, ex *Aceto* cum Vino ad diversos morbos. *V.* qvoq; *Matth. Pinus in Compend. Hippocrat. Severin. l.a.c. 29.* instrumentum depingit, per qvod vapor in aurem suscipi potest. 10. Ad gravitatē Auditus.

11. *In Gustus læsione Plater.T.1.Pr. l.1.c.6.p. 195.* commendat freqventes gargarisationes cum *Aceto* rosaceo aqua diluto, item si masticetur acetosa & portulaca, *aceto* prius macerata. Narrat *Hechsteter. dec.3.obs.5.* de Rustico 11. In Gustus læsione

ſtico malvaticum bibente, in qvo rad. ſymphyt. Maj. macerata, cui fauces inde ferè præcluſæ niſi gargariſato *aceto*, eſſet liberatus.

12. in Aſthmate 12. *In Aſthmate* ſpongiolâ *aceto* rutaceo intincta, fluxus interceptus fuit, & paroxyſmus qvaſi miraculo ſedatus. *Brunner. conſ. 34.*

13. In Syncope. 13. *Syncopen* curat, ſi naribus *acetum* cum pulegio vel ocymo contuſo admoveatur. *Plater. T. 1. l. 2. c. 11. p. 558.* Sic *Aceto* roſaceo naribus carpisqve applicato, per aliqvot dies in ſummâ virium dejectione fugienti vitæ remoram injectam fuiſſe non ſemel vidit *Barthol. cent. 4. obſ. b. 14.*

14. Lactis copiam repellit. 14. *Lactis copiam* in Lactantibus *repellit* fœx *aceti* Empl. loco impoſita mammis, aut ſpongia *aceto* in quo cumin. coctum, aut ſuffumig. ſuper ignitos lateres cum *aceto* acerrimo, aut portulacæ folia cum *aceto* trita. *Rhod. à Caſtro p. 2. de morb. Mul. l. 4. c. 25.*

15. Curat ventriculi Lágvorem. Dolorẽ Singultum 15. *In ventriculi langvore* Gal. ſpongias aceto acerrimo imprægnatas, ſupra genu applicâſſe notat *Mercur. T. 2. conſ. 6. Ventriculi dolori* à caliditate medetur panis è furno recens extractus *aceto* acerrimo imbutus applicatus. *Amat. cent. 6. cur. 79. Singultum,* præſertim â cauſa calidâ, mitigat fotus cum ſpongia in *aceto* roſac. *Plater. T. 1. l. 2. Pr. c. 5. p. 476.*

Vomi-

Vomitum quoqve ſiſtit ſpongia marina in *aceto* bullita ſupra ſtomachum poſita. *Finck. Enchir. c. 19. p. 100.* quanquam Interdum ob idioſyncraſian vomitum excitet, ut de muliere Burgunda refert *Sylvatic. c. 2. conſ. 65.* Vomitum

16. *Alvi fluxus* curat, & *Diarrhœas* extra adhibitum; ſi tamen ab acri humore & mordaci alvi fluor obortus ſit, ab acetoſis temperandum. *Heurn. M. ad Prax. 2, 18. Amat. c. 2. cur. 44. p. 165.* Ad *Dyſenteriam Ruland. c. 7. cur. 39.* ſacculos applicat ex frondibus quercinis acri *aceto* decoctis, aut cum furfuribus *aceto* incoctis. *Id. c. 5. cur. 18. c. 10. cur. 25.* 16. Ad Alui fluxus.

17. *In Hydrope Scribon. Largus c. 33. §. 133.* commendat ſpongias novas ⊖ in *aceto* diluto imbibitas, ventri applicatas, jubetque ut conſtringatur venter extra inſtitâ longâ. 17. In Hydro p. v. ſu pra §. 3

18. *In Uteri Suffocatione Plater. T. 1. Pr. l. 2. c. 4. p. 443.* laudat *acetum* acerrimum cui aliqvid ♆ & Caſtor. permiſtum naribus in ſpongiâ adhibitum. 18. In Uteri ſuffocatione.

19. *Varios Cutis affectus & vitia delet Acetum Hipp. de Liq. Uſu* notat, quod Impetiginē, Leprā, Scabiē curet; explicat. *Nard. Genial. 1. p. 77.* quia eſt ſalinū, ſalinam naturam afficit & evocat. De ejus Uſu in *Impetigine. Mercurial. l. 2. de Morb. Cut. c. 6. f.* Maculas delet & alphos, cum pyrite illitum, aut *acetum* cum ♀° ca- 19. Ad Cutis Affect.

♀° calcinatum & in liquorem resolutum. *Plater.T.3.l.1.c.2,p.189.* rubores faciei cum fursur.& aq. ros. coctum & appositum aufert. *Paræus 35, 45.* Oculorum ex Ictero relictam citriniatem solo odoratu curat. *Bra in Euporist.ad Icter.p.14.* Lac Virginum ex *Acet.& Litharg.* Cosmeticum egregium. *V. August. D. f.* 299.

20. Ad Ungves 20. *Ungvibus scabris* confert, quos temporis progressu separat. *Hipp. de liquid. Us.* In *Panaritio* seu Apostemate digiti, conducit freqventer digitum submergere in *Acetum* calidum. *Bayr.Pract.l.24.c.18.*

21. Ad Pilos. 21. *Alopeciam* curat *Acetum* cum exusta charta applicatum. *Gal.1. de comp. Medic. sec. loc.c.8. Zacut. l.1. Princip.Hist.3.*

V. Usus Aceti Chymicus. V. *Usus Aceti Chymicus*, quem Chymici satis deprædicare neqveunt ob utilitatis magnitudinem, quam ipsis abundè in Metallorũ, Mineraliumqve putrefactione & correctione præstat, tum in segregatione puri ab impuro, in tollendâ seu mitiganda Mineralium vi corrosiva, & in fixatione volatilium egregiè exhibet. Mẽstruum plurimis inserviẽs. Tam nobile, tam svave Menstruum est Acetum & qvidem destillatum, in extrahendis è mineralibus, Metallisque imo ex ipso ☉ Essentiis, & Tincturis, modo hæc corpora prius philosophicè resoluta, adeò ut *D. Christ. Langius*

Langius P. P. & Senior Fac. Med. Lipſ. Praeceptor qvondam fideliſſimus in Miſcellan. Curioſ. Medic. Gymnaſm.1. §. 3. Chymicum Laboratorium ne nomen qvidem mereri opinetur absente Aceto, eoq: ſtillatitio & Sp. V. *V. plura de Aceto deſtillato cap. ſeq.* Et quia *Acetum opii venenatum qualitatem* corrigit, ſi aſſumtum ſit, teſte *Varignan. de Venen. 2, 2. Æginet. 5. Art. Med. 43.* calidè potatum & illitum, ideò quidam Chymici in præparatione *Laudan. Opiati Acetum* pro correctivo adhibent (qvamvis *Sp. V.* præferant *Sennert. Pr. 1. p. 2. c. 1. q. 2. Libav. 2. Alchem. tr. 3. c. 1. p. 415 ſeq. Zvvölff. Ph. f. 142.* qvia vinum acuat narcoticorum vim. *Hochſteter. dec. 3. obſ. 1. ſchol.*) ut aciditate ⊕tâ Spiritus narcoticos figat. è qvorum numero *Hartm. in Croll. p. 239. Quercet. Ph. Reſt. c. 24.* alii adhibent *Acetum* Roſac. ut *Finck. Enchir. Dogm. p. 14. Sala ſ. 6. Eff. Veget. c. 2. p. 37. & in Opiolog. c. 7. Tenzel. Exeg. 719. Petræus Diſſ. 5. T. 1. Noſolog. Hermet. q. 9. Brendel. in Chym. ſ. 2. c. 4. p. 50.* & præcipuè *p. 53. ſeq. Plater. Pr. T. 1. p. 67. Döring. de Opio ſ. 2. c. 5. p. 159. Cloſſæus apud Schræd. Ph. l. 4. tit. de opio*, item cum *Spiritu Aceti* Cardiaci *Sala Opiolog. c. 8. p. 610. Guil. Daviſſon. Reg. Maj. Polon. Archiater Comment. Prodrom. in Ideam Severin. p. 606.* Ad *Opii* extractum adhibet qvoqve *Acet. deſt.*

Opium corrigitur. acet. destilli.

non secundarium nec forte, nam tunc propter nimiam ⊖ abundantiam vomitus caussaret, sed primæ destillat. Corrigentia autem Succin. Castor. Mumiam & spec. Sp V.æ hereo scorzonerisato extrahit, & post cum Extr. opii conjungit.

Incommoda ab Aceto. *Incommoda* tamen etiam plurima finister *Aceti* Usus infert. Nocet *Acetum*

Nocet quoad Temperamentum. Melancholicis 1. *Quoad Temperamenti rationem Melancholicis* potissimum; Melancholia namq; ab *Aceto* fermentatur, attollitur, multiplicatur, exaltatur. *Hipp.3.de rat.vict.ant.t.38. V. Gal.1. de Med.Fac.c.31.Lēn.3 Occ.7.Amat.c.1.c.8.sch. p.93. P. Salius Divers. Annot. in Altom.p.389.* ut enim acetum fit ex vino, ita melancholicis ex sangvine puro melancholia. *Sennert. de Febr.2,20 p.295.* Et quamvis *Altomar. de Med. Morb.c.7.* extollat Aceti Usum in melancholicis, tamen non ut alimētum, sed ut medicamentum propter vim incidendi, obstructiones reserandi, admitti potest cum *Petraeo l.1. Nosol.diss.4.q.8.* & præprimis cum Melancholia in Hypochondriis non ampliùs quieta manet, sed movetur & ad principes partes defertur, aut noxios Ichores de se mittit, tunc *acetum*, & alii succi acidi minerales assumti cum fixo ⊖ constent, tutò adhiberi possunt, ut humores salsos figant, in hypochon-

chondriis coërceant, & vapores inhibeant. *V. Sennert. in Paralip. ad P. 1. P. Med. c. 12. Horst. dec. 7. Probl. q. 10. distingvit* inter Melancholicum sangvinem, qvi secundùm naturam generatur, quem quoad qualitatem auget & inter varias impuritates, ex quibus obstructiones, quas *Acetum* resolvit. *Zacut. 1. Pr. Hist. c. 3. f. 147. Aceti* usum approbat, cum atra bilis exusta, calida, & acris adsit, non autē qvando melancholia frigida sicca exuperat. Adeò namqve magna convenientia atræ bilis cum *Aceto* est *teste J. B. Montan. part. 1 suæ Medic.* ut si supra terram spargatur, idē faciat, qvod Acetum, dum in locum cavernosum, ubi flatum invenit, penetrat, cum quo pugnat, ex quâ pugnâ oritur ebullitio.

2. Qvoad *Sexum*, *mulieribus* magis nocet quàm viris. *Hipp. 3. acut. 39.* & licèt interdum strangulatis hystericis adhibeatur, tamen saltem convenit ubi semen redundat, quia exsiccat, uterus enim est nervosus, qui ab aceto offenditur. *V. Rhod. à Castro de Morb. Mul. l. 2. s. 1. c. 1. schol. p. 173.* imò ipsis etiam nocet ob debilitatem & frigiditatem capitis & rhevmaticos dolores. *Id. s. 1. c. 7. p. 230.* Cur autem *Utero* noceat, nòn verò ventriculo, qui tamen etiam pars est nervosa. *V. Mercur. l. 1. de Morb. Med. c. 2. f. 217.* Etiam *Acetum* externè in Uteri af-

2. Quo ad Sexum Mulieribꝰ.

ri affectibus formidet *Jacob. Sylv. de Mensib. Muliebr. c. 4.* licèt in hæmorrhagia Uteri puerperæ *Acetum* supra ventrem svadeat *Avic. 21, 3. tr. 2. c. 33.* quod minùs securum judicat *Castro p. 2. l. 4. de Morb. Mul. s. 1. c. 10. V. Zacut. l. 3. Princip. Hist. c. 9. f. 475. Camerar. cap. 8. Memor. §. 10.*

3. Quoad Corporis Partes. 3. *Quoad Corporis Partes* nocet.

1. Cerebro. 1. *Cerebro*, usus enim immoderatus siccitatem cerebro infert, & vigilias inducit, undè in ejus Usu exiguum Aq. Ros. admiscendum cum pauxillo vini Rhenensis & Croci parum. *Lemn. l. 2. Occ. c. 36. p. 245.*

2. Oculis. 2. *Oculis. V. Plater. T. 2. de Dolor. l. 1. c. 4. p. 300.*

3. Lieni. 3. *Lieni*, ut paulò antè de Melancholicis dictum est.

4. Utero. 4. *Utero*, de qvo paulò antè qvoq; fœminis scilicet Aceti usum non convenire.

5. Articulis. 5. *Articulis*, undè Podagrici jubentur Aceto abstinere *in Sch. Salern. c. 46. v. 6.* & *Pansa l. 2. de prorog. vit. c. 12.*

6. Nervis. 6. *Nervis*: qvare *Guainer. Tr. 9. c. 4. de Ægrit.* in Paralysi *Acetum* dissvadet, licet enim pituitam crassam, lentam incidat, attamen nervos offendit, nisi cum passulis aut melle rosaceo adhibeatur. *Amat. cent. 2. cur. 7.* Vulneribus qvoq; nervorum omnibus inimicum est *Massa T. 2. Ep. Med. 11. p. 100.*

4. Qui-

4. *Quibusdam Morbis*, ut & ex dictis patet, *Acetum* nocivum est. Adde qvod *in Ulceribus omnibus*, præcipuè internis, planè ab *Aceto* abstinendum moneat *P. Salius divers. Annot. in Altomar. Pr. c. 96.* item in *Epinyctidibus* seu nocturno dolore, prohibet M. *Aur. Severin. de Abscess. l. 7. probl. 6.* qvia *aceto* fervescit humor melancholicus, epinyctidis sator. 4. Quo ad certos Morbos.

5. *In specie* qvibusdam *Individuis* ex singulari Idiosyncrasia planè *Acetum* non convenit. Narrat *Hildan. Cent. Ep. 43.* Lipothymiam cuidam ex odore *Aceti* accidisse, ut cuidam mors, à pomis & eorum odore. *Salom. Neugebauer. l. 5. Rer. Polon. p. 298.* Et habentur varia *Idiosyncrasiæ talis exempla* passim apud Authores; sic qvidam abhorrent naturâ feles, canes, &c. *V. Th. Barthol. cent. 3. Hist. 28.* alii ab Esu carnium. *Brassavol. Comm. 34, ad l. 2. Hipp. de rat. vict. acut. Amat. c. 2. obs. 36. Scalig. ex. 153. s. 10. Harsdörff. Th. Comic. h. 147.* alii à pane *Bruyer. de Re cibar. c. 24. l. 1. Forest. l. 4. obs. 5. schol.* alii à lepore, & usu volatilium. *Maranth. l. 3. Meth. cogn. simpl. c. 13.* ab Ovis *Marcel. Donat. 6. Med. Hist. c. 3. Camer. c. 12. Mem. §. 63.* à piscibus. *Amat. c. 2. cur. 36.* ab Angvilla *Paræus Introd. od Chirurg. c. 22. VVeinrich. de monstr. c. 8.* à caseo. *Zacut. l. 3. Pr. obs. 107.* à malis *Scalig. ex. 247. Rosenberg. Rhod. l. 2. c. 13. m.* à fragis: 5. Quo ad Individua.

Libav.

Libav. de Antipath. p. 157. seq. Camer. c. 9. Memor. § 97. &c Sic ante notatum ex *Sylvat. cent. 2. cons. 65.* Mulieri Burgundæ ex *Aceti* usu vomitum excitatum fuisse, quem alias sistit.

CAPUT III.

DE VARIIS COMPOSITIS CUM, ET EX ACETO GALENICORUM ET CHYMICORUM.

Composita Aceto Galenica.

CUm, & ex *Aceto Galenici & Chymici*, innumera ferè parant *Composita* Remedia, de quibus hoc capite brevissimè agendum restat.

GALENICI quidem parant.

1. Aceta Medicata.

1. *Aceta Medicata*, quæ vel *Simpliciora*, vel *Compositiora*.

1. Simpliciora Modus præparandi.

1. *Simpliciora* parantur, dum una species Aceto imprægnatur, & mediante *Aceto* per insolationem & infusionem fit Extractio. *Zvvölff. in Ph. Ref. p. 315.* pro simplici Aceto Destillatum convenientius esse censet, quod majori vi penetrandi polleat, nec corrumpatur; pro usu tamen communi & culinari nimis subtile videtur. Notat quoque *Verulam. Baco Cent. 1. Sylv. sylv. § 17.* Vegetabilia brevi temporis spatio relinquēda esse in *Aceto*, vio.

to, violas E. G vix per horæ 3 quadrant. qvibus exemtis, novos flores infundendos, sic enim brevi morâ partes terrestriores non prolici ex floribus, sed saltem subtilissimam partem. Ex his *Acetis* quædam respiciunt.

Caput, cui confert *Acet. Anthosat. Caryophyll. Lavend. Lil. Convall.* Exempla secundũ partes Corporis.

Pectus, ut *Acet. Papav. Rhæad. Scyllit.* de quo paulò pôst.

Cor, ut *Acet. Calendulat. Rub. Id. fl. Tunic. Sambuc. Cort. Citr. Rosar.* (de quo *Horst. dec. 5. Probl. q. 1.* an in omni Syncope conveniat) *Rub. Idæi*, & tempore contagii *Rutac. Scord. Myrrhatum.*

Stomachum Acet. Zedoar. Hartm. Pr. p. 176. Menth.

Hepar. Acet. Fragor. Violar.

Lienem Acet. Capparum.

Cutis Vitia, Acet. Lithargyrii, seu *Lac Virginum* quod mistum cum ol. lil. alb. exhibet Cosmeticum, cum Ol. Nicotian. in Ulceribus humidis & malignis, cum ol. sem. Sambuc. & Ol. Ovor. ad ambusta, & serpiginem.

Totum corpus: Acet. Scylliticum. Scribon. Largo c. 19. §. 76. Scyllites, cujus meminit *Colum. 12, 34. Apulej. de Virib. Herb. c. 85. Diosc. 5, 21.* Paratur ex infusione scyllæ, & hujus beneficio Pythagoram ad 100. annos prorogâsse Acetũ scylliticum

vitam

vitam testatur *Baricelf. Thes. Sar. c. 152.* Ex nostris Medicis tamen *Thoner. Epist. Med. Phys. l. 6, ep. 6.* negare conatur *Acet. Scylliticum* vitæ longævitati conferre, cum, si non inveniat materiam, quam attenuet, humidum substantificum adoriatur. *Plurima* de hujus *Aceti Scylliti Usu*, commodis, modo præparandi, exhibendi cautelis, notavit *Johan. Matth. Durestantis proprio libello de eo Venet. 1567.* edito, & *Horst. dec. 4. Quæst. Med. probl. 2.* ubi inter alia disquirit, an, cum vim incisoriam habeat, in omni vocis asperitate sit usurpandū. Paucis abhinc annis *Fonseca Innocent. X. Pont. Medicus Intimus, & in Romano Gymnasio Prof. primarius dulcificatum Acetum Scylliticum* ægris propinabat, quod parabat ex *Acet. scyllit.* ℔. ij. Sacch. ℔. j. Aq. Rosar. ℔. ß. per manicam supra sacchar. colabat ad dissolutionem ipsius, addendo Aq. Cinnami. ℥ij.

2. Compositiora. 1. Vomitoria.

2. *Compositiora Aceta Medicata* parantur ex infusione plurium Simplicium, & fiunt vel 1. *Vomitoria*, qvale exemplum habet *Dan. Mylius in Basil. Chym. l. 6. p. 927.* & aliud *Mynsicht Armament. s. 23. p. 368.* Ab aliis beneficio Aceti Destillati qvale *Acet. s. Aq. vomitoria ex Aceto* in Hemicrania apud *Ferrar. Chirurg. l. 3. p. 336.* v. qvoq; *Rubeus de Destill. s. 2. c. 4. p. 111.* Pertinet huc *Aq. Æsculapii* dicta *Zapatæ* (qvam

(qvam deſcribit *Zapat. in Secret. Medic. c. 13. p. 85. ſeq. Tenzel. exeg. ſ. 2. p. 664.*) qvæ paratur ex *Aceto* in vaſe æneo cum capitello plumbeo deſtillata, qvæ præter alias virtutes pro radicativo curandæ Epilepſiæ habetur.

2. *Solutiva ſeu Purgantia*, qvæ exhibentur ad fallendos nauſeabundos ægros, cum Acetariis, ad ſolvendam alvum. Sic *Claudin. de Ingr. ad Inf. l. 2. c. 4. p. 142.* Acet. deſcribit, in qvo cappares macerati alvum laxent. *Alia* deſcribit *Prævot. in Medic. Paup. p. 19. Cloſſæi* apud *Schrad l. 2. Ph. c. 37. Joh. Dominicus Sala* ſimplici utebatur ex fol. Senn. el. in acet. deſtill. ℔. ij. infuſis in MB. per 12. hor. leniter ebullitis & expresſis. *VVürſungus Patav.* ſumſit *Acet.* ℔. j. Fol. Senn. ℥j. Cinnam. ʒj. Paſſul. min. Mann. aã. ℥ ij. F. Infuſ. fiat clarificatio colando per Amygd. d. contuſ. in colatorio, ſumitur ad ℥ß. Amygd. ℔. j. ß. Aceti. *Alii* ſumunt *Acet.* fortiſs. & bene clarif. ℔. ij. addunt Paſſul. Corinth. Fol. Senn. Or. aã ℥j. Rhabarb. elect. minutim conciſi ℥ß. ☿ ⊕ ʒiij Limar. ♂. pp. ℥jß. pulv. cinnam. caryophyll. aã. ʒj. M. infunde per hor. 24. leniter bulliant; *CL. Prævotius* cum *Aceto* & pomo citrio parabat *mannam Sacchari*, unde ſaccharum liqvatum inſtar rubini evadit, qvod exhibetur ad ℥jv. alvum leniendo & frigidos humores 2. Purgantia.

expurgando, cujus Remedii Author *Abbas Pius della Mazza.*

3. Bezoartica. 3. *Bezoartica seu Alexipharmaca, Rhizotica, Alexicaca, Theriacalia* qvoqve dicta, qvæ passim exstant apud Authores intra & extra adhibenda *Hartm. Prax. p. 26.* *Acetum* è Nucibus compositum habet. *Döring. in Mithridat. p. 13. Cl. Rollfinck. in Colleg. Therap. Mss. Acetum* præservans parat ex Rut. siccat. m. j. gran. junip. m. ß. castor. ʒij. *Acet.* vin. ℔. ij F. Infus. *Uratislav. in Peste* ordinârunt *Acet. Bez.* ex Rad. petasit. ℥ij. Olsnit. ℥j. mors. Diab. Dictamn. alb. aã. ʒvj. angelic. Zedoar. helen. herb. rut. scord. verben. summit. Tanacet. aã. ℥ß. incisis affunde *Acet. vini* q. s. ad eminent. 3. digit. *Joh. Hennemann. in Idea Loimode p. 47.* *Acetum Bezoarticum verum* parat ex Lap. Bez. ℈jv. Carbuncul. aut rubin. pp. ℈j. Smaragd. Sapphir. pp. aã. ʒß. margar. corall. alb. pp. aã. ʒiß. off. de Cord. Cerv. ℈ij. de Cord. bubul. ℈ijß. boli armen. or. ℈v. xylal. pulv. ʒß. F. p. subt. suprafuso Ol. ⊕ ℈ij. dig. per dies aliqvot, pòst suprafunditur Acet. vini ad emin. 2. digit. extrahendus spiritus aliqvoties, donec acetum non amplius coloretur, iterato suprafunditur Ol. ⊕ ʒß. digere, & altera vice extrahe cum aceto Spiritum, & extracta conjunge, exhibentur cum Acet. theriacal. g. ij. iij. pro dosi.

4. Alte-

4. *Alterantia alia varia*, sic *Acetum aromaticum odoratum* habet *Mynsicht f.23.p 361. confortans Clossei* ad pulsus. *Schroed. l.2.Ph.c. 37. &c.* 4. Alterantia varia.

II. Aqvæ cum *Aceto* variæ destillantur pro usu interno & externo, qvalis ex bubonercilli cum Aq destill pro tollendis faciei maculis. *Fiorav. in Secret. l.4.c.3.* itemqve ex *Acet.* ℔. jv. Ichthyoc. ℥iij. n. mosch ℥ij. mell. comm. ℥vj. qvæ nitidissimam reddit cutem. *Ib.l.4.c.31. &c.* 2. Acetum cũ Aq. destill.

III. Cum *Aceto* & *Oleo* *Ptisana* interdum potus paratus apud Antiqvos. *V. Apitiu de Reculin.l.4.c.4. Lang. l.1.ep.57.* 3. Ptisana.

IV. Cum *Aceto* & *Oleo*, *Oxelæum* ex *Acet.* & Ol. aã. p.ij. Litharg. p. j. qvod emollit, attenuat, siccat humores scroti. *V. Mercur. T.1. cons.4.* 4. Oxelæum.

V. Cum *Aceto* & *Aqua Oxycraton*, seu *Posca*, qvanqvam *Mercur. 3. var. 22.* etiam *Poscam* putet, cum vinum acidum aqvæ mixtum, & *Laurent. Valla* vinum in torculari Aqvæ mixtum, rectius tamen *Posca* est oxycraton censente *Brodæo 4. Miscell. 11. Nicol. Myreps. Antidot. f.1.c.383.* constans ex *Acet.* p. j. & Aq. p. ß. olim militum, ut cap. præced. dictum, hodie Nautarum potus, nec malè, qvia nauseam tollit. *Aët. tetr.3.f.1.c.10.* nec ita facilè cor- 5. Oxycraton

rumpitur, ut vinum. *Rhod. Analect. ad Scribon. c. 7. p. 46.* & sitim exstingvit, adeò, ut cyathus unus poscæ plus sitim demulceat, qvàm cantharus aqvę puræ aut vini, nec ita æstuans co pus lædit, ut Aqva vel vinum. *Gratarol. de Regim. Iter agent. l. 1. c. 4. p. 29.* Canis rabidi morsum curat. *Hildan. notante D. Döring. in Mss.* suis, puellæ decenni à cane rabido demorsæ locum demorsum primùm abluit *posca*, in qva Theriac. & ⊖ marin. dissolut. pòst morsus vestigia cauteriô actuali satis profundè inussit, demùm linteum *posca* prædictâ madidum imposuit, aliamq; fasciam circumvolvit, & reliqva eodem modo administravit, qvem habet *Hildan. c. 1. obs. 87.*

6. Oxalme & Thymoxalme. *VI.* Cum *Aceto* & *Muria* paratur *Oxalme*, qvâ utebantur contra serpentes. *VVillich. Art. Magir. c. 25. p. 139. Dioscor. 5, 19.* dicitur *Acida Muria*, cui aceto & muriæ si addebatur thymus, dicebatur *Thymoxalme* pro laborantibus stomacho. *Diosc. 5, 20.* De *Oxalmes* vario usu Medico *v. J. Th. Tabernam. in Thes. Aq. l. 2. c. 4. p. 513.* & *Penot. de Medic. Chym. p. 52.*

7. Oxylepus. *VII.* Cum *Aceto* & *cortice fabarum* fiebat *Oxylepus* antiqvorum remedium, ad sistendas cœliacas defluxiones. *VVillich. Art. Mag. c. 73.*

VIII.

VIII. Cum *Acet.* & *Ol. Rosac.* parantur 8 Oxyrrhodina.
Oxyrrhodina ex ol. rosat. cochl. 4. aq. ros. cochl. 2. *acet.* fortiss. cochl. 1. *V. Gutbert. in Med. Off. p. 46.* adhibentur præcipuè ad repellendum, refrigerandum. Qvomodo adhibenda *V. Heurn. M. Pr. l. 2. c. 7. p. 125. seq.*

IX. Cum *Aceto* & *Sacchar*o parantur *Oxysacchara* ex saccharo ℔. *Acet.* ℥iv. Succ. Granat. ℥j. ad viscera inflammata refrigeranda & sitim sedandam. *August. in Pharm.* describunt qvoq; *Oxysacch. compositum*, & *Oxysacch.* ♁ *vomitiv.* describit *Angel. Sala de* ♁. *p. 2. c. 4. p. 340.* & *Myroth. s. 2. p. 770. Oxysaccharum scylliticum Hildesh. spicil. 2. p. 310. Syrup. Acetosum* docet *Sala Myroth. p. 816.* & *Syr. Acet. compos. Zwölff. Ph. Reg. f. 8. Syrup. Acidum. D. Dan. Bucretii Senior. Archiatri Sereniss. Archiducis Caroli & Physic. Uratisl.* annotavit *D. Döring. in Disquis. Epist. mss. Ep. 7. Oct. 1622.* scripta, paratur ex *Acet.* Rosac. vel caryophyll. coronar. vel bacc. rubi Id. q. s. ad acetos. E. G. ℔. j. Sacch. alb. ℔ ß. bull. in cucurb. vitr. lento △ super ∴ per hor. ferè duas, facta residentia cola ad separandas sordes Sacchari, quæ sensim auferendæ. Stet ita separatum in cucurb. sua in digest. interim si quid sordium resederit, colaturâ curiosè auferẽdũ; tandẽ affunde Sp. V. ℥ii iij plus minùs ad aceti acrimoniam

rep imendam & svavitatem quandam conciliandam: digere rursus lento △. affunde Syr acetosit. Limon. Citr. de Cort Citr. aã. ℥iß. agita, conquassa lenissimo △ per hor. plus minùs digere, in fine affunde Ol Cinnam. g. vi. Sp. ⊕. ℈ii. & serva usui. Usus est egregii in morbis malignis.

10. Oxyglycy Oxymel. X. Tandem *cum Aceto & Melle* paratur *Oxyglycy*, de quo *Gal. comm. 3. Hipp. de Fract. p. 49.* & *Vallas. Comm. in l. 2. s. 3. t. 18. Epid.* quo utebantur æstate, pro tollenda siti. Hodiè paratur cum *Aceto* & Melle *Oxymel, Diosc. 5. 18. Acetum mulsum* pro varia intentione diversimodè componitur. Sic habetur

Oxymel simplex ex mell. ℔ ii. Acet. ℔. i. Aq. ℔. iv.

Compositum Mesue in *Dispens. Aug.* ad qvotidianas febres.

Cephalicum. Quercet. Ph. Dogm. c. 15. p. 322.

Pectorale. Id. Querç. l. a. p. 325. de Peto. ib. & *J. Chrys. Magnan. Exerc. de Tabac. ex 11. §. 7. ad Renum* caliculos propellendos *in Disp. Aug. f. 47.* & *Querc. Ph. 326. Diureticum* dictum.

Diureticum. Zwölff. in Ph. Reg. f. 18. aliud Hartm. Prax. p. 29.

Sambucinum. Blochvv. de sambuc. s. c. 2. §. 4. Oxymel ad serum. Quercet. l. a. p. 325. Benedictum. ib. p. 326. Qu.

Aga-

Agaricatum. Solenand. s. 3. cons. 4.
☌tum. Claud. app. ad Ingr. s. 2. p. 161.
Helleboratum Gesneri, qvod *Gesner. ep. 1. l. 1.* in Quartana mirè laudat, *V. Eund. ib. l. 1. ep. 3. 13. 22.* in Asthmate commendatur *à Crat. cons. 20.*

Scylliticum ad cerebri, pulmonis, ventriculi affectus pituitosos & contumaces. *V Dissens. Aug.* idem quoqve confert fluxionibus in os, dentes & gingivas. *V. Solenand. s. 3. Cons. 23.*

Tandem *CHYMICI* ex *Aceto* parant. Ex Aceto CHYMICA

1. Per destillationem, *Acetum destillatum* 1. Acetum Destillatũ ad labores Chymicos peragendos maximè necessarium; vocatur *à Billich. in Obs. Paradox. Chym. l. 2. c. 2.* spurius Sp. V. frater, & *l. 2. c. 7.* ♀m aqvosum, liqvidum & fluxum, ut contra ♀rus ipsi Acetum terreum solidum & siccum, *à Rhumel. Compend. Hermet. p. 60.* Struthio vegetabilis &c. qvo generosius fuerit vinum, eò generosior fit Aceti Spiritus, ob copiam salinorum Spirituum. *Kesler. Cent. 3 §. 6.* Acetum destill. ex matrice Aceri (Mutter vom Weineßig) per vesicam parat. *Quercet. Ph. Phyt. c. 10 p. 787. Sennert. Inst. 5, 3, 2, 6. p. 1278.* destillat ex *Aceto* ex cucurb. vitrea in MB. vel cineribus leni calore, egreditur primo phlegma (*Libav. Comm. Chym. p. l. 4. c. 8.* phlegma

Synonymia.

Modus parandi

adhuc Sp. qvendam frigidum putat prodire, aut ut vult *Deodat. in Panth. l. 2. c. 1. p. 13.* in phlegmate occultum latere Aceti Spiritum) succedunt pòst acres falini spiritus, ubi mutetur Recipiens, hoc destillatum extractionibus vegetabilium conveniens, si autem ad metallicos reqviratur labores, Spiritus rubei urgendi adhuc & propellendi, qvæ in fundo subsidet materia ♀ea cum mordacissimo ⊖, qvi fixus terrenæ Aceti parti adhæret, vi substantiæ oleaginosæ in Ol. reduci potest, Aqvæ Regiæ naturam æmulans. *D. Jacob. Fabric. in Colleg. Chym. mss. f. 2. art. 7.* in MB. destill. Acet. ex tribus partibus *Aceti* ex fortissimo vino elicit unam phlegmaticam, mutato Recip. & aucto △ elicit Sp. secundum, fœcibus, qvæ semper aliqvid Sp. continent, affundit aliud acetum, prioresq; processus reiterat donec sufficiens Aceti qvantitas parata sit, tunc omnis Sp. effus^s in nova cucurb. rectificatur ad remanentiam duarum tertiarum lentissimo △, & postmodum in cineribus auctiore △ gradu derivandus est à fœcibus in aliud Recipiens.

Hinc rectè *Quercet. in Tetrad. c. 31. p. 407.* Magnum inest discrimen inter Acetum simpliciter destillatum, Acetum forte destillatum, Acetum forte dephlegmatum, Acetum forte

benè

benè rectificatum & alkalisatum, Acetum radicatum. & Acetum Philosophicum. *Glauber. p. j. furn. p. 76.* carbones ignitos *Aceto* impraegnatos igni aperto injicit, & Sp. Aceti inde elicere tentat, qvô fructû ipse viderit, cùm ob carbonum graveolen ♀ maximè inqvinetur. *Id. part. 2. furn c. 86.* superfuso Aceto vinaceis propriis Spiritum *Aceti* qværit, qui modus propter vim fermentationis & naturam homogeneam magis arridet. *Cloffæi Spiritū Aceti* parādi producit *Schræd. Pharm. l. 4. class. 2.* Notat *Rhumel. in Antidot. p. 103.* Ace non sæpè rectificandum, semper enim novâ destillatione debilius fieri. Imò *Deodat. Panth. l. 2. c. 1. p. 13.* Spiritum Aceti non valdè laudat qvod per destillationem propria terrâ seu ♀o in qvo omnis aciditas spolietur Acetum, ejus loco vinum præfert qvercino dolio inclusum, radiis ☉aribus expositū, addito fermento, ♀o, ut in acerrimum acetum transeat.

Quoad Vires Acetum destillatum aliis medicamentis vix convenire, aut intra per se in corpus assumi posse tutò, vult *Fern. 5. m. m. c. 13.* potius pro menstruo salutifero adhiberi posse ad varias operationes Chymicas cap. præced. jam notatum. Itaqve propter naturam suam salinā & fixam terrea & lapidea Quoad Vires.

 sol-

solvit, qvæ Sp V. intacta relinqvit, utpote qvi 🜄eæ naturæ, oleosa & pingvia tantum aggreditur, ☿alia autem ☿ali menstruo Aqvis scil. & Liqvoribus destillatis solvi possunt. *V. Tenzel. Exeg. p. 762.* Hinc cum *Aceto destillato* ex Lapidibus & Gemmis fiunt *Solutiones, Magisteria* tam *Smplicia*, qvam *butyracea*, *Salia*, *Flores*, item *Tinctura metallorum* illorumque meliorationes, *extractiones* undè pòst ol. per deliq. (exemplum cum ♂ habet *Freitag. l. 1. Auror. Med. c. 13.*) cum acet. destill. & ⊖ fiunt *crystalli* ⊖ *dulces* pro solutione ☉ adeò expetiti. *V. Unzer. de* ⊖ *c 34.* Si in acet. destill. limat. ♂ calcinata infundatur, coagulat ☿m. *Fiorav. Secret. 3. c. 19.* hujus beneficio Sp. *ardẽs* ex ♄o, & essentia ex Saccharo elicitur &c. Sunt tamen qvidam, qvi instar Remedii acet. destill. adhibeant, potissimum *externè*. Sic *Fracastor. l. 3. de Morb. Contag.* Acet. dest. cum Theriac. & Sp. V. mirabile censet ad Ulcera faucium & gutturis in morbo gallico. *Rub. de Destill. s. 2. c. 4.* Idem *Rub. c. 2. p. 112* ad oculorũ maculas detergendas commendat guttulas ex *Acet.* destill. calefacto ac fervente, ut acetum in fumum transeat, superposito cyatho vitreo collectas.

2. Acetum Destillatũ dulcificatum.

2. *Acetum destillatum dulcificatum* fit eodem modo ut Sp. V. *dulcis*, ☽tratus, ⊖inus, de

de qvibus supra, acet. destill. namque cum generoso Sp. V. aā. circulantur, & ita vini ♀æ & ⊖inæ partes strictè uniuntur. Hoc menstruo *Joh. Dan. Horstius Archiater Darmstad. meritissimus, Magni Patris magnus Filius in Dispensat. Univ part. 2. l. 14. f. 410.* Extractum Margaritarum, & *Dornkreil.* quoqve *part. 1. Dispens. c. 6. p. ib.* Essentiam Margarit. parat. Beneficio huius *Aceti dulcificati* parantur Ol. gemmarum per destillationem, dum à liquore gemmarum evocatur Spiritus, cumque recentis Sp. V. & acet. destill. Terebinth. aā. destillantur denuò per retort. ubi evocato menstruo prodeunt ⊖ in forma Olei. *D. Eichstadius ⊙ potabile* hoc menstruo conficit ex Magist. ⊙ fulminant. denuò cum Sp. ⊖ solut. ℥i. & Sp. Acet. cum Sp. V. digest. ℥i. loco calido digerit simul. interdum tamen (cum prior præparatio levi adhuc acrimonia constet) Magist ⊙ in succ. Ror. majal. cum cremor. ♀ digest. & destill. calidè dissolvit, undè dicitur prodire Medicina gratissima, quæqve aureo colore argentum aliaqve metalla tingat, uti descriptionem Amicus per Litteras fideliter transmisit.

Hoc *Aceto dulcificato* seu *Sp. V.* & acet. destill. acerr. digest. invicem aā. ℥iii. *Fr. Pona. Med. Veron. in Medic. Animâ* Tinct. extrahit ex pulv.

pulv. sem. sinap. & piper. alb. aã. ℥iii. huic Tinct. si addatur Ol. rosat. Citri ex cort. aã. ℥i. invicem malaxat, componit Linim. ad Lethargum specificum tepidè fronti & suturis illinẽdum. *Angel. Sala de ☉ potab. p. 267.* mẽstruum parat ad Tinct. ☉ ex *acet. destill. & Sp. V.* aã. p. æq. & Sp. ⊖. p. 4ª. tantùm.

Quidam *Acet. distill. dulcificant* affundendo *Uvis passis recentioribus* contusis ad eminent. 6. vel 8. digit. digerunt per 2. mens. colant, remanentiam exprimunt, Sp. per B. abstrahunt & phlegmate liberant, quô menstruô postea ad extract. Mosch. Ambræ, Panis utuntur.

3. Acetum Radicatũ. Modus parãdi. 3. *Acetum Radicatum seu Alkalisatum*, qvod variis modis à variis componitur. *Cl. Sennert. Instit. Med. p. 1278.* & *Libav. l. 2. Chym. tr. 2. c. 26.* aliiqve ex calcinatis reliqviis in Aceti destill. remanentibus, qvæ cum acet. destill. per ∴ destill. eousq; dùm ⊖ cum Aceto

1 ascendat: habet namqve *Acetum* duplex ⊖ unum volatile ✳ qvasi, qvod cum acet. destill. transit, alterum fixum, qvod cum acet. destill.

2. animandum est, ut fiat radicatum. *Begvin. Tyroc. Chym. l. 2. c. 5. p. 205. Alii* ut *Keslerus Cent.*

3. *3. 5. 7. Acetum* cum ♀° & ⊖ comm. acuunt: *alii*

alii cum *Freitag. in Auror. Med. l. 4. c. 23. Acetum* ✱ ⊖ gemm. & ♀ calcinato exasperant, qvod egregium præbet menstruum Extract. ex ♁. *alii* cum *Osvv. Grembs in Arbor. Hom. l. 3. c. 3.* §. *44.* cum Corall. & ✱ fortificant: *alii* cum *J. Rhenan. in Dissert. Chym. l. 1.* §. *155.* cum 5
♀ calcinato solum, *alii* cum *Turqveto Gallo,* 6
notante *D. Schlegel. in Mss. Acetum Radicale* parant ex calcinato ♀ Monsp. ℔ j. cum ⊕ ℥iv. in cruc cui post acet. destill. supra funditur ad pintas iij. fit exhalatio ad medias, & reliqvum destillatur pro + Radic. ad conficiendam Essentiam Corallorum. *Alii Acetum de-* 7
stillat. cum Sp. ⊕ acuunt aut Sp. ⊖. qvo potissimum Sacch. ♄. extrahunt, qvô menstruô *Mynsicht. Armam. s. 1. p. 19.* ☿ vitæ corrigit. *A-*
lii cum ⊖ comm. Hallensi præcipuè *Acetum* 8
dest. pro extract. ☉ conficiunt. *V. Andr. de Blauen in Epist. Matthiol. l. 4. Ep. 9. f. 312. alii,* 9
deniqve cum *Joh. Hartm. in Croll. p. 197. & in Prax. p. 35. Acetum* destillant à cineribus *Kaly* herbæ geniculatæ (quam copiosissimè in littore maris mediterranei propè Monspelium crescentem aliqvoties observavi) p. j. *Acet.* p. vj. fit Acetum dulce qvidem non admodùm mordax, perlas tamen & Corallia solvens. *Rubeus de Destill. l. 2. c. 20. p. 163.* Acetum 10
cum pulv. Euphorb. destillat & acuit, eoqve men-

menstruo utitur ad Tinct. ☉ & ad capillorum defluvium gallicum. Tandem *D. Marq. Schlegel. in Mss.* *Acetum* omnia metalla solvens fieri notarat, si Acet. septies dest. ℔. j. cum ♀ undecies calcinat. ℔ ʒ. benè agitando uniantur; si enim in hoc sæpiùs extingvantur laminæ, ☉, ☉ reddi potabile. *Qvoad usum Acetum radicatum*, hoc est, cũ proprio Sale unitum & homogeneatum pro præparatione ☉ potabilis. *Penot. in de Medic. Chym. p. 151.* pro genuinõ menstruo Corall. habet *Zimar. in Antro Mag. Med. T. 1. p. 3. pag 345.* & margaritarum. *ib. p. 346.* & *part. 4. p. 367.* ut & *Deodat. in Panth. l. 1. c. 12.* qvi ad Tinct. Corall. utitur Acet. radic. cum ♀ & ⦶ qvater ustis simul, putat enim Acet. simplex dest. Corall. non solvere nisi radicatum adhibeatur, ut vi causticâ dissolvat: talis tamen solutio *Craton. in Epist. Scholz. ep 163.* non arridet, ubi varia infelicis successus exempla: improbat eandem *Finck. in Enchirid. Dogmat. c. 13. p. 15.* ex *Mouffeti ep. 77.* undè moderni Chymici feliciùs talibus cum Acet. radicato præparationibus *Magist. Resolubilia* beneficio ⊕ parata substituunt, utpote cum Sp ⊕ nil aliud sit, qvam Sp. Aceti ♃ ♀ exaltatus. *v. supra.*

Usus Aceti radicati.

Acetum Terebinthinatum ad gemmas solvendas parant ex *aceto* cum Tereb. destillando.

Acetum Terebinthinatum.

lando. *V. Kesler.cent.3.§.8. Sennert. Instit. l.a. Osvvald. Grembs l.a.* §. *42.* ♀ qvoqve addit *V. Hartm. in Croll. Basilic.c.6.p.215. & in Prax. Chym.p.35. Rhenan. dissert.l.3.§.7. Acetum radicat. Philosophicum* vocat menstruum, qvod componit ex Sp. Tereb. acet. destill. & Sp. V. alkalisato.

5. *Acetum Mellitum* qvidam parant *Acet.* cum melle destillantes pro menstruo ad lapides pretiosos. *Schræd. Pharm.l.4.cl.2. Hartman.* tamen *not. in Croll.p.216.* Acetum mellitum beneficio fermentationis parat ex melle & Aq. cum infusione sem. Eruc. qvod post destill. exhibet *Acetum* acerrimum. 5. Acetum mellitū

6. *Aceta Theriacalia Mineralia Cl. Joh. Henneman.p.47. Idea Loimod.* parat, vel 6. Acetū Theriacalia

1. ℞. *Acet.* vin. ℔. iij in qvo dissolvit *Alum.* ℔. v. destill. per Alembic. in MB. & de hoc aceto offert manè & ad noctem cum aliqvo Syr. cordial. aliqvot gutt. in Peste.

2. ℞. *Acet. vini* ℔. jv. in qvo dissolvit ⊕. ℔. v. destill. & adhibet eodem modo.

7. Deniqve *Acetum Philosophicum*, Hermetis filiis *Azoth.* dicitur, aliis *Lac Virginis*, sine qvo nihil solvitur, destillatur, putrescit, congelatur, coagulatur nec in Lapidem nec in Elixir converti potest. *Norton. in Cathol. Physic. p.15. Rhumel. Antidot. p.103.* ex ✱♎t. 7. Acetū Philosophicum.

§§.

℥ß. cum acet. destill. ℔ i. parari opinatur pro solut. metallor. & mineralium. Alii tamen
1. ex alia materia qværunt *Quercet.* sæpiùs *Aceti Philosophici* ænigmaticam facit mentio-
2. nem qvod Oedipo *Cl. Schradero l. 2. Ph. c. 57.* non de *Aceto* vinario sed de *Aceto* hydromelitis vinosi intelligendum putat. In *Antidoto Zoophilo Id. Querc. in Tetr. c. 31 p. 403.* *Acetum philos.* describit qvod parandum ex acido liqvore Roris seu mannæ cœlestis cum minera ♁ per digestiones & fermentationes philosophicas factum & præparatum. *Id. ib. p. 407.* conficimus Acetum philos. mixtione convenienti proportione, fermentatione ac unione aëreæ aciditatis animalis, & ☿alis acoris aqvei cum vegetabili terrestri. Sic in *Antidoto Soterio* ♁ *Quercet.* pro menstruo adhibet vitriolicam hydromelitis vinosi aciditatem propriô Sale alkalisatam. *V. Querc. in Pharm. Mineralog. c. 11. p. 687.* Expressè qvoqve *Querc. in Tetr. p. 410. in Conf. Antidot.* ♁. *Theodot.* extractionem fieri jubet hydromelitis vinosi Spiritu, ut *& p. 412.* in Conf. *Antidot.* ♁ *Poly-*
3. *chrest.* *Alii* cum *Basil. Valent. in cur. Triumph.* ♁ *p. 221.* *Acet. philosophicum* parant ex Aq. pluviali supra ♁ putrefacto, cujus præparatio
4. & Virtus ibi traditur. *Alii* inter qvos *Oswv. Grembs. l. 3. de Arb. Hom. c. 3. §. 43.* *Acet. Phil.* pa-

parant ex ☿♎t. āāā. cum ♃ cùm ☿. ad solvenda metalla sit aptissimus (uti suprà *f. 7. c. 4. in Sp. V.* ☿al. *dictum*) qvô *Aceto* utitur *P. J. Faber* in præparatone ♃ sui sudorifici. *V. Eund. in Sapient. Univers. l. 3. p. 207. Quercet. quoque in Tetrad. c. 33. p. 458* ex ☿♎t. artificio, ☿m philosophicum verè, & *Verum Acetum metallicum Philosophicum* fieri posse statuit, qvod ☉ & ☽. in primam materiam revocet, ex corporeis spiritualia &c. reddat.

7. Ex *Aceto* ♀*m* parare docet *Sala in* ♀. *f. 2. c. 1. p. 135.* 7. Ex A ceto ♀us.

8. Ex *Aceto* ⊖ *& Oleum* paratur ex fæcibus *Aceti* △ violentissimo prolectis, quod ⊖ per deliqvium solvitur in Ol. qvod intra ad solvendum calculum Renum commendat. *Fiorav. Thes. Vit. Hum. l. 4. c. 37.* & ad Ulcera phagædenica *Quercet. Pharm. Phytol. cap. 10. pag. 783.* 8 ⊖ & Ol.

9. *Crystallos Aceti* parare docet *Deodat. Panth. l. 2. c. 1. p. 13.* & *Plani Campi* in *Hercule Chymico l. 3. f. 199.* ex fæcibus *Aceti* pòst destillationem in locum frigidum repositis, ubi crescunt crystalli parvi, separandi & Aq. com. abluendi, siccandi, ex qvibus destillari potest. *Ol.* pro *Q. E.* ♀*isata.* 9. Crystalli Aceti. Ex iis

Annibal Barlet in Theotechn. p. 2. f. 2. fig. 3. t. 4. p. 371. ex his crystallis Ol. aut Sp. *rubrum* Oleum Spiritu Ruber

acidum elicit, qvi per rectificationem albescit. *Et hæc de Aceto sufficiant.*

SECTIO IX.
Et Ultima.
DE
FÆCE VINI, ET ♀O VINI.

De Fæce Vini & ♀o.

CAPUT I.
DE FÆCE VINI.

Excrementa Vini

Consideratis hactenùs *nobilioribus Vitis Partibus*, & præcipuè quoq; *Vino*, ejusque spurio fratre *Aceto*, cum *Recrementorum Vini* cōsideratione Colophon opusculo imponendus. Excrementa itaque Vini (quamvis hæc sint naturæ nobilissimæ, ut ex usu patebit) sub nomine ♀i & *fæcis Vini* veniūt, & intelliguntur partes salsæ, mucilaginosæ, lutosæ, ex fæcibus coagulatæ, qvæ definitore. *Quercet. in Pathol. Rediv. c. 3. p. 149.* sunt, *vegetabilium portiones terrestres cum Sale mistæ*, cujus vi portio illa terrestris in humoribus liqvabilis subindè ab humore secreta concrescat. *Inspecie* autem ♀*rus vini Essentiam constituens* ratione substantiæ *triplex est.*

Tartarus Vini triplex

1. *Spe-*

1. *Specialissime* ♀*us* dicitur *ista vini pars*, qvæ cum vino liqvefacta, admista & conjuncta etiam est cum purissimo vino, in qvibusdam vinis adeò tenuis; ut destillata cum vino, alembicum una transeat; hæc vino colorem rubrum aliumve tribuit, qvod ex destillatione patet, nam si vinum etiam rubrum destill. exhibit humor limpidissimus, substātia verò corpulentior seu ♀ cujus vehiculum ille fuit, in fundo remanet. Hic ♀*rus* ⊖*inus* evaporatis Spirit. ♀eis Aceti materia est, ut sect. præcedenti notatum fuit. 1.

2. *Ea substantia Vini* ♀*rus* dicitur; qvæ liqvefacta cum recenti vino turbido adhuc & musto admixta, pòst separata, tanqvam crassior, terrestrior atq; impurior abit in *fæces* & subsidet in fundo, vocatur *Vini Fæx*, Italis *Feccia*, Gallis *la Grouhe*; Græcis κατὰ τὸ ῥοῦ ... vini robur; de qvo hoc capite. 2.

3. ♀*rus genuinus*, Italis *Rasina vini fæcum* (qvod doliis abradatur) elaboratur à vigore vini ex tenuioribus vini Spiritibus & fæcis partibus purioribus succrescens per minima, in lapideam substantiam ad latera doliorū, de qvo cap. seq. *Conveniunt* invicem hæc duo posteriora recrementa, qvòd ♀m fæculentum semper de vero ♀° in se contineat; ♀m verò terræ fæcum sit particeps; *differunt*, qvòd i- 3.

fœcibus humiditate non consumtâ proportione mensurarum major qvàm in ipso vino Spirituum copia reperiatur, in ♀° verò neutiqvam.

Fæx Vini. *Fæx Vini, Thramna* Græcis, est qvasi vini basis, à qva vinum robur accipit, adeò, ut ab eâ exemtum facilè degeneret, ac in plerisqve locis ætatem non ferat, velut à radice avulsum. *Cæl. Rhod. 28, 26.* & *Macrob. 7. Saturn. 12.* in hoc vel illo vino plus redundat ac residet, sustentans vini substantiam aqvosiorem & Spiritus, qvi sunt tanqvam anima & forma Vini. Notat *Gell. 11, 7. Fæcem Vini* è vinaceis expressam antiqvis *Floces Vini* dictam fuisse.

Usus ad Balnea. *Usus fæcum Vini* non inconveniens est pro *Balneo* tepido *in Podagra*, qvod laudat *Horst. l. 3. p. 2. obs. Med. 2.* præcipuè recentium, ut vinaceorum vices adimpleat. A*liud* in gibbositate, cum *fæcibus vini* describit *Bauer. cons. 3. f. 10.* Si fæce vini radices vitis consepultæ perfundantur, maximè vitem indè fœcundari Author est *Zimar. Antro Mag. Med. T. 1. l. 7. p. 511.*

Ex Fæce paratur. *Præparantur* ex *Fæce Vini* communiter *Sp. V. V. supra l. 2. s. 7. c. 2.* & *Sala in ♀rolog. s. 1. c. 8.* ope instrumenti vesicæ, vocatur Spiritus aus Weinlager / illiusq; fæcum additione, aliorum vegetabilium plãtarum scilicet & Aromatum, Spiritus in fermentatione exaltantur, ut subtilissimi fiant Spiritus. 2. Cum

2. Cum his *Facibus* parantur *Vina Facata* de 2. Vina
qvibus *supra l.2.s.6. m.1.c.2.* fæcata.

3. *Ex Facibus* Vini Oenopolæ *Acetum* pa- 3. Ace-
rare satagunt, utpote cum plurimo ⊖*ino* 🜿° tum
scateant. Modus V. apud *Glauber. in l. de artif.* 🜿*in. parandi ex fæce. p.6.*

4. *Ex Facibus* copiosum 🜿*m* per singularia 4. 🜿us
Instrumenta exprimere docet *Glauber sing. tr. Norib. 1654. edit. qvi consuli potest.* De hoc *Glauberiano modo* ita *Cl. D. Febr in Litt. ad me datis.* Parturiunt, hîc in Franconia qvidam 🜿m artificialem ex vini fæcibus, qvas prolectò prius Spiritu bis terqve iterum per Manicam Hipp. decantant, decoqvuntq; in aheno ad cuticulam, ubi postea in frigido lapilli cõcrescunt rubri, pauci, ferè insipidi, è qvibus si Spiritum elicere tentes, paucus is est, nullarumq; ferè virium. *Hæc ille. D. Jacob. Fabricius in Colleg. Chym. Mss. s.2. art.6.* 🜿*m Vini factitium* aliter parat ex *facibus* scilicet *Vini primis* è vesica in ollam vitreatam transpositis, lento △ ad spissit. liqvidi Syrupi coctis & in cella frigidâ per aliqvot noctes collocatis, ut lapilli crescant, qvorum usus in omnibus obstructionibus, ex qvibus qvoq; ut ex altero 🜿o Ol. Sp. & ⊖ elici posisit.

5. *Ex Facibus Vini* à destillatione Sp. V. aut 5. ⊖ sin
à præparatione Aceti relictis singulare 🜿° per gulare.

 cal-

ex qvo Sp. ✳ æmulus. calcinat. & elixivationem parari poteſt, qvod Sp. ✳ vel Urin. æmulatur, ex qvo *Sp. ardentem* elicit *Kesler. c. 3. §. 1.*

6. Cryſtalli. 6. *Faeces Vini Cryſtallos* exhibent *V. Libav. l. 2. Chym. tr. 2. c. 38. f.*

7 Ex ⊕ Cineres clavellati. 7. *Ex facibus Vini* ſeu ⊕ poſt deſtillat. Sp. V. relicta *Cineres clavellati* per cōbuſtionē & elixiviationem parantur, Germ. Potaſchen, qvamvis ſub hoc *Cinerum Clavell.* nomine varia alia Salia alkalia qvoqve ex Iſatide, Ligno qvercino &c. intelligantur, teſte *Bauhin. apud Caſp. Bartholin. de Cauter. c. 17. f.* Formantur namqve fæces in globulos, aut ut apud Velitrinos in Italia in magnos panes, in fornacula incinerant & elixiviant, & ſub Alumē Fæcum. *Aluminis Facum* nomine divendunt. Modum *Alum. facum* parandi docet quoque *Fiorav. in Theſ. Vit. l. 4. c. 26.* *Sal* autem, quod in fæcibus hæret, in hâc vel illâ vini ſpecie magnas habet differentias, alibi enim (ut in ſangvine humano) modò ⊖ſum eſt & amarum, modò ⊕um & acidum modò. Onoſum & auſterū qvod ex adſtringentibus vinis in majori copiâ elicitur. *Utuntur Cineribus Clavellatis & Alumine facum.*

Uſ9 Cinerum Clavellator. 1. Apud Mechanicos. 1. *Mechanici Artifices varii* ad artes vitrarias pictorias, plaſticas. Refert *Bacc. de Vin. l. 1. c. 21.* ex fæce hac combuſta fieri Romæ.

En-

Encausti genus, dùm exiccatas fæcis placentulas comburant, donec inflammentur in totum, subindè in Aqvam conjicientes, undè albicantem supernè cinerulam abluant, reliqvum exstincti carbonis instar contundant molantqve cum porphyrite lapide ac cum oleo nigrum malaxantes parent *Encaustum* optimum *ad tabulas æneas* exprimendas.

Tinctores beneficio *Aluminis fæcum* colorem pannis laneis & sericeis conciliant *viridem. V. Lib. de Art. Tinct. l. 1. c. 11. cæruleum* Italis *Tarchino l. 1. c. 67. rubrum*, rosso *ib. l. c. 70. scarlatinum, l. 2. c. 16. rosatum* Cardinalesco. *l. 2. c. 27 flavum*, sbiadato Strohfarb. *l. 2. c. 25. nigrum. l. 2. c. 17.* Imò si *fæcibus vini* addito Lixiv. ciner. fagi & argilla ust. factâ in olla residentia parùm pannus maculatus imbuatur, aqva pura pòst macula lavetur, & leni calore solis siccetur, maculam evanescere, testatur *Comes Scioppii in mss. Collect. Aurifabri* cum cinere & Alumine fœcum optimè purificant & splendidam reddunt ☽m, notante hoc *Fiorav. Secret. 3, 27.*

2. *Chirurgi Cineribus clavell.* utuntur creberrimè ad *Cauteria potentialia*, quale *VVelandi* apud Colō. in Disp. Holzhemii, itē *Plateri* apud *C. Barthol. de Cauter. c. 19.* & Lapis ruptorius. *ib. c. 23. §. 4. 10. 11, 15, 23, 25, 26, 29, 30.* Eosdem *mistura* ex ⊕ ▽F, fæcibus O, ⦶, ⊕ & 2. Chirurgos inde parāt Cauteria.

 alumi-

alumine fæcum simul calcinatos pòst aq. vitæ solutis putridissima sanare ulcera, docet *Fiorav.l.4.Thes. Vit.Hum.c.38.*

3. apud Medicos in de Cosmetica. 3. *Medici* in parte Medicinæ *Cosmetica* potissimùm adhibent. Si etenim *cineres cavellati* in Aq. coq. addita Calce viva, ♃ ust. & Litharg ☉ paratur Lixivium probatissimum ad denigrandos capillos. *Borell. cent.3. obs.2.* Sic Alumen fæcis in Aq. pluv. maceratum cum borace mistum, mirè faciem dealbat. *Fumanell. de comp. Med. c.25.f.316.* Undè *Fiorav. Secret. l.4.c.45.* Aq. *Cosmeticum* construit ex Alum. fæcum ℔. j. additis Aq. Com. ℔. iij.

Caput II.
De
Tartaro Vini
In Specie.

Tartarus Vini in specie.

Nobiliores ⊖is & fæcum Vini partes, lateribus potissimorum doliorum se affigentes, *Tartari* nomen communiter acceperunt, quòd in abysso quasi seu profundo dolii maneant.

Tartari Etymologia. *Tartari* nomen à Syris esse desumtum, putat *Martin. in Lexic. Philol. f.3853.* quamvis & ♀us dicatur, quia obscurus & in vasis imis præ-

præcipuè servari soleat. *V. de* ♀i *Etymol. Renod.de Nat.Med.l.1.c.5.Paracels l.1. de Tart. c.1. p.8.9.* Eleganter *Cl.D Febr.in Litt.ad me datis*, si nugari liceat Curioso tantillum de ♀o, jure merito ei nomen *idem* est *cum inferno*, qvod voracissimus sit, & omnium rerum tincturas facilè in se recipiat, Proteiqve aut Chamæleontis alicujus instar omnium rerum colores æmuletur, qvod ἐγχείρεσις docet. *Nomen Tartarum vel Tartarus* aliàs apud vetusissimos Medicos, qvantum ego scio, (*inquit Exc. Dn. D. Bausch. Phys. Schvvinf. famigeratissimus P. Coll.Cur.in Litt.*) non legitur, illi enim forsan de eo sub nomine *Fecum Vini* mentionem fecerunt: verùm ante Paracelsum temporibus *Medicorum Barbarorum* hoc vocabulo usi sunt Nicol. Præpositus, Petrus Argillata, Leon. de Prædapalea, Concoregius, Platearius: Hinc *Hadr. Junius in Nomencl.* vocabulum *Barbaricum* esse dicit. *Italis* dicitur *Greppola, vel à greppo* fragosa & præruptâ rupe, *vel à grappola* Uva: *Neapolitanis Nitro di botta, Romanis Grommma di botte*, è qvella feccie ò soperficie che fa il vino dentro dalle botti, che alenni la dimandano *Tartaro ò Rasino. Germanis* Weinstein / quia Lapidi scissili non multùm dissimiles. In aliis Vegetabilibus *Sal Essentiale* vocatur in succo plantarum deli-

tescens, in acidiusculis ut Tamarındis, Acetosa, Berber. & majori in copia. & est *medium* qvid *inter Sal volatile & fixum*, naturæ scilicet hermaphroditicæ; quod *Sal Essentiale* parare docet *Aug. Sala* ♀ *ol. f. 2. c. 3. seq.*

Generatio. *Generatur*, aut potius à reliquis Vini partibus secernitur beneficio fermentationis, ut suprà annotavimus. Si magna sunt dolia, ambitus copiosè succrescit, hinc observavit

Ejus Copia. *Bacc. l. 6. Vin. f. 290.* apud *Velitrinos* in Italia ex robusto vino substantiam ♀ ad duorum digitorum altitudinem increscere vitri instar pellucidam, sinceram, sapore acri, modicè vinoso, adeò ut integris navibus onerariis aliò devehatur. Imo *Id. l. 5. f. 271.* narrat *Reatini* inventum fuisse dolium vini vetustissimũ, ubi ex vetustate consumtis dolii circulis, ferè nudum remansit, tantam intus composuerat Rasinam ♀ri, ut suapte firmitate cum potenti illo vino ad multos annos perstiterit.

Delectꝰ. *Habetur* autem *optimum*, qvod continuâ serie coagulatum dolii lateribus in longitudinem protensum adhæret, maximè ponderosum, duritie non cedens lapidi, ab ea parte qva tangit vinum plurimis apicibus instar adamantis acuminatum splendens, qvodq; confractum, non est porosum aut terrâ refertum. Notas *optimi* ♀ plerasqve *Rhenanum*

pos-

possidet. *Galli* tamen, ut *Guibert. Med. Offic. 42* *.168. Plani Campi in* Oper. *Chir. p. 295. Barlet.* *in Theotechn. Erg. Cosmiq. p. 377. Monspeliense*, qvia purissimum & ferè crystallinum, omnibus præferunt. Notandum verò pro diversitate colorum in vino ♀ⁿ qvoqve *colore variare*, adeoqve vinum rubrum rubicundum ♀n, album albicans & nitescens; aliud aliis ornatum coloribus exhibere. Color.

♀ *Usus* maximus est, & Usus

In Mechanicis ♀o, Ital. grepo, grepola utuntur *Tinctores, Fullones, Infectores*, pro parando colore scarlatino (*V. l. de Tinct. 2, 14.*) flavo-giallo. *l. 2. c. 8.* sangvineo. *l. 2. c. 12. &c.* 1. Mechanici, Eo utú tur. Tincto res.

Cum ♀°, ⊖ alkali & silicibus fiunt gemmæ fictitiæ. *Libav. l. 2. Chym. tr. 1. c. 35.* cum ♀o calcinato, non tamen soluto, abstracto ab eo +, postmodum Sp. urin. *Talcum factitium* parat *Zvvölff. Cum* ♀° *vini alb.* ℥ß. Calc. viv. ℥ß. mastich. ʒij. tutis cum albûm. ovi impastatis, fit *massa*, qvâ *fictilia vasa resarciri* possunt. *Sciopp. in Collect. Mss. Quidam Parisiis ignem in vasis sigillatis* habuit mirum, ex 🜔 trito cum ♀° Aq. vitæ mixtis, qvæ accenduntur in Alembico & dein clauduntur. *V. Borell. cent. 3. obs. 89.* Artifices varii.

Aurifabri ♀o utuntur ad decoctiones Aqvarum, qvibus splendidior color vasis argen- Aurifabri.

genteis post perfectionem inducitur. *Gruling. Flor. Chym. p.3. c.1. §.1.*

Iidem ☿o si cum ⊖ com. & ☽ edulcorat. certâ proportione orichalco, cupro affricetur cum linteolis madidis, dealbant & argenti splendorem inducunt.

Sic *mistura ex vino*, alumin. roch. melle, ☿o calcinat. si aurichalcum depuretur, fit lucidissimum *Fiorav. Secret. Chym. l.3. c.26.*

Ex ✳. ℥i. ☿ ℥ij. fol. ☽. n. ij cum ▽F. ℥j. *massam* parant *pro argentandis vasibus* qvibuscunqve. Sic *mistura* ex Ol. ☿. & O. roch. ♀i ☽æ formã induit. *Fiorav. Secret. 3,22*, qvod idem præstat massa ex urin. ⊖ comm. Tartar. calc. & O roch. *ib. c.33.* & *in Thes. Vit. Hum. 4,101.* Sic ♂ dealbat Ungv. ex Tartar. calc. ♄, ⊕ cum Ol. oliv. *Id. in Secret. 3,39.* & ferè cuncta metalla *ib. cap. 43.*

Metallurgi. *Metallurgi* Tartarô opus habẽt pro *fundẽdis metallis*, qualis seqvens pulvis dictus das Flußpulver/constans ex 🜍 p. iij. ⊕ p. ij. Tartar. ust. p. j. de qvo pulvere metallis inspersum, ea fluida reddit. Sic Tartaro usus *ad metallorum fluxum, ut fiant malleabilia*, qvod idem qvoqve valet ad metallorum mortificatorum in primam formam reductionem. *Sala s.3. Tartarel. cap. 2.f.* Cum Tartar. calcinat. ℔. jj. marcasit. ☽. ℔. ij Ramẽt. cupr. p. ij. ♃. p. j. paratur

ratur *metallum pro fundendis campanis* Glocken-speis/quibus fusis E. G. ad ℔. 100. addi debent picis græcæ ℔. jv. pro depuratione. *V. Fiorav. Secret. 3, 35.*

Monetarii ♀is ☽m expoliunt, dum in certâ qvantitate Aq. ♀m cum ⊖ infundunt, in eâ monetam coqvunt argenteam, donec omnis nigredo & deformitas, qvam ex ignium flammis nancifcitur paulatim abeat. *Monetarii.*

Quidam misturâ ex ♀, ⊕ & ⊖ numismati falso illitâ illi splẽdorem conciliare norunt. Sic adulteratores monetæ plurimùm circa ♀m laborant spreto alkali ⊖, qvia alkali ♀i non mutat colorem, inqvit *Helmont in Blas Human. §. 40.*

Alii *Artifices*, utpote *crystallopæi* seu *vitrarii Veneti* adhibent suis laboribus ♀n. *Sala* ♀ol.l.1.c.5. Sic *specula artificialia* parantur ex ♃. p. iij. ♀. p. i. Tartar. calcinat. ℥iv. arsenic. crystall. ℥vj. ☿-t. ℥ij. marcas. ☽. ℥iij. Ol. Com. ℥ij. *V. Fiorav. Secret. 3, 63. Schvventer. in Recreat. Math. part. 6* §. 37. conficit ex ♃, Tartar. & Auripigm. *Glauber. p. 4. Furnor. c. 14.* addit Liq. Tartar. qvanquam *Harsdörff. in T. 2. Math. Recreat. p. 6.* §. 13. omittat Tartarum. Crystallopæi. Præparatores Pulveris Tormentarii

Beneficio Tartar. varii fiunt *Pulveres Tormentarii* & *strepentes*. Ex horum numero est ☉ *fulminans* ex solutione ☉ cum Ol. Tartar. ...ta, Cercunochrysos.

♁ta, & ut rectè ait *VVillis de Fermentat. c. 10.* ejus vis fulminans est ab Ol. Tart. quod 🜔 & ⦶ figit ne statim à calore accendantur, pòst autem cum strepitu validiori explodatur: & videmus, illa adjuncta ☉ vim fulminantem inhibere, qvæ faciunt, ut Tart. effervescat, & à complexibus ☉ avocetur E. G. trituratio cum 🜔. Sp ⊖, Ol. ⊕. &c. Sic paratur ♂ *fulminans*, dum ♂ laminæ instar holippæ convolut. solv. in ▽F (ex Oe, ⦶, ⊕.) ℔ j. ✳ ℥iß. & cum Tart. pulv. ♁. exsicc. Alii *Tart. crepantem* elaborant ex Tart. sicc. ℥jß. 🜔 ℥i. ⦶ ℥iij. Alii dum *Tart.* boraci miscent, & *pulveri tormentario* addunt, *strepitum* ipsi *adimunt*, ut alium pulv. cum Tart. calcin. ⦶, 🜔, borac. *Fiorav. l. 3. Secret c. 88.* conficit, qvi sclopis immissus ea disrumpat.

Tartari Usus Medicus. *Tartari Usus Medicus* maximus est, tàm *Internus*, qvàm *externus*; undè non solùm *crudus* plurimas affert utilitates, sed etiam variis præparationibus diligentissimè elaboratus, ab ingeniosis Hermetis filiis.

In genere *In genere* qvia habet partem acidiusculam, penetrativam, non multùm dissimilem *frig.* & *sicc. qualitati* instar Aceti Lingvam aridam recreat, sitim à causâ calidâ restingvit, fervorem bilis reprimit, appetitum revocat, Tartareos humores resolvit: qvia verò simul

pos-

poſsidet *partes calidas ſalinas* inciſorias, hinc obſeratos à materia frigidâ exortos flatus non ſolùm diſcutit, ſed etiam crudos humores incidit & blandiſsimè educit. Hinc *unica Panacéa eſt pro debellandis Morbis Tartareis.* Sunt qvidem qui cum *Freitag. in Auror. Med. l.1.c.12.p.65.* medicamentorum ex ♂ & Tart. paratorum uſum in Melancholicis, Hypochondriacis affectibus ſuſpectum reddant; qvòd ſint ſicca & calida, quòd △e qvoq; fiant calidiora, & quòd diverſimodè operentur: at *rectè monet Sennert. Pr. l.3.p.3.c.4.* in humoribus melancholicis craſsiſqve incidendis, magnam vim obtinere, modò non bilis atra humoresqve ſalſi & acerbi, acres, qvi ignis qvaſi ſeminaria in ſe contineant adjuncti ſint, tunc etenim temperantia acrimoniam utiliora. An Tartarea Melancholicis

In Specie Galenici Crudum Tart. adhibent In Specie Tartari crudi Uſus apud Galenicos.

1. *Internè* pro abſterſione & inciſione humorum, ſic *Pulv.* Senn. *Montagn.* ab ipſo *in Antidot. c.10. §.2.* adeò laudatus ingreditur *Tartarus*; antè paucos annos *Troili de Lauro* celebris in Italia Medici *Pulvis Imperialis* celebratisſimus fuit ad laxandam alvum & condiendos cibos ex Zing. Benzoin aā ℥j Sen. ℥ii. *Tart. alb. crud.* ℥iß. croc. ℈i. ſacch. ℥iv. *Fiorav. Secret. 2.c.54.* Celebris item *pulv. Laxativ. VVieri* Internè. Pulv. Senn. Montagn. Pulv. Imperialis Laxativ. Vvieri.

VVieri cum *Tart.* item *Pulv. Tart.cryftall, folut. Aug.in Difp.f.154.* Recipiunt qvoq; ♀m. *Pulv. folutivus Tartarifatus, Pulv. Senn. Sol. groffus, pulv. folutiv. de Tribus Zvvölff. Ph. Reg.*
Syr. de Jalap. Kolbii. *f.38. D Kolbius Med. Syr. de Jalap.* parat. ex Rad. gialap. ℥iv. cichor. afparag. petrof. aā. ℥i. fem. anif. fœnic. aā. ℥vi. Tart. ⊕. ʒiv. incif. & contuf. infundit vino Rhen. (pro extract. rad. gialap. qvæ ♃ea) Aq. cichor. acetof. (pro extract. radic. reliq.) aā ℔.ii. infuf. & digeft. poft 4. ♌. addit Tart. crudi ℔. i. coq. ad dimid Colat. addit Sacch. ℔ ii. ℥viij. & Aq. Cinnamom. aromatifat. Sic *Syr. de Trib. folut. Syr. de Rhabarb. Syr. de Fol. Senn.* cum *Tart.* parat *Zvvölff in Ph. Reg. f. 21.* Imò nihil freqventiùs quàm pro facilitanda extractione purgantium Nodulis Tart. crudi aliquot adjungere drachmas.
In fusũ Seqvens *Infufum Affectibus Uteri*, qvia valdè penetrat convenientisfimum eft, ut & *Lienibus obftructionibus*, qvas validifsmè aperit, præparatur ex Tart. *crud. electi* ℔. ß. Limat. ♂ ℥iij Aq. Cichor. Tarax. q. f. ad eminent. 4. dig. infufum per aliqvot dies in vitro claufo, calidè filtrandum, & in jufculo carnis ad ℥ij. exhibendum eft.
Hydromel. *Hydromel Tartarifatum* ad Melancholiam parat. *Deodat. Panth. l.3. c.21. p.122. Hydromel Laxa-*

Laxativum Tartarisat. antimelancholic. Aug. *v. in Pharm. Aug. Ed. Zvvölff. f.151. Hydromel. purgans* cum *Tart. Zvvölff. Ph. Reg. f. 37. Tartarum crudum* in *Colica* ad ℥vj. sumtum, frustra aliis tentatis Remediis mirè dolores sedâsse, in seipso comprobavit *Angel. Sala ut testatur f. 1. Tartarol. c. 5.*

2. *Externè Tartarum crudum Galenici* adhibent, præcipuè, si comburatur, addita Calc. viva, parantes exindè cauterium Bauhin. de qvo *Glandorp. in Gazophylac. Fontic. c. 4.* cum Tart. fit *Psilothrū egregium*, si imbibatur, Tart. crudus Aceto acerrimo, calcinetur in furno figulino ad albedinem, extrahatur ⊖ cum Aceto, qvod iterum superiori modo calcinatur, ⊖ rursus per Acetum extracto, labor qvinqvies repetatur: in usu solvitur aq. font. inungitur locus, rursum lavatur, & sine noxa operatur. Externè. Cauteria. Psilothrum.

Externè qvoqve *Pulv. Tart. crudi* cum ⊖ comm. *sacculo* conclusus, ad fornacem calefactus, imponitur ad articulum maxillæ in destillatione. *Hartm. Pr. p. 126.* Pariter ex 🜿 *crudo* cum Ungv. Popul. ol. Ovor. & bals. Hyperic. in cucurbit. invicem coctis, additione Ceræ & Colophon. conficitur *Empl. antitartareum*, optimè vulnera glutinans & Ulcera curans, qua ratione in Laboratorio Holsatico paratum fuit. Sacculus. Emplaſtrū antitartareum.

Pp *Chy-*

Apud Chymicos Tartari crudi usus Internus.

Chymici Tartarum crudum pro *usu Interno* variis aliis adjungunt Remediis: eo namqve paratur Crocus metallorum subtilior, Nucleus seu Regulus ♁, Aqva stimmi Tartarea, Flores ♁ rubr. *Zimar. T.1. Antr. Mag. p. 3. pag. 305.* Lilium *Paracels.* qvod *Helmont.* tantis extollit laudibus, de qvo *Fr. Osvvald. Grembs* in

Vitrũ Tart.

Arbor Hom. l.3. c.5. §. *70.* &c. cum Tart. fit 🜄 ♁. *Thold. de Secr.* ♁. *p. 2. p. 482.* cum Tartaro Flores ♁ Diaphoret. fixi. v. *Brendel. Chym. s. 2. c. 7. p. 143.* ex Tartaro & Terra sigillata, fit *vitrum Tartari viride*, menstruum pro extrahenda. ☽. *V. Hartm. Pr. Ch. p. 49.*

Externus.

Externè ex *Tartaro crudo* cum Arsenic. & ⦶ simul permixtis, & calcinatis parat *P. J. Faber in Chirurg. Spagyr. c. 15. Balsamum ad Tineam. D. Genant Chymic. Parisiens.* nominatissimus ex Tartaro crudo parabat *Ol.* inunctione spinæ *ad contracturas* nobilissimum, cujus descriptio cap. 5. & aliæ Chymicorum

Aq. tartari Antipodagrica.

elaborationes ex seqventibus patebunt. *Zobel. Aqvam Antipodagricam* ex Tartaro cum C.C. & Urin. pueri per retort. destill. qvam cum linteis pro extractione salinorum, & Tartareorum acrium Spirituum, applicat & dolorem sedari hoc Topico affirmat.

CAPUT

CAPUT III.

DE TARTARI DEPURATIONE, ET MEDICAMENTIS INDE PARATIS.

Tartari Depuratio.

RESolutio compagis Tartar. consistit potissimùm vel in leni *depuratione*, vel in *Destillatione*, vel deniq; in *Salificatione*, de qvibus nunc in specie.

Depuratio Tartar. exhibet *Cremorem. Acidum Tartari* & *Crystallos.*

Modus depurandi multifarius est: fit namqve

Modus depurandi. 1 Lotio

1. *Lotio* à partibus impurioribus, & externis sordibus, dum qvidam Tartarum cribratum & tritum addendo aq. font. cal. vel Lixiv. è ciner. clavell. aut *ut Freitag. Auror. Med. d. 1. c. 8. Acidum Tartar.* sub nomine *Essentiæ Tar.* conficit. cum Lixiv. è ciner. Isatid. optimè agitant, pòst residere & refrigescere sinunt, aquam tandem cum impuritatibus decantantes, & laborem aliqvoties repetentes. Propriâ tamen experientia didici *Zwölff. f. 461.* processum utiliorem esse, qui Tartar. alb. integr. aut grosso modo confract. Aq. frigida sæpiùs affusâ, lavat, manibus frusta optimè fricando, spurcam aqvam decantando, laborẽ repetendo, donec nulla spurcities ampliùs appareat.

2\. Depuratio per solutione & coagulatio nem. Cremor tartari præcipitatus

2\. *Depuratio per solutionem & coagulationem* à parte magis arenosa ac minùs solubili. Loto namq; ♀° affunditnr Aq.fervens,(præcipuè si cremor magis expetatur) in bona quantitate, agitatur spatula, undè solvitur particula, colatur per Manicam calidè, restanti Tart. nova aq. ferevns affunditur,(alii qvi aqvam frig. affundunt coctione ad △ solutionem instituunt) agitatur, colatur, reiteratur, donec nil, nisi Arena irresolubilis, restet. Aqvæ Tartari solutione impraegnatæ in vase vitreato, aut, qvod meliùs, ligneo refrigescant, hinc pars instar Cuticulæ supernatans, *Cremorem* exhibet, pars vel ad fundũ residet, vel parietibus ac immissis bacillis adhæret, sub *Cryftallorum* nomine. *Tenzel. in Exeg.p. 731. distingvit* qvidẽ, *quoad vires inter cremorem, & crystallos*, dum *illum* subtilem nimis propter aciditatem & valdè diureticam in corpore impurgato tuto vix exhiberi posse censeat: *hos* verò ad incidendum & attenuandum crassos humores feliciores, insuper vigesies plus crystallorum, qvàm Crem. in præparatione colligi: *sunt* tamen plurimi modernorum, *qui* exiguam aut *ferè nullam* in his operandi *diversitatem* fateantur. *Aqua* factis crystallis decantata, reservari potest sub nomine *Aq. Tartarisata* pro parandis.

Cremor tar tar. Crystalli Tart.

Aqua Tartarisata.

Ex-

Extractis, retinet enim adhuc subtilissimum in se Tartarum. *Tenzel. Exeg. Chym. p. 195.* & *429.* Bonus potus etiam est Qvartanariis ad purgationem præparans. *Libav. Syntagm. Arcan. Chym. l. 7. c. 32. p. 350. & Alchym. Pharm. pag. 131.*

3. *Crystallos* itaqve *coagulatos* rursus solvunt sæpiusculè, rursusqve coagulant, donec *albissimi* evadant. Rectè tamen *Zwolff* monet, si Tartarus pro abstersivo expetatur, non admodùm curiosè de albationi studendum esse, sed saltem primam vel secundam vicem sufficere, tot enim solutionibus cum aqua, vis abstersoria deperit, hinc *Henr. ab Heer obs. Med. 1. p. 30.* si laxandum sit, crudum Tartar. ipsi cremori præponere audet. 3. Dealbatio.

Glauber. furn. p. 2. c. 70. p. 146. crystallos Tart, adeò copiosos posse fieri opinatur, ut ex ℔. jv. Tart. crystall. Tartar. ℔ iij. elaborentur. Artificium consistit in justa dosi affusionis Aqvæ, dum ejus parcior Dosis Tartarum non solvat, copiosior autem ob Tart. dispersionem crystallisationem impediat, plerumqve ad ℔. j. Tart. sufficere ℔. 10. vel 12. Aq. Si potiùs *pulveri Tart subtilissimo* in fundo residēti, qvàm crystallis, opera detur. *Idē Glaub. fieri* docet *l. a.* Si postqvam purificatus Tartarus solutus in vas figulinum vitreatum infu- Modi dealbādi. 1. 2.

ſus fuerit, poſtea ſpatio dimidiæ horæ, dũ refrigeſcat, continuo ſpatulâ agitetur, donec Tartarus fundum petat, ob agitationem namqve coagulatio impeditur.

3. *VVilhelm, de VVircvvitz* seqventi methodo *in Imper. Rudolphi Aulico Laboratorio candidiſſimos cryſtallos* parâſſe conſtat: Tartarum pulv. in aq. pluv. coq. per filtrum colabat, quod in filtro remanſerat, rurſus coq. in alia olla iterum colabat, & priori colaturæ addebat, ſemper remanentias recoqvendo. Tandē omnes colaturas ſolas abſq; novi Tartari additione ſimul coctas colabat, aliqvoties repetendo, tandem partem aliquam lentè evaporare permittebat, pòſt evaporationem remanens in patellas diſtribuebat, ubi in loco frigido concreſcebat in cryſtallos, Aqua pluviali abluendos.

4. *Alii* dum Tartarum pulv. coq. △ lento, injiciunt Aq. ad Tart. ℔. j. Tartaro ℥ß. hoc namqve Tartaro omnes fæces ſeparat à Tartaro, eumqve lubricat, ne iterum fæces imbibat, hinc factâ totali ſolutione Tart. omnes fæces cum Aqua ſeparantur, nec opus eſt colaturâ.

5. *Alii* Tartarum craſsiuſculè contuſum & lotum, in aheno, more ſolito, coqvunt, absq; intermiſsione tamen cum baculo ſuper △ agi-

agitant, donec medietas vel ultra evaporarit, sic cremor in frigefacto pòst non conspicitur, sed omne in cryſtallos purisſimos abit.

Quidam Tartarum depuratū immittunt in vas vitreum vino Rhenano plenum, calido loco reponunt, ut eluctet florem Tart. qvem super cineribus in Sal cryſtallinum cogunt. *Freitag. Auror. Med. l. 1. c. 8.* 6.

Cryſtallos Tart. ex Acido Tart. purif. affusione Aqua Acetos. q. s. pro diſs. coq. & coagulabat *Zobelius Celſ. Princip. Holſatiæ Friderici Medic. & Chymicus Gottorpii.* 7.

Idem Zobel. Albisſimos parabat Cryſtallos adamantini splendoris, sub nomine *Oxytartari Cryſtallini* affundendo sc: acet. deſt. Acid. Tart. qvi cryſtalli præcipuè Arſenicalibus Scorbuticis febribus medentur. 8. Oxytartarū cryſtallin.

Idem deniqve *Cryſtallos Tart. glacie nitidiores*, sub nomine *Acidi Tartari Magisteriati* elaboravit per creberrimas filtrationes, & singulari adhibito artificio in evaporatione, ut subtilisſmum ſaltem coaguletur, & cryſtallisetur, quæ operatio quidem laborioſior, oculis tamen apprimè abblandiens. 9. Acidū Tart. Magiſteriatū

D. Simon Bebelius Cryſtallos Tartar. rubros instar Corallorum splendentes. conficiebat, dum lotum Tart. Aq. deſtill. coqvebat, in fine 4. Cryſtallorū coloratio unde cryſtalli rubri.

 adden-

1. addendo Tinct. santali rubr. cum Sp. ⊕ prius maceratam post Sp. V. extractam; invicem coq. donec crusta appareret, tandē ubi ollæ novæ amplæ infusum fuerit per noctem succrescunt crystalli rubri.

2. *Alii* pro *colorandis crystallis* ℞. Crystallor. Tart. depurat. ℔. ß. cum Tinct. santal. vel Ros. ⊕a, vel Tinct. Bellidis tingunt, & sic pro usu asservant, alii tamen tinctos crystallos in MB. destill. ad tertias, ut liqvor Tincturæ evocetur, & permittunt crystallos concrescere, qvos concretos iterum in recenti Tinct. per Sp. V. solvunt, hinc rursus concretioni tradūt, tertia vice repetendô laborem, evadunt maximè diaphani crystalli, fiat abstractio ad oleositatem & tandem ultimò concrescent.

Us9 crystallorū Chymicus. *De usu Polychresto Cremoris* & *Crystallorum Tartari*, nunc pauca annotanda.

Chymici Beneficio Cremor. Tart. & Sp. ⊖ ex omnibus metallis vel crudis, vel in oleum redactis, oleum grave elicere possunt, monstrante *Cl. Schrœd. l. 3. Pharm. c. de ⊕. t. de Ol. ⊕.*

Medic9. *Ad debellandos varios Affectus* adhibentur *Crystalli Tart.*

1. Obstructiones aperiunt. 1. *Ut Obstructiones viscerum principalium & Mesenterii aperiant*: ubi *vel per se* ℥ß. ℨj. in jusculo exhibetur, repetendo aliqvot vicibus can-

eandem dosin, *aut* aliis admiscetur aperientibus. E. G. ℞. *Cryſtallor.* Tart. ℥i ⊖ Cichor. Abſinth aā. ℈ß. pro 2. doſ. *Pulv. Digeſtivus.* *aut* ℞. *Cryſtall. Tart.* tinctor. Spec. Diatr. ſantal. Ebor. ſ. △ aā. ℥i. pro aliqvot doſibus. *vel* ℞. *cryſtall. Tart.* alb. ℈j. Pulv. Epatic. rubr. ℈ß. Croc. ♂. ſaccharin. gr. xii. pro una doſi: — 1. in forma Pulveris. 1. Pulv. Digeſtivi.

D. Knœffelio Reg. Majeſt. Polon. Archiatro uſualis fuit *Pulv. Aperitivus Spleneticus* ex *cremor. Tart.* ⊕ ♂. aā ℥ß. Solut. Corall. ⊖ Ocul. ♋. aā. ℥ß. fœc. Aron. Bryon. aā. ℨj. ♃ Diaphor. ℨij. Myrrh. rubr. ℈i. Ol. Lign. Rhod. g. v. m. *D. Schneiderus* verò *Prof. VVitteberg.* utitur *Pulv. Digeſtivo Hepatico* ex *cremor.* Tart. ℥j ſantal. rubr. ℨj. Sp ⊕ coagulat. q. ſ. ad grat. acorem, addendo fol. ☉. n. iij *Angel. Sala* additione Magiſt. ♂ ⊕ti *Acidum Tart.* ♂*tum* parat *in Tartarol. ſ. 1. c. 8. p. 131.* qvod ipſemet aliqvoties in Cachexia, & morbo virgineo feliciſſimo cum ſucceſſu adhibui. *Cloſſæus Medic. Metenſis magni nominis cremor. Tart.* ♂*tum* parat ſolvendo in ℔. xv. Aq. fluv. Tart. *pulv.* ℔. i. ubi per ebullitionem Tartarus reſolutus, & aqua ad deciditiam unius qvartæ evaporata, injiciantur Limat. ♂ ℥iv. dū aq. adhuc fervet, mox ab △ remove & calidè cola, unde cremor evadit ſummè deoppilativus. Sunt alii qvi *Cremor* — 2. Pulv. Aperit. Splenet. D. Knœffel. 3. P. Digeſt. Hepat. D. Schn. 4. Acidum Tartar. ♂tum Salæ. 5. Cremor. ♂tus Cloſſæi.

6. Cremor tar. tar. ♂ Doct. Schéck — *Tart.♂tum* parant imbibendo cremor. Tart. Tinct. ♂ aperit s.q. spatulâ probè agitando, & super △ aqvositatem evaporando, siccandoq;. *Ex Mss. Schenck.*

7. Cremor Tartar ♂t. Zobelii — *Zobelius Auliater & Chymicus Holsat. Cremor Tart. ♂al.* confecit ex Acid. Tart. cum Tinct. Croc. ♂. per reverb. facti, qvi licet obstruentis sit facultatis, in qvibusdam tamen morbis aperit, & laudatur in Diarrhœa, Dysenter. biliosa, acri, Tartareâ, in effusione bilis, in Ictero flavo & nigro.

2. in forma liqvida — *Alii in forma liqvida cremorem Tart. aliis* mistum, *potabilem* reddunt. Ante laudatus

1. Ol. Aperitiv Doct. Knœf. — *D. Knœffel. Oleum Aperitivum* conficit ex cremor. Tart. albiss. ℥ii. Sp. 🜔. rectif. ℥viii. Tinct. santal. cum Sp. V. fact. ʒi. digerit, donec omnia soluta sint in oleum, qvod filtrat. *Joh.*

2. Liq. Epatic9 D Horst. — *Dan. Horstius in Dispens. Cathol.* ferè eodem modo parat *Liqvorem Epaticum* ex Cremor. Tinct. ʒvi. Sp. 🜔. rectif. ℥ivß. solvit in calore in Oleum, addendo Confect. Alcherm. ℈iv. Essent. santal. rubr. ℈ii. m. Sic *Essentia ♂tis*

3. Essût ♂ Tartarisata — *Tartarisata* paratur ex cremor. Tart. p.ii. Limat. ♂ p. i. coq. cum aq in aheno ferreo, evaporatâ Aquæ parte alia affunditur, donec optimè ♂ imprægnetur, tandem fit filtratio, abstractio, coagulatio ad formam *Extracti* ex qvo addito Sp. Cochlear. rad. filic. vel

Cin-

Cinnam. aut alio pro varia intentione, prodit *Ess. ♂ Tartaris.* aut *♂ potabilis Tartarisatus*, qvanqvam & hæc Essentia parari possit ex *Terra foliata ⊕ta*, seu ⊕ Tinct. ⊕ ♂ Tartarisat. de qua infra. 4. ♂ potabilis ♁ Tartarisatus.

2. *Ut vomitus facilitetur*, cui usui inservit *Tartarus Emeticus* ex cryst all. Tart. & croco metall. paratus, apud *Mynsicht. f. 1. p. 13.* item que *Tart. Emetico-purgans Zvvölff. in Append. Animadv. in Pharm. Aug. f. 78.* ex vitro, ♁, ☽, Tart. solut. coagul. & Sp. ⊕. fixatis. 2. Vomitum proritat. 1. ♁us Emeticus Mynf.

Emeticum Tartareum ex cremor. Tart. è ciner. ♀ extr. viridis coloris parat *Zobel.* qvod commendat ad vermes, Epilepsiam, Catarrhos delabentes in pectus, stomachum. Dos. gr. xii. ad xvi. in pomo asso, superbibito jusculo pingvi. Nec inelegans est *Confectio Emetica Citrata* cum Tart. ♁ato apud *Zvvölff. App. ad Ph. Reg. f. 8.* 2. ♁us Emetico purgans Zvv. 3. Emeticum ♁eum Zobel. 4. Confectio Emetico Citrata ♁iss. Zvv.

3. *Ut alvus blandè moveatur*, cryst alli Tart. variis aliis medicamentis adjunguntur, & qvidem 3. alvũ movet.

1. *In forma pulveris*, ubi nihil communius, qvàm exhibere cryst all. Tart. gr. xii xv. cum Resin. gialap. & Scammon. ♁at. aã. gran. aliqvot addito pro correctione Elæosach. Citr. vel Cinnam. Et hic pulvis, addito pulv. polychresto, seu Rubino vegetabili (hoc est scā- 1. in forma pulv.

mon.

1. 2. P. Vegetabilis laxativ. D. Rolfinck. & D. Schn. mon. santalin. aut Resin. scammon.) ex cryStall. ♀ cum gialap. est decantatus *pulvis vegetabilis Laxativus Excellent. D. Rolfincki*, cui interdum de Lap-Bezoart. Or. addit ut *Claris. Conrad. Victor. Schneider Prof. Wittteb.* Magist. perlar. ℈ß. *D. Joh. Michael. Decan. Fac. Med. Lips.* in Affectibus serosis & Hydrope pro evacuatione seri, adhibet *Pulv.* ex *Cryftall.* Tart. ℈i. Epat. rubr. ℈ß. Mag. gumm. de

3. Pulv Hydragogus. Peru gr. viii. ⊖ genist. gr. vi. ol. dist. anis. g. ii.

4. Pulv Dia♀ Uratisl In Officin. *Uratislav. est Pulvis Dia*♀ ex fol. Senn. ℥i. sem. anis. fœnic. Dauci aā. ʒi. Cinnam. el. ℈ii. Turpeth. alb. ʒiii. Diagrid. ʒii. *Cremor. Tart.* ʒvj. m. *D. Döring. Phys. Uratisl.* notante *Ipso in Mss.* freqventissimè usus est

5. Pulv. Purgās D. Döring. *Pulv. purg.* ex spec. Diacartham. pulv. Mechoac. alb. & *cremor Tart.* aā. *Pulv. phlegma-*

6. 7. P. ♀ Salę Gruling. *gogum*, & *alium hydragogum* ex *Tartaro* describit *Sala Tartarol. S. 1. c. 8. p. 132.* & *pulv. purg. compositum Döreri* notat *Grüling. Flor. p. 5. c. 8.*

8. Pulv de Trib. Cornachini *Pulvis de Tribus Cornachini*, qvem proprio depinxit Author libello, aliàs *Pulv. Comitis de Warvvyck* constat ex *cremor* ♀. scammon. ♁ rat. & ♁ Diaphor. Sic *cremor* Tart. additur Pulv. Sennæ Brassav. Wieri, item decoctis veteris galli in usum hypochondriacorum præparatis, *Freitag. 2. Aur. Med. c. 8.*

9. Spec. Dia♀. Mynf. *Species Dia*♀*ri purgantes* describit *Mynficht.*

ficht. f. 5. Armam. p. 112. Nec injucundæ *Zobe-* 10. Ca-
li compositiones *purgantes* ex 🜿°, qvalis est tharct
Catharcticum 🜿 *rubrum*, ex cryſtall. 🜿 colora- Tart.
tis cum admiſt. ſcammon. 🜂. item *Catharcti-* rubr.
cum Tart. flavum ex *cryſt. Tart.* gumm. gotte, Zobei.
gialap. ſcammon. Imò *Idem* laudat *Cathar-* 11. Ca-
cticum Tart. Cinnamomiſatum, ex acido Tart. th. tart
viniſato cum Ol. Cinnam. pro puerperis, flavum
pueris, Senibus, tutiſsimum remedium. 12. Ca-
thart.
Cinna-
momi-
ſatum.

Poteſt etiam *cremor Tart. purgans* parari
abſq; additione aliorum pulv. purgantium,
ſi nempe decoq. cryſtall. & loco aq. comm. 13. Cre
ſumatur decoct. Helleb. nigr. hermedactyl. mor 🜿
fol. Senn. qvamvis etenim colore aliqvantũ purgãs
obſcuriore non abblandiatur, egregiè tamẽ 14 Alio
vires exerit. *Aliqui* loco decocti ſumunt Pur- modo.
gantium Tinctur. E. G. in affectibus *ſplene-*
ticis extrahunt ex fol. Senn. cum aq. aliqua
ſplenetica Sp. 🜔 acuata, Tinct. cum qua cry-
ſtall. 🜿 imbuunt, & digerunt, abſtractâ aqva
🜿m coagulant in cryſtallis ; tales cryſtalli 15. Cre-
clementer alvum movent. mor
Tartar

Zvvölff. in App. Animadv. f. 78. Cremor. 🜿 purgãs
purg. docet ex vitro ♁, ⦶ & cremor 🜿. Zvv.

2. *In forma Pilularum cryſtalli* 🜿 plurimis 2. in for
admiſcentur aliis, qualis ſunt *Pil. anti*🜿*ea* ma Pil.
multi uſus *Quercet.* in *Pharm. Dogm. c. 19.* 1. Tarta
item *Pil. Tartarea Bontii Med. Hollandi* (uti reæ
Querc.
earum 2. Bõtij

earum deſcriptio Patavium ad *Cl. Rhodium* ab Authore transmiſſa fuerat,aliam namqve habet *Schræd. in Pharm.l. 2. c. 74.*) qvæ conſtant ex gumm.ammon. acet.ſolut. ℥i. Aloës elect. ℥ij. Rhabarb. ʒiij. cremor. Tart. ♂ pulver. ſubtiliſsimè aã. ʒiiß.F.Pil. Huc pertinent.

1. 2. 3. Pilul. Tartareæ Mynſ. 6. Hygiasticæ D. Döringi. *Pilul. Peruvianæ* cum cryſt. Tart. *Mynſ.ſ. 6. Armam.p. 150. Ejusd. Pil. familiares. ib. p. 140. Ejusd. Cicera Tart.ib. p. 153. item Pil. Hygiaſticæ ſeu Pil. ſanitatis Cl. D. Döring.* ex *ejus Mss. collecta*,qvæ ℞. MP. anthireumatic.(harum deſcriptio ſub nomine Antipodagricarum extat apud *Horſt. l. 3. obſ. p. 2. p. 258.*) MP.antitartur.corr.(qvæ ℞. *cremor. Tart.*℥iij. &c.) Aloephang. de Aloë roſ. Aqvap. Tart. 🜕t.aã.ʒi.pulv.abſorptiv.(hoc eſt ♁ Diaphor.) ℈ij. Flor. 🜍 ℈j.Ol. polyophel. g.jv. cum Aq. Chamæp. F. Maſſa.

3. in forma Electuar. 3. *Electuar. Purgantibus cryſtallos* Tartar. cum fructu admiſcet in *Dia♀ purgante Ang. Sala.l.a.p. 132. & Paſſulis laxativis ib p.133.*

1. 2.

4. Tragea Cephalico Catharctica D. Döring 4. *Trageam Cephalico-Catharcticam* crebro ægris exhibuit *D. Döring.* ex *cryſtall.* Tartar.pulv. fol.Señ.Al.ſ.ſ.aã. ℥ij. Hermodactyl. Turpeth alb. aã.ʒi. Fol. Nicotian.ver.℈ii.gr. v.calam.arom.Zedoar.aã. gr.xv.ſem.p.on.ſiler.montan.fænic.aniſ.ammeos aã.℈i.Corall. rubr.præp. margarit. præp. aã.gr.xv. cubeb.

macis

macis caryophyl.aā.gr.viij. ⊖ Eufraſ. Beton. aā. ℈j. gr.iii.Sacchar. anthoſat. ad pondus omnium. Doſ. ʒß. cum buccela panis intincti in vinum album, vertiginem curat. Ex *Mss. Döring.*

5. *Infuſum Purgans. Exc. Dn. Manigetta ArchiatriCæſarei Vienn.* cujus nunc uſus communiſſimus eſt *in Offic. Uratisl.* ſub nomine *Aqvæ Laxativæ Vienn.* conſtat ex fol. Senn. ℥vj. Mann. el. ℥iv. *Cremor.* Tart. ʒii. Paſſul. Min. Conf. Coriandr. aā. ʒiii. inciſ. affunde Aq. bullient. ℥xiv. ſtent in Infuſ. poſt fit colat. cum leni expreſſ. Doſ. ℥iii. Infusū Tartar purgās

Eſſentia Tart. purgans fit ex cremor. Tart. in aq. limpid. ſol. cum flor. aut vitro ♁ cocto, inſpiſſato. *Clauber. p. 2. furn. c. 76.* interdum per ſeceſſum, interdum per vomitum operatur. *D. Johan. Adam Rubinger Phyſ. Culmbachenſis* antè aliquot annos Coburgo ad me per Litter. *Panacéā antitartaream* dictam, ex cremor. Tart. & ⦶ detonato, quæ ſtatim calidè tepefacto vino (quod purgante aliquo priùs impregnatum fuerat) injiciuntur, & ad medietatem ſtatim factâ abſtractione, aliquid volat. ex Tart. & ⦶ aſcendit, cui poſtea infundi poſſunt, pro varia intentione, purgantia leniora Tartarum ex hypochondriis & Meſenterii gyris educentia. 6. Eſsētia Tartar purgās Panacea anti tartarea.

4. *Ad*

4. Urinam movet 1. ☿us Diureticus. 2. Morsuli ☿ei. 4. *Ad Urinam movendam* fit *Tartarus Diureticus*, si Tartarus solvatur Lixivio Ocul ♋. (qvod in Calculo egregium est ἰωσόεντον) aut decoct. rad. aperient. coq. & in crystallos more solito coaguletur: nihil namq; melius sentinam & saburram humorũ Tartareorum in Renibus & Ureteribus stabulantem, ☿° educit. *D. Borbonius Med. Gallus* felicissimè in calculi præservatione *Cryſtall.* Tart. purifs. ℥ii. cum Sacchar. in q. ſ. decoct. Cicer. rubr. dissol. ℥v. in *Morſulos Nephriticos* redegit.

3. Pulv Nephriticus. Nec eventu frustraneo adhibetur in Calculo *Pulvis* ex ⊖ Junip. Oſtrut. Chamom Ononid. aã. ʒii. Succin. ℈i. Mag. Ocul. ♋. Lap. Judaic. aã. ℈ii. *cryſtall. Tart.* ʒiii, m.

5. Sitim ſedat. 5. *Refrigerat & ſitim ſedat Acidum Tartaritam* in malignis morbis, qvàm aliis qvi à resolutione proprii Tartari dependent. Hinc

1 Trochiſci. qvidam *Troch*, parant ex Acid. Tart. ℥i. ſacchari. alb. ℥iii. cum gumm Tragac. in Aq. Roſ. ſ. F. Troch. addit. Ol. citr. g. vi. *Sala in*

2. Morſuli. *Tartarol. ſ. 1. c. 8.* *Moſculos refrig.* parat ex ſacch. alb. ℥viii. cryſtall. Tart. ℥ii. Elæoſach. citr. ʒß. Aq. Roſ. q. ſ. Aliqvoties in Praxi cryſtall. Tart. cum ſacch. in ſucc. citr. ſol. addi-

3. Alii. ta Eſſent. citr. & carn. condit. parum, jucundiſſimo acore blandientes, ægris acceptiſſimos Morſulos exhibui.

6. Vim

6. *Vim alexipharmacam Acidum* ♀ acqvirit, solvendo ♀ coagulatum corporis & scorbuticam labem depurando ex sangvine, hinc *Zobel.* parat *Diaphoreticum* ♀ *Camphoratum* ex Acid. ♀ cum camph. & acet. destill. subtilisatum, addito C. C. philos. calc. & Magist. ♃ dulc. Cui analogum *ejusdem Daphoreticum* ♀ *pretiosum* ex oxytart. cryftall. C. C. philos. præp. Mag. perlar. Corall. Unicorn. &c. confectum.

6. Vim habet alexipharmac. 1. Diaphoreticum ♀ camphoratum 2. Diaphor. ♀ pretiosum

7. *Cordis Affectibus* confert à ♀° crudo impuro provenientibus, undè Spiritus vitales & humores pericardii coinqvinantur cũ doloribus pungitivis, palpitatione, angoribus, melancholia, *Acidum* ♀ *Cordiale* qvod *Zobel.* in Laboratorio Holsatico ex Acido ♀ cũ Alkali Corall. & Matrisperl. addito Ol. ♀ croc. mac. Cinnam. &c.

7. Ad Cordis Affect9 Acidum ♀ cordiale

8. *Febres*, præcipuè *Tertianas*, curat *Specificum* ♀ *Antifebrile*, ex acido ♀ cum Alumine concinnatum à *Zobel.* in *sæpe laudato Laboratorio.*

8. ad Febr. Specificum ♀i antifebrile.

9. *Pectoris mala* & raucedinem curat *Acidum* ♀ *Anisatum Zobel.* ex oxytart. cryftall. cum ol. anisi, qvod simul flatus discutit, & ventriculum roborat.

9. ad Pector. mala Acid. Tartar. anisatũ

10. *Ventriculum roborat* ègregiè *Acidum* ♀ *Vinisatum*, ex acido ♀ cum vino Rhenano

10. Ventric. roborat.

Qq præ

1. Acid. Tartar vinilatum præparatum, jucundissimi saporis; itemqve *Elixir* Tart. *stomachicum* ex Acido ♀ ⊕ & Sp. Vini.

2. Elix. Tartar stomachic. 11. *Flatus dissipat*, Intestina & ventriculum roborat *Acidum Tart. Carminativum*, de qvo *infra c.5.* sub tart. ⊕to.

11. Flatus dissipat Acid. carminativū ♀. 12. Tandem laudatur à *Zobel.* externum medicamentum ex *Acid.* Tart. cum Alum. & ⊖ præparatum sub nomine *Specifici Pharingici Tartarei, ad Anginam*, Ulcera faucium, pro injectione in penem, in gomorrhœa virulenta, magni momenti remedium.

12. Ad Anginā Specif. Pharin ginicū. *Et hæc de Crystallis Tartari sufficiant*, plura ex Practicorum & Pharmacop. typis divulgatis libris, qvisqve, cui lubet, subjungere poterit.

CAPUT IV.

DE TART. DESTILLATIONE, ET MEDICAMENTIS INDE PARATIS.

Tartari Dest.

Spirit9 Tartar Modus parādi. DESTILLATIO, Tartar. exhibet *Spiritum, & Ol. fœtidum.*

Spiritus Tartar. simplex communiter paratur per retort. vitr. ex Tart. crud. loto, (melius adhuc ex cremore Tart. seu Tart. depurato, cujus oleum non adeò fœtet *Zvvölff.*

Zvvölff. Ph. Ref. f. 425.) in ∴ aut △ aperto per retorr. loricatam gradatim adhibito, primo exſtillat phlegma, dein Sp. in forma nebulæ, tertio Ol. pingve, fœtens. *V. Sala Tartarol ſ. 1. c. 9. Sennert. Inſtit. Med. 5, 3, 3, 5, 1354.* qvæ ſeparanda invicem. *Glauber. p. 2. furn. p. 100.* Sp. ♀. hoc modo paratum potius Aceti nomine dignum, qvale ex Ling. Guajac. Querc. educitur, judicat, qvàm Spiritum, & alium modum docet per inſtrumentum tubulatum. Cautelas in deſtill. Sp. ♀ obſervandas, notat *Brendel. Chym. ſ. 2. c. 7. p. 134.* 1. 2.

Phlegmatart.

Phlegma Sp. ♀ in deſtill. phlegmati ⊕ unitum, pro genuino habetur menſtruo à *Zvvölff. in Colleg. Pharmac. Mss.* ad educendam Tinctur. ex Arbore maris. *aut* enim ⊕. p. ij. cum Tart. p. j. per ∴. in retort. deſt. donec odor ingratus è Tartaro prodire incipiat, *aut* phlegma ⊕ Tartaro affundit & lentè deſtill. menſtruum qvod absqve omni corroſione Tincturam extrahit. Cui analogum eſt Tinct. Corall. Holſatica *D. Joel Langelots* apud *Schrœd. Pharm. l. 3. c. 6.*

Rectificatio Spirit.

Rectificatio Spiritus Tart. communis, fit variis modis: *Alii* ſeparant prius Ol. MB. tertia vel 4ta vice ſemper vaſa deſtillationi inſervientia, forti lixivio eluendo. *Angel. Sala l. a. ſ. 1. c. 9.* 1. *Alii* ſumunt ⊛ ♀ calcinant ad albe- 2.

 di-

dinem, simul ⊕ ad albedinem calcinant, i[n]dunt retort. & Sp. super hoc rectificant, p[a]rum de Aq. Rosf. Recipienti infundentes, exit
3. Spiritus non fœtidus. *Alii* cum *Ernest. de Ol. Chym. p.* 612. Sp. supra rec. Tartar. rectificant:
4. *Alii* Sp. Tartar. ♀° coagulato affundunt, digerunt hor. 24. abstrahunt 3. vel 4. cohobando prodit Spiritus flavus, odorem ingratum amittens. Fœtor enim in Sp. Tart. provenit ab Empyrevmate ex conjunctione ⊖ volatil. cum 🜍e olei misto, qvod figendũ est, sed notandum qvo diligentiùs fœtor amoveatur, eò imbecilliorem fieri Spiritum.
5. *Alii* rectif. Sp. ♀ affundunt in cucurb. Sp. V. ascendit simul Sp. ♀, remanente in fundo
6. fœtido liqvore oleoso. *Finck. in Enchir. Dogmat. Hermet. p. 6.* saltem ternam cohobationem Sp. ♀ supra Colcothar probat, & Spiritũ tali modo rectificatum, vocat *Spiritum Antipodagricum*, qvi idem Spir. ab *Exc. Laz. Riverio in Observationib9*, rectè sub nomine *Spirit9 Diuretici* memoratur, ut ex *Clave Remediorum Riverianorum communicata*, constat.

Spirit9 Antipodagric9 Fincki. Sp. Diureticus Riveri

Crollius in Basilic. p. 177. supra caryophyl-
7. los Sp. Tart. rectificat aut eundem cum Sp. V. aã. in digestione circulat, ut gratior fi-
8. at odore. *Zobel.* tandem Sp. Tart. super panis biscocti frusta aliqvoties rectific. commendat,

dat, pane aliqvoties mutato, fit *Sp. Cryſtallinus*, qvi pôſt proprio ⊖ acuendus, & dimidia parte Vini Alcohol additione, ſubtilisſimus evadit legitima inſtituta digeſtione, vocaturqve *à Zobel. Sp.* ♀i *rectif. Viniſatus.* Sp. tartar. cryſtallin. Zobel. 9. Spir. Tartar rectif. Viniſatus.

Qui ex cremore Tart. deſtillatur *Sp.* ♀ *à Plani Campi in Antidotaire Veneſien. ſeu Antidotar. ad morbum Gall. p. 307.* vocatur *Aſtrum Vini*, qvod in morbo Gallico valdè commendat. 10. Sp. Tartar exCremore Aſtrum Vini

Joh. G. Schenck. in Mss. Spiritum ♀ parant *per proprium Menſtruum* ſumendo Tartarum calcinat. exin parat Lixiv. qvod ſuprafundit ♀° crudo pulver. reſolvitur tota ſubſtantia, humido abſtracto, reliqvum Tartaro, filtrato liqvore, deſtillatur per retort. in Spiritum. Pari ratione Tartaro cum ♀ crudo conjungit *Glauber. p. 2. fur. c. 68.* & indè Sp. ♀ elicit. Qvomodo Sp. Tart. per Sp. Sarmentor. Vitis præparet *Exc. D. Joh. Michael. V. ſupra l. 2. ſ. 4. f.* 11. Sp. Tartar per proprium méſtruum. 1. 2. 3.

Penetrantisſimus fit Sp. Tart. ſi ſupra proprium ⊖ digeratur, poſt per retort. △ vehementisſimo pellatur tamdiu, donec omne Sal cum Sp. tranſierit, Spiritus Tartar penetrantisſimus.

De Sp. Tart. natura notanda obſervatio *Athan. Kircheri* ex ejus de *Arte Magnet. l. 3. p. 2. c. 3.* ex quo *Harsdörff. in Recreat. Mathem. t. 2. p.* Mira Sp. tartar. Natura

T.2.p.16.§.2. Sp. Tart. nunqvam se miscere Sp. Sp. V. nisi mediante Aqva, qvæ utriusq; naturæ & 🜁eæ & 🜔inæ particeps sit; hinc 4. Elementa possunt demonstrari, si crudum ℥m. indatur vitro, manet in fundo instar Terræ, Sp. Tart. Aqvæ, Sp. V. ter rectif. Aëris, Ol. de Been Ignis locum occupat, & pertinaciter qvivis liqvor commisceri nescius suā sphæram affectat: *pari ratione* idem præstant Liqvor ♀i in fundo, Sp. Urin. in secūdo, Sp. V. in tertio, Oleum in summo loco consistens. Paulo aliter *Renelm. Digby in Theatr. Sympath. p. 93. Elementa repræsentat.* △em qvidem per Sp. V. rubr. Aërē per Sp. Tereb. cœruleum, ▽ per Aq. com̄. viridem & Terrā, per limaturam atram. Pulchrius adhuc exhibet *Situm Elementorum L. Laurent. Strauß Anliater Hasso Darmstad. in Theatr. sympath. p. 225.* per Ol. Tinct. phlegma & crystall. ex Tartaro; *Sic* 🜔 fœcū Tart. exhibet Terrā, phlegma △, Oleum fœcum aërē, Spiritus△, & Oleū Spiritus Æthera. *ib.*

Elementorum repræsentatio 1. 2.

Vires Sp. tartar. simplex

Qvoad Vires, Spiritus Tartari simplex habet vim incidendi, attenuandi, resolvendi, hinc reserat obstructiones viscerum & purgat per sudorem & urinam. Adhibetur in *Paralysi* cum Arcano Melissæ (qvanqvam *Freitag. Auror. Med. l. 2. c. 10.* in Paralysi & Plevritide

non

non adeò Sp. Tart. commodum censeat) in *Plevritide* E.G. cũ Aq. papav. rhæad. antiscorb. Dorncreil. aã. ℥j. Sp. ☽ ℈j. Tart. ℈ß. cochl. g. viij. Syr. papav. errat. ʒvi. *Dravvitz. de Scorb. f. 7. p. 251. in Hydrope* cum Aq. gentian. aq. Theriac. aã. ℥j. Sp. ⊕. Ol. ♎. aã. g. xv. pro ciendo sudore. *Freitag. l. a* in *retentu mensibus* cum Aq. Artemis. vel vino sabinato: in *Peste* laudatur *ab Unzer. Antidot. pestil. l. 2. f. 2. §. 5.* Nec inutilis est *Sp. Tart.* in *Arthritide, Tympanitide, Ictero, Scorbuto, Lue* ♀, *Scabie, Impetiginibus.*

Spiritus ♀ *compositus* plurimis fit modis. Spirit9 ♀ cõpositus

1. *Spiritus Tart. alkalisatus,* dum scilicet Sp. Tart. ejusq; phlegma, Ol. & ex ⊗ extractum ⊖, digeruntur in MB. vase clauso ad dissolutionem ⊖, quo liqvore impastata argilla sicca, & in globulos formata, post per retort. △ nudo destillatur Sp. & Ol. cum ⊖ spiritualiter prodeunte imposterum à Sp. Tart. non separabili, oleum fœtens vero à Spiritu separandum est. 1 Sp ♀ Alkalisatus.

2. *Spiritus Tartari* ⊕*latus* seu *Spiritus* ♀ *aperitivus compositus* describitur à *Schrœd. Pharm. l. 4. class. 2.* ex Sp. ♀ ℔. j. Sp. V. ℥iv. supra Colcothar. ℔. ii. digest. & pòst destillat. quod prodiit cum ⊗ Sp. ♀ comm. digeritur, & facta decantatione ⊖ ♀ pòst unitur. Hunc 2. Spir. ♀ ⊕tus seu Aperitiv9 cõpositus

commendant Sp. ad contumaces viscerum obstructiones, ad fœdos colores, febres diuturnas. *V. Hartman. in Croll. p. 181.*

3. Spir. ⊖. ♀. 3. *Spiritus Tart.* ex *Sale Tart.* de qvo *cap. sequenti.*

4. Spir. ♀ Aperitivus Penoti 4. *Sp.* ♀ *Aperitivus*, seu *Aqua Aperitiva mirabilis Penoti*, item *Antihydropicum Mousfeti*, componitur ex 🜍. ℔. ʒv. Silic. fluviat. calcinat. ℔. v. ♀ ad albed. calcinat. ℔. j prius in
1 cella resolutis, per alembic. cum cohobatione aliquoties, tandem per retort. destillatis, ubi Ex 🜍 ⊖ extractum Sp. acido majoris efficaciæ ergò additur. *V. Penot. in de Medic.*
2. *Chym. p. m. 69.* *Quidam* Sp. ⊖e proprio jam impraegnatum, argillæ impastant, globulos formant, & Sp. de novo per retort: pellunt,
3. tandem rectificant. *Quidam* aliqvid Terræ
De Terra ☉ri ☉ris addunt (quam non solùm mineræ Auri in Hungaria exhibent, sed etiam Silesia nostra in Aurifodinis Reichensteinensibus, præcipuè tamen circa oppidum Zucmantel, ubi Terra ☉is, qvoad colorem croceum, cum Hungarica certat, & anteit, Reichsteinensis verò subpallidior, quarum Terrarum ☉r. varias species oblatas in Tincturas redegi varias, Rubini colore fulgentes) in destillatione jucundissimos accipit Sp. colores & utile esset loco Silicum comm. recipere, Silices circa

Auri-

Aurifodinas natos, quæ Sp. ☉ quodam impraegnati sunt. De hoc *Spiritu Aperitivo*, *V. Hornung. in Cist. Med. ep. 122.* vocatur quoqve Spiritus *Antihydroticus Camerarii*: *V.* quoq; *Hartm. in Praxi p. 224.* Parari etiam poterit hic Sp. per vas tubulatũ Glauberi *D. Keiling. Physic. Islebiens. & Collega Colleg. Naturæ Curiosorum honorandus in Litteris ad Dn. D. Val. Andr. Mœllenbrocc. Physic. p. t. Hallensem*, hunc *Spiritum Aperitivum* valdè commendat ob admixtionem Silicum, quia in eorum Spiritu maximam vim totam corporis machinam innovandi, latitare firmiter credit, forsitan ob ⊖em volatilem, qvi videri in iis, & beneficio Sp. ⊖ secundum modum *Glaub. p. 3. Mineral.* extrahi potest. *D. Joh. Ulric. VVidholtz Phys. Kauffbayrensis in Svevia, olim fidus Itinerum Achates*, plurimos incipiente Tympanitide, morbo ibi locorum communissimo, hoc Sp. ♀ aperit. cum Sp. Lign. Sanct. & Rob. Ebul. misto, curâsse per Litteras attestatur. Idem Sp. Tart. compos. Extractt. hydropico cum Sp. fl. sambuci unitus, excellentem *Essentiam* exhibet *Hydropicam*. Cú Sp. Aperitiv. In Tympanitide. 2. in Hydrope. Aqua Antyhydrotica.

Huic analoga est Aq. *Antihydrotica Hartm. in Prax. p. 261.* ex ⊕ ♀, Sp. V. & rad. vincetox. 5 Sp. ♀ compos. ad Arthritidem vagam

5. *Sp.* ♀ *compositus ad Arthritidem vagam* fit, unione & digestione cum Sp. C. C. Lign. Gua-

Guajac. fl. Sambuc. &c. egregie ♀m resolvens, & ⊖ volatile nervos qvod feriendo dolorum excitat, discutiens per sudorem.

6. Spir. seu Liquor Dianæ. 5. *Sp. Tartari ⊕tus seu Liquor Dianæ* ex ♀ p. i. ⊕. p. ij. invicem destillatis, describitur à *Tenzel. Exeg. p. 655.* cujus dosis ℥ij. ad sudandum in omnibus internis obstructionibus, in sangvine grumoso, in scabie ad mundificandum &c.

7. Spir. Tartar antiscorbuticus. 7. *Sp. Tartari antiscorbuticus* paratur à *Johan. Dravvitz.* Practico qvondam Lipsiensi non infelici ex Sp. ♀. & Sp. cochlear. ⊕. suprafuso & tandem per retort. destill. simul. *V. Eund. in de Scorbut. s. 3. p. 159.*

8. Spir. Tartar adPeste. 8. *Spiritum Tartari ad Pestem* describit *Ernest. Burggr. in de Ol. Chym. p. 621.*

9. Spir. Tartar compositus Theriacal Salę. 9. *Spir. Tartar. compositus Theriacalis Ang. Salæ s. 1. Tartarol. c. 9. p. 136.* componitur ex Sp. ♀ simpl. Aq. vit. junip. aā. ℔. ijß. Ther. Androm. ℥jv. Camphor. ℨß. Ol. rad. carlin. petas. angel. aā. ʒß. digestis & per MB. destil.

10. Sp. ♀ Theriacal. Paracel. 10. *Sp. Tartar. Theriacalis, Paracelsi Diaphoreticum in peracutis*, aliis *mistura de Tribus Deodat. in Panth. l. 2. c. 16. p. 162. Diatrium Hermeticum*, *Mistura de Tribus Grasebecii*; quia hic in plurimis morbis eadem felicissimè est usus *Brendel. Chym. s. 2. c. 6. p. 85.* item *Mistura simplex, Arcanum caducum. Parac. l. de Reb. natur.*

natur.c.8.Freitag.in Auror.Med.l.1.c.8.mixtura Tart. 🜔*ta* constans ex tribus rebus, naturali & animali spiritui respondentibus, elaboratur ex Sp. Theriac. Tart. 🜔, Camphor. De cujus eximio Usu in Peste, malignis, imò & intermittentibus Febribus, in omnibus obstructionibus, Ictero, Scorbuto, ad infringendam venenorũ vim &c. præstat silere qvàm pauca dicere. Consulatur *Unzer. qui l. 3.de Pest.c.18.p.244.* ejus usum in Peste propria experientia depingit. Paulò aliter paratur hoc *Diaphor. in peracutis à Tenzel.* qvi ex Sp. Tart.super ⊛ suum rectif.℔ j.Sp.🜔 volat.siv. & Sp. V. ℔. ij: componit, digerit cum Colcoth. 🜔 & ⊛ Tart. pòst per retort. destillat. *V.Tenzel.Exeg. Chym.p.656.* Non multum discrepat *Mynsicht.LiqnorDiaphoreticus sect. 20. p.335.* qui paratur ex Aq.Theriac. Sp. Tartart. Lign. Guaj. Terra sigill. Liqvor. Corall.& perlar. *Augustani in Disp. f. 426.* Spir. *Diapente* laudãt, ex Elix.Propr.Sp. Theriac. camph. Sp. 🜔 ♀, ⊖, *Zwölff.in Ph.Ref.f.428.* Sp.*Diatrion.* parando loco Sp.Tart.comm. adhibet Sp. ♁ Tartarisat. de qvo paulò pòst §.14.

1.
2. Diaphoret. in peracutis Tenz.
3. Lig. Diaphoricus Mynsicht
5.
4. Aug. Diapente.

11. *Cum Sp. Tart. & 🜔* singulariter præparatis fit *specificum Purgans Paracelsi,* de quo laboriosè *Croll.Basil.Chym.p m.126. J. P. Lotich. in Pharm.spagyr.c.26. Zwölffer in Colleg. Pharmac.* — 11 Specificum Purgãs Paracel

12. *Spiritus* ⊕ *Tartarisatus* seu *Aq.* ⊕*ta sudorifera Ang. Salæ* elaboratur ex Tartarea ⊕. ad cujus ℔. j. Sp. additur Sp. V. ℥j. pulv. Diambr. ℈i. & rectif. per retort. purificat sangvinem, consumit omnes humores invisibiles per habitum corporis dispersos, per sudorem & per urinam. *V. Ludov. Combachius in Mantissa ad Ang. Salæ Opera de Antid. pretios. §. 7.* 12. Sp. Vitriol Tartarisatus Salæ

13. *Spiritus* ♀ *antiplevriticus* destillatur ex ♀ crud. ℔. j. ⊖ ℔. ß. Liqvor ab Ol. separandus, & in MB. supra Colcothar rectificandus. *Ex Collect.* Aliter paulò paratur *à Penoto in de Medic. Chym. p. 58.* sumendo ⊖ ℔. v. ♀. ℔. j. 13. Sp. Tartar antipleuriticus.

14. *Spiritus Tart. compositus antipodagricus* à magni nominis Chymico ita præparatur. ℞. Tart. alb. crud. & ⊕. aã. dest. per retort. qvod egreditur turbidum supra ⊛ in retort. lutatâ rectifica tertiâ vice, fit clarus Spiritus, ad cujus pondus adde dimidium Sp. V. adde qvòq; ⊕ albis. & Tart. calcin. aã. destilla simul qvousq; omnis Spiritus exierit: hinc ad qvãlibet ℔. j. Liq. adde sassafr. ℥iii. Zingib. alb. ℥iij. galang. Theriac. Andr. aã. ℥iß. croc. gr. vi. circulentur per 6. sept. & subtile à spisso separandum per inclinationem, valet in Podagra, in Ischiade, in Colica, Iliaca, Lue ♀ multos chronicos morbos sanat, si ad 30. dies sumatur 14. Sp. Tartar compositus antipodagricus.

matur & semper 5. die purgans instituatur.

15. Sp. Tartar ♁atus. 15. *Spiritus Tartari ♁atus* paratur.

1. Apoplecticus. 1. *Ad Apoplexiam à Zvvölff.* ex ♁ crud. & cremor. Tart. per retort. dest. qvi postea Sp. ♀ & Sp. ex sacch. ♄. & Sp. ⊕. volat. jungitur. *V. Pharm. f. 429.*

2. Epilepticus. 2. *Ad Epilepsiam* ab Eod. ex cremor. ☿. ⊖ purif. & ♁ crud. aã. morè Glauber. facta destillatione per vas tubulatum. *V. Zvvölff. Ph. Reg. f. 68.*

3. Alexicacus & Aperitivus 3. *In Peste*, obstructionibus, & putredine sangvinis & ♁ aã. *Glauber. p. 2. furn. c. 43.* ejus ⊛ Regulum exhibet. aut fit. *Eod. docente c. 76.* ex vitro ♁ & Tart. crudo in copia Extract. ex qvo eliciendus Spiritus est.

16. Sp. Tartar ⦶tus 16. *Spiritus Tartari ⦶tratus* ex ⦶ & Tart. aã. per tubulat. vas destill. in febribus malignis & peste utilissimus. *Glauber. l. a. c. 42.* ex cujus ⊛ Ol. Tart. per deliq. elicitur.

17. Sp. Tartar 🜍atus 17. *Spiritus Tartari 🜍atus* ex 🜍. p. i. Tart. crud. p. ii. ⦶. p. iv. per tubul. vas fiat destill. *Glaub. 2. furn. 47. aut* ex mistur. ☿i p. i. 🜍. p. iß. ⊖ p. iij. fiat Tart. fulminans, qvi beneficio singularis vasis instar ☉ fulmin. in flores & Spir. potest reduci. *Ib. c. 48.*

18. Sp. Tartar Salinus 18. *Sp. Tart. cum Sp ⊖ circulatus* est summum arcanum contra dolores arthriticos *Ernest. de Ol. p. 618.*

19. Sp.

19. *Spir. Tart. metallisatos* 7. cum 7. metallis paratos per vas suum tubulatum principalioribus membris inservientes, parat. *Claub. p. 2. furn. c. 79. seq.* 19. Spir Tart. metalli sati.

20. *Tinctura nephritica Ammelungi Lips.* paucis abhinc annis adeò decantata cõstans ex 4. Rebus, Tartarum & Silices ☉res pro basi agnoscit, & Salina correctione acui potest. Ejus ☉ Elixiviatum exhibuit in præparatione ♀ ♁ colore aureum pomum referens, postea siccatum albissimum factum est. A qvibusdam hanc Tincturam, sub *Tinctura* ☉ *nomine*, qvamvis minùs rectè, divenditam fuisse, constat. 20. Tin ctura nephri tica tar tarea.

21. *Clyssus* ♁ *seu Acidulæ Artificiales* aut potius *Aqua Stimmi Tartarea* ♁, ♀ & ⊕ recipit: in cujus præparatione Flores simul prodeuntes separandi, & ♎di, ex ☉ verò ♁ *Diaphoreticum* more communi parari potest. *Joh. Thold. Haliograph. p. 4. p. 331.* Aq. Tart. per retort. tubulatam pari modo ex solo ⊕ & Tart. rubro parat per deflagrat. & destill. qvam intra adciendam urinam, extra ad sananda vulnera commendat. 21. aqva stimmi tartar.

22. *Spiritus Tart. dulcis* non fœtens paratur cum Sp. V. aã. in digestione circulando, vel si aliqvot gutt. Ol. ⊕ cum ʒ. vel 4. cochl. Sp. V. digerantur, & postea Tartari Sp. misceantur. 22. Spir tartar. dulcis, 1. 2.

antur *Lotich. Ph. spagyr. c. 29. Spir. Tart. dulcen Deodat. l. 3. Panth. c. 22. p. 142.* vocat verum pul-
3. monum curativum.

23. Sp. tartar. cum Acet. dest. unitus — 23. *Spiritus Tartari Aceto destill.* unitus exhibet menstruum, cum quo ex Magnesia parari poterit ♎t. qvod cum ♂is pollinein currentem ☿m abit, à multis qvæsitum, qvi si cum ☿ vulgari aāātus imbibatur & aliqvot horis △ per follem incitato exerceatur, id qvod remanet acet. destill. extrahatur, ⊖m dat philosophicum omnes febres tutò curantem. Dos. 2. 3. 4. gr. *V. Deodat. Panth. l. 3. c. 15. p. 54.*

ex quo ⊖ philosophicũ antifebrile

24. Opotartarũ Paracelf. — 24. *Opotartarum Paracelf. ad Febres Intermitt.* ex Tartaro in vino generoso sol. ad consist. pultis ℔. i. Opopan. acet. pp. ℥ß. m. & per retort. △ forti destill. *V. Hornung. Cist. Med. ep. 115.*

25. Liqvores tartari. — 25. His Tartari *Spiritibus compositis annumerari possunt Liqvores Tartari,* qvalis

1. Liqvor Diaphor. tart. cũ succis D. Rehfeldi. — 1. *Liqvor Tart. Diaphoret.* cum Succis *D. Rehfeld Chymic. Jenens.* ex Succ. express. Piperitid. ℥iv. Cochl. Raphan. min. Nasturt. Aqvat. Hortens. aã. ℥ii. Sp. Tart. ℔. i. m. dest. in MB. Dos. ℈ii. ad ʒvi. in Melanch. Hypochondr.

2. Liquor tart. Diuret. — 2. *Liqvor Diureticus* ex Sp. Tart. ℥i. ⊖ volat. C. c. succin. aã. ℈i. ⊖ meliss. ʒi. solv. in phiol.

phiol. Dof. ʒß. in fero lactis dulcorato, in Melanchol. uterina.

3. *Liqvor Antihecticus Ejusd Rehfeld.* ex ⊖ volat. è fang. hum. puriff. ʒi. Sp. Tart. de Conf. Rof. in B. ficco aliqvoties cohib. ℥j. folv. Dof. ʒß. ʒj. 3. Liq. Antihectic.

26. *Annumerantur* qvoq; *Elixyria Tart. composita* D. *Zobelio* ufitata, qvalia 26. Elixyria ♀ Zobel.

1. *Elixyr Tart. volat.* ex Tart. ⊕, Corall. cum Sp. Tart. vinifat & Sp. ⊕. qvod ad omnes obftructiones, & melancholicos affectus, & ad fcorbutum mirè commendat. 1. Elixir Tartar volat.

2. *Elix. Tart. Diaphoret.* ex oxytart. Sp. V. Sp. Tart. & Sp. ⊕. ♀. 2. Elix. tart. Diaphor.

3. *Elix. Tart. Peftilentiale* ex acid. Tart. Sp. V. Sp. ⊕. Sp. ♀. camph. & fperm. Ceti. 3. Elix. tart. Diaphor.

4. *Elix. Tart. Arthriticum* ex fp. Tart. rectif. Liq. Tart. Lithontr. & Tinct Tart. maximè refolvit Tart. coagulatum ad gutt. 18. fumt. pro fudore. 4. Elix. peftilentia.

5. *Elix. Tart. Antiplevriticum* ex Tartart. cum fp. Tart. fp. fulig. C.C. ⊖ gemm. & fp. V. præp. adhibetur in pleuriride vera, & notha. 5. Elix. tart. Arthritic. 6. Elix. tart. Antiplev.

6. *Elix. Tart. Aperitivum* ex Acido Tart. cum fp. V. fp. Tart. ⊖ in obftructionibus mefenterii, in ictero, in fuppresfione Urinæ fpecificum.

7. Elix. Tart. Scorbutis — 7. *Elix. Tart Scorbuticum* ex Tartar. cum succ. becabung. Nasturt. Cochlear. Centaur min. Card. bened. Sp. 🜕 &c.

8. Elix. tart. antivenereum. — 8. *Elix. Tart. antivenereum* in Lue ♀ ex acido Tart. rasur. Lign. Guaj. Sassafr. Sarsap. Lign. frax. cui pro menstr. adhibetur Destill. ex Tart. crud. Lign. Guajac. sarsap. & Sp. 🜕.

Olei tart. rectificatio. — *Oleum Tart. fœtidum* quod à phlegmate & Sp. separatum, corrigitur cum Aceto dest. per retort. in △ aperto, tunc eliciatur cum aceto, atque emanat nunc rubrum; nunc ci-
1. trinum, recipit enim Acetum Empyrevma,
2. & ol. aureo colore sine fœtore succedit. *Lotich. Ph. spag. c. 29. p. 210.* Sunt, qui cum *Glauber.* per Sp. 🜔 fœtorem aufferre studeant, sed videndum, ne totali secretione fætoris omnis 🜔 volatil. fiat jactura, in quo tamen plurima
3. est activitas. *Sala in Tartariol. s. 1. c. 9.* affusa magna quantitate Aquæ in MB. oleum re-
4. ctificat. *alius Chymicus* Ol. Tart. ℔. i. supra Calc. viv. ℔. ij per retort. rectificat, sumendo
5. post novam Cal. vivã & laborem ter repetendo, quem tamen modum non inconvenienter tavat *Zwölff. in Ph. Ang Ref. f. 276.* quod Calx viva omnes Virtutes Olei à 🜔 volat. proficiscentes, omnimodè destruat. *Glaub. p. 2. furn c. 68. p. 136.* Ol. Tart. supra proprium △e calcinatum 🜔 rectificando limpidum fieri affirmat.

Usus

Usus Olei destillati Tart. internus rarus, sunt tamen, qvi adversus dolorem colicum & suffocationem uterinam adhibeant ad gutt. 3. 4. Us9 Oleo Internus.

Externè magnæ est efficaciæ ad sistendos dolores podagricos, item ad dissolvendum coagulatum 🜿m si Empl. loco Renibus applicetur: *Glauber. l. a. Idem Ol.* ad phypellas Ohrenzwang/commendat *Hartm. Prax. p. 418.* aliàs inprimis Ungv. ad Scabiem & Luem 🜿eam utilissimè adhibetur; qvod duros callososq; tumores dissolvit. *Sala* 🜿*rol. f. 1; c. 9. p. 131.* in nodosâ podagra indè Oleum parat. Externus.

Cum *Oleo* ex *cremor. Tart. unica solutione parat.* destill. ℔. ß. cum cinerib. farmentorũ vitis q. s. pro confic. Massa, ut ad siccitatem reducatur Ol. facta destill. per retort. vitr. in ∴ elaboratur à *Zvvölff App. Pharm. Ref. f. 61.* *Oleum Tart. spleneticum externum* qvod scirrho Lienis optimè medetur. Composita ex Ol. tart. Destill. 1. Ol. Tart. spleneticum. externũ Zvv.

Aliud Oleum 🜿 *splentic. compositum* parat *Zobel.* ex 🜿° crudo dest. cum gumm. Amon. Camphor. Ol. capp. rectific. super farinam laterum. 2 Aliud Ol. tart. spleneticum.

Idem Zobel. Ol. Tart. camphoratum conficit ex ol. Tart. destill. addendo camphoram, illud adjungendo Cer. Colophon. Tereb. Cœpas assat. & Ol. cappar. redigit in *Empl. spleneticum Tartareum*, utilissimum pro induratione & obstructione Lienis referanda. 3. Ol. Tart. camph. spleneti. 4 Empl splenetic. tartareum.

5. Balf. Tart Arthriticum. Pariter ex Ol. Tart.comm.dest.rectif.componitur à *Zobel. Balsamum ♀ Arthriticum* ex Ol. scil. Tart. Saponis, & adipe Cicon. qvod præcipuè in Arthritide vaga confert.

6. Balf. Puerperaru ♀ Tandem *ab Eod.* ex Ol. Tart. destill. correcto *Balf. Puerperarum Tartareum* ex Ol. Tart. adipe Cicon. Castor. & pingv. viper. ad dolores post partum pro inunctione, commendatur qvoqve in suffocatione & procidentia Uteri.

Ex ⊕ Tart. filtrum philosophicum. Ex ⊕ *SpiritusTart.* paratur ⊖ Tartar: qvod extracto ⊖ relinqvitur ⊕, adhibent pro *filtro philosophico* in paranda *Manna Aluminis*, ut corrosivam Aluminis adstrictionem ad se trahat Si ⊕ extracto Ol. & Sp. cum 🜂 calcinetur, illud fieri crystallinum pulcherrimum, testis est *Ernest. de Ol. Chym. p. 622.*

CAPUT V.

DE

SALE TARTARI, ET MEDICAMENTIS EX EO PARATIS, ITEMQVE OL. TARTARI PER DELIQVIUM.

De Sale Tartari.

Parádi modus. SAL Tart. *vel* ex Tart. crudo aut qvod melius, ex *Tart.* semel soluto & crystallisato pòst ad albedinem in furno figulino calcinato: *aut* elixiviatur ex ⊕ pòst destil-

destillat. Sp. relicto, *aut* deniqve ex ⊕ um Tart. ubi accensum deflagraverit, calcinato. Et hoc *Sal vel* in Liquorem reductum, *vel* siccum asservatur, prius sub *Ol. Tart. comm. seu Liq. Tart. per deliquium* nomine venit, posterius nomen ⊖*is Tartari retinet*. ⊖ ♀ resolutū seu Ol. tartar. per deliq.

I. DE OLEO TART. PER DELIQVIUM.

⊖ ♀i præcipuè paratur ex Tart. in figulino furno △ reverberii ad exactam albedinem calcinato, si parumper irrigetur, & in cella in marmore vel sacculo, ut eliqvescat, ponatur, undè ejus magna pars in oleum abit. Cum verò propter terrestres fæces conjunctas, qvod remanet insolutum rursus calcinetur, totum in Liqvorem abit. modus parandi 1. communis. *Petrus Argillata*, teste *Evonym. Thes. p. 497. Oleum Tartar. per deliq. subrufum* beneficio Aceti parat calcinat. sub prunis: & *aliud* cum cohobatione per Sp. V. *Rub. de Destill. 2, 2. p. 100*. 2. Ol. Tartar. per deliq. sub rufum. *Paracelsus Liq. Tart. dulcem non pingvem, Mumiam* dictam, paravit ex Tart. calcinat. per aquam culiculæ dulcorato, exiccato & Sp. V. rectif. 15. vel 16. vicibus destill. tandem in marmore resoluto. *V. Libav. l. 2. Alchem. t. 1. c. 29.* 3. Mumia tartar. Paracelsi.

Oleum ♀ rosarum odore fragrantissimum per deliquium paravit Dn. *Fernier* in Galliis tum 4. Ol. tart. rosarum odore.

temporis cum roseta se in florem induebant, hinc *Renelm. Digby in Th. sympath. p. 52.* odoris causam rejicit in aërem, atomis ex Rosis plenum existẽtem. seq; ob fortem Tartari attractionẽ in aqvã mutantẽ, ut odor narib^s se obtulerit eo in loco in qvem atomi unà coactæ fue ant. Summoperè etenim corpora calcinata magnâ qvantitate attrahunt aërem, adeò, ut teste *Eod. Digby l. a. p. 88.* si Tartari extremo △ gradu in igneam planè substantiam translati ℔. j. aëri ad eliqvandum exponatur, decem Ol. Tart. libræ accipiantur, attrahendo ita & in corpus redigendo aërem ambiẽtem, & qvicqvid in eo involvitur. Et præter hanc Digbæi Authoritatem, *experientia* probat *de* 🜕, cujus 🜔 si statim à destill. calidum adhuc ex parte exponatur, adeò Aërem attrahit & imbibit, ut indè *Aqua Chaotica* absqve ulla alterius liqvoris additione, destill. possit, qvæ in rectif. aliis unita, egregiã exhibet Medicinam. Et *mirandum*, singulis annis *Ol. hoc* Tart. *rosatum*, cum rosæ florerent, ob affinitatem cum volatilibus rosarum Spiritibus, per aerem dispersis, per attractionem, fermentationem subiisse eo tempore prætérlapso rursus odore privatum. *Digby l. a. p. 109.*

Oleum Tartar. revera non est Oleum, nec flammam concipit, sed saltem Liqvor ⊖ resoluti,

Quoad

Quoad Usum adhibetur *Ol. Tart.tum* pro conficiendis variis medicamentis internis, *tum* per se externè Ol. hoc adhibendo. Us9 Ol Tart. per deliq.

Hoc Oleum ♀ *habet* miram *vim edulcorandi Aquas fortes*, *inquit Jacob. Fabric. Colleg. Chym.f.2. art.8* & eâdem ratione humores acres in corpore, è qvibus cancri aliaqve ulcera cacoëthe proveniunt, compescere creditur, undè *Idem Ol.Frid. Helbach. in Olivet.l.1. c.114.* ad Ulcera putridâ carne scatentia, pro usu externo commendat.

Conficiuntur beneficio *Ol. Tart. Magisteria & solutiones*, dũ metalla, mineralia, partes animaliũ &c.acrib⁹ mẽstruis resoluta, hoc oleo Tart. in calcem ⩪tur, qvod hactenus ob pugnam ex contrarietate Spirituũ ortam, fieri creditum est; *Th. Willis* tamen *in de Ferment. c.11.p.86.* aliter sentit; quod Sal fluidus Acetum, *inquit*, dissolvit, fixus ⩪at, itaqve fit ⩪atio non propter particulas Salium discrepantes, sed propter easdem affines in mutuos amplexus ruentes. 1. Ad praeparationes medicamẽtorum. Observationes de magisteriis. 1.

Dubia an Tartar: resol. sit appropriatum menstruum ⩪di acribus mẽstruis soluta v. apud *Gunth. Billich. in Delir. Chym. Laurenb. §. 11 p.37.seq.*

Hoc pacto fit *Magist.* ☉ seu *Ceraunochrysos, magist.Cinnab.Hungar.* in Paralysi arcanũ, itẽ

Magist. Gemmar. Corall. ex ocul. ♋ Lap. percar. ovis struthii, &c. Et sunt, qvi cum *Gru-*
2. *ling. Flor. p. 9. c. 6.* hoc Oleo parata Magisteria, pulverisatis simplicibus, penetrantiora & subtiliora censeant, sunt tamen hodiè plurimi, qvi cum *Glauber. p. 2. furn. p. 18. & Zvvölff. Ph. Ref. f. 447.* ea paucarum virium esse censeant, qvod qvidem tales res in subtiles atomos conversæ sint, per ♃nem verò menstruorum solventium partes qvoqve tenaciter admistæ & in calcem redactæ, qvæ, si △i violentiori committantur, nec Sp. nec volat. θ qvicqvam emittant, sed fixum remaneant instar C. C. ustione calcinati. *Per* ♃*t. Ol. Tart.* fiunt qvoqve *Flores* ⊕ per secessum purgantes *Knœffel.* Sic *Magisteria Vegetabilium* pro Balf. colorandis parant *Mynsicht. f. 1. Armam. Ch. p. 40. & Zvvölff. Ph. Ref. f. 444.* ex herb. in aq. coct. addito Ol. Tart. undè decoct. colatum solutione Onis ♃tur. qvanquam & talia *Magisteria* pro usu interno adhiberi possint, ut ex Centaur. min. eodem modo fit febrifugum.

Magisteria vegetabilium.

Inprimis si ol. Tart. affundatur Sp. ⊕ sedata ebullitione, factaqve coagulatione fit *Tartarus Vitriolatus*, decantissima medicina adeò ut *Croll. in Bas. Chym. p. 13.* dicatur *Universale digestivum*, alio nomine Tart. *alb. Vitrio-*

Tart. Vitriolatus simplex.

triolatū fixum, p 16. & ⊖ Tartari Vitriolatum., *⊖ Tartari essentificatū fixum p. 19. Tartarum fixum Penot. de Medic. Chym. p. 190. Tartarum alb. Vitriolat. calcinatum Muller. in mirac. Chym. l. 3. c. 4. §. 2.*) & exhibeat in febribus præcipuè in Quartana, in obstructionibus mesaraicarū, Mensium, imò in morbo virgineo. *V. Horst. dec. 5. Publ. quæst. 5.* Non tamen Universalis Digestivi nomine dignum esse, censet *Ant. Gunth. Billich. Observat. Parad. Chym. l. 2. c. 7.* tam miranda enim præstat in ardentibus febribus, qvàm Oleum Camino additum: & succos morbificos incrassationis indigos, nō mitigat, sed acerbat, acuit, irritat. *V. Eund. l. 1. c. 7. Freitag. Auror. Med. l. 1. c. 8. & l. 2. c. 10.* maxima etenim corporum & humorum peccãtium diversitas. *V. Sala in Tartarol.* In vino passulato plerumqve dissolvit & exhibet. *Freitag. Auror. Med. l. 1. c. 8.* Vomitum interdum excitat Croll. modo paratus, si tamen ol. Tart. ex depurato Tart. paratum sit, nunqvam nauseam movebit.

Quidam aliis modis ♀*m* ⊕*tum simplicem* elaborant. *Grüling. Floril. p. 3. c. 2. p. 39.* ⊖ Tart. in aq. calida solvit, post Sp ⊕. ♀t. & Acidum Tart. nominat. Varii tartar. vitriolati pręparandi modi.

1. *Alii* ℞. Tart. crud. ℔. i. affundunt Liq. ⊕. ℔. ii. destill. per retort. △ aperto, donec nihil

2.

hil ultra exeat, frigefactum extrahunt aqv calida, filtrant, evaporant in alembic. per B. ad medietatē, qvod in fundo manet, ponitur in cellâ ad Crystallisandum pro Tartaro ⊕ro. Hunc *Tartarum* ⊕*t.* ex ☉ Sp. Tart & ⊕. destill. uniti paratum Tart. *antifebrile* vocat *Zobel*, sudorem enim inprimis excitat & febrium mineram extingvit. Convenit *cum* ☉ in præparat. menstrui pro extrahen-

3. da Tinct. Corall Holsat. per Phlegma Vitr. & Tart. de qvo supra, idem enim ☉. *elixiviatum*

4. *tum Tartarum* ⊕*at.* præbet. *Qvidam* compendiosiori via ☉ ⊕ cum ♀° calcinant, sinunt fluere in Liq. in cella, qvi liqvor purificatus, coagulatur sine sumtibus, & hoc præ-

5. cipuè valet in calculo. *Tenzel. exeg. p. 731.* ♀ū ⊕tū parat ex ⊖e è ☉ extr. cui ol. ⊕ aā. aam scet, exiccat, fortiter calcinat, qvod mitius redditur, si Sp. V. ab eo aliqvoties abstrahatur. *Idem* testatur, si qvod ☿ vitæ solubile habet, atq; iterum in ⊖ eductile, Sp. ⊕ superfuso excipiatur, & in ♀ ⊕ i unionem adoptetur *utro* purgans exhibere. *Tartarum Vitriolatum*, seu *Acidum Tart. Carminativum magisteriatum* parat *Zobel*, ex acido Tart. lixiv. Tart. sol. & post Sp. Vitr, ⊤to, qvòd post addito parum Ol. Aurant. & Menth. cum

6. fructu exhibetur in Colicis doloribus. *Idem* deni-

deniq; ♀m ⊕*tum crystallinum* confecit ex ☉ 7.
à *Sp. Tart* relicto, ad albedinem reverbera-
to, aqva soluto, coagulato, rursus soluto & 8.
affuso Sp. Vitr. q. s. pro grato acore solut.
pòst facta abstract. remanserunt *crystalli* ⊕*ti*,
qvos crystallos *Id. Zobel.* additione olei A-
romatici flavi redegit in *Catharticum Tarta-*
reum sub *Tart. Vitr. Purgantis* nomine, cujus Tart. vitriol purgás
dos. gr. 12. ad 20.

De usu *Tart. Vitr. Medico V. Grüling. Flor.* Us9 tartar Vitriolati
l. a. p. 38. Croll. Basil. Chym. p. 18. Et paratur ex
Tart. Vitr. Liq. Tartareus Mynf. f. 20. Arm. p. Liqvor tartar.
337. qvi universale Digestivum vocatur.

In *Chymicis* ex Tart. ⊕ o cum *Sp. V. men-* 1. Medicus.
struum nobilissimum præparari potest qvod 2. Chymicus
solvit omnia metalla, priùs menstruis corro-
sivis soluta, & aq. salsa in calicem ⊽ta: idem
solvit omnia mineralia saltem pulverisata, Ex eo méstruũ nobilissimum.
itemqve omnes gemmas ☽ tantùm priùs
calcinatas; qvod licèt paucis notum, atta-
men effectu non caret.

In Physicis notandus est *Tart. Vitr.* usus. Re- 3. Physicus ad resuscitationem Plantæ
fert *Borellus Cent. 3. obs. Medic. Phys. 71.* Chy-
micum è Tart. Vitr. plantam altam instar ju-
niperi integram enatam produxisse, qvæ
cum multis & innumeris ramusculis ab uno
trunco emanantibus in medio vasis spontè
orta fuerit. Pertinent huc verba *Author. de*
Cons

Extartar. integra Vitis producta. *Consanguin.* ☉, *sacch. & vini p. 43.* viderunt plurimi, *inqvit*, festivissimo spectaculo in Holsatia apud Ducem Frideric. in ejus Laboratorio. Tartarum resolvi in Uvas variæqve magnitudinis botros non peregrino aliqvo fermento, sed illo ipso, qvod erat ex Tartaro, id qvod deinceps multoties cum jucundissimo successu alibi tentatum est, qvo ipso labore Tartarus non solùm facilè solvitur, sed & in penetrantissimum facessit Spiritum. *Hæc ille.* Et posse *talia plantarum phantasmata* in phiolis, hermeticè sigillatis, produci, calore benigno supposito, beneficio ⊖ plantarum, aut, ut alii volunt, è tribus plantæ principiis, exempla plurima annotata. *V. Borell. cent. 2. obs. 21. cent. 3, 11. & 71. cent. 4. obs. 62. Quercet. in Defens. contra Anon. c. 23.* de Urtica suscitata. *Id. l. 2. Pest. Alexic. c. 5. V. quoq; Libav. in syntagm. Chym. l. 1. c. 22. Cl. Sennert in de Cons. & Diss. Gal. c. Chym. c. 10. f. p. 262* qvi experientiam oppugnantibus rationibus à *Freitag. in Noctib. Med. c. 64.* adductis præponit. *Ruland. problem. Chym qvæst. 16. Camerar. Memor. Med. c. 3. §. 92. 93.* Imò & resurrectionem, seu resuscitationem *animalium* in phiolis esse possibilem, exēplo Cancrorum docet *Borell. cent. 4. 34.* de Rubeta *Camer. cent. 9. Memor. §. 24.* de serpentibus. *Id. c. 5. §. 85.*

Possibilem Plātarum resuscitationē

Alii & Animalium

§ 85. Et memini, me aliqvoties in destillatione Sp. è Corde Cervi, ⊖ volatile simul egrediens, lateribus Recipientis adhærens, exactissimè Cor cum truncis resectorum vasorum per aliqvot temporis spatium jucundissimo aspectui exhibuisse. *Sic* in Aq. stillat. spermat. Ranar: Ranarum imagines fuisse repræsentatas, non aliter, ac cum ⊖ absinthii absinthium repræsentatum ex observatione *Joh. Dan. Horstii* notavit *D. Schred. in præfat. Pharm. l. 5. de Zoolog.* Artificiũ hoc resuscitandi plantas callere dicitur Franc. Joseph Burrhus, qvi relictis Alpibus, Argentinam inhabitavit, cui Frischmannus Christ. Regis Residens, Anno 1660. publico elogio edito, testimonium perhibet, qvod sit potens Artifex Spiritum concipere Mundi Plantas in cineres, manente cujusve figurâ, deducere, earundem cineres suis cum cujusvis lineamentis Talismanicis, ad eandem speciem reducere, Ignis beneficio ritè suppositi Balnei Mariæ. Qvanqvam, an hujus viri nimia fama duratura sit, subseqventium annorum series, quæ unicuiqve suum ex æqvo tribuit, edocebit. *Processum* hujus artificii exhibere conantur *Harsdörff. T. 3. Recreat. Math. p. 9. §. 26.* beneficio potissimum ⊖ *philosoph.* ex *Aq. Roris majalis. V. Grembs in Arbore Homin. l. 3. c. 3.* Quomodo fiat.

§. 105.

ſ.105. & exemplum de Roſa proponit. *Joh. Carol. Roſenberg. in Rhodol. part. 2. c. 33. p. 395. Edit. 2dæ.* Sed hæc experientiæ, & ulteriori ſcrutinio indaganda relinqvimus.

Tartar ⊕tus compoſitus. *Tartarus ⊕tus compoſitus* fit *diverſimodè.*

1. Tart. ⊕t. ☉r. 1. *Tartarus ⊕tus ☉ris.* fit ex ☉ fulmin. p. i. Tart. Vitr. p. iij. probè miſta, fluant in furno anemio, per horæ qvadrantem, evadit Diaphoreticum in omnibus affectibus Cordis & cerebri utilisſimum, ex qvo cum Sp. V. Tartariſato elici poteſt *Tinct. ☉i.*

2. Tart ⊕t ☽r. 2. *Tartarus Vitriolus ☽ris* fit ex ſolut. ☽ in Sp ⊕ & ≑ Ol. Tart. aut laminæ ☽ cum Tartaro Vitriolat. facto S.S.S. redecuntur in pulverem viridiuſculum, inſigne antihydropicum, è qvo cum Sp. ardente ♄i elici poteſt *Tinctura.*

3. Tart ⊕t. ♂ 3. *Tartarus Vitr.* ♂ ex ſolut. croc. ♂ ſaccharin. cum ol. Tart. ≑t.

4. Tart vitriol. ⊖al mod. 4. *Tartarus Vitriolat. ⊖al.* ex infuſione croci metallor, cum Liq. Vitr. & Tart. qvi optimum mundificativum eſt ſangvinis. Cum vitro ⊖ ⊕, *Tart. & Sp. Vitr* parat *Tartarum*

1. *Vitr. Emetico-purgantem Zvvölff. Append. Ph.*

2. *Aug. Ref. f. 78.*

3. Alii *Tartarum Vitriolatum ⊖al* dum conficiunt, Tart. ſinunt fluere in furno anemio, addunt ⊖ pulv. qvod exemtum in vaſe ♂ cum

aq.

aq. coqvunt ad consist. ⊖, quod in illo vase per se fluit in Ol. seu Liq. auratum, qvi addita certa proportione Ol. Vitr. facessit in rubrũ coagulum, virtutis diaphoreticæ. Dos. gr. x. xv. *D. Knœfelius* tandem Tartar: cum nor. ♁ alb. fix. aã. calcinat in ✝lo △e aperto 4. hor. ut uniantur, resolvitur in cella in oleũ, qvod cum Sp. Vitr. coagulandum est & siccandum, fit optimum secretum in febre malignâ; & Colicâ. Dos gr. v. ad ℈ß. 4. Tar. tart. vi triolat. ♁ Knœfel.

Pertinent ad hanc Classem quoqve *Tart. ♁atum D. Rehfeld.* sumendo Lixiv. Tart. cum eo Tart. crud solv. filtrando, in filtrato macerando ♁ Tartarisat. ℥iv. denuò filtrando, incrustando coagulando, cujus Usus in Melanchol. Hypochondriaca. 5. Tart. ♁atum D. Rhe feld.

6. *Tartarus ♄nisatus Minder.* fit, si Litharg. acet. destill. optimè solut. instilletur ol. Tart. & coaguletur, qui inspersus, confert ulceribus fœtidis, humidis, cacoëthicis exsiccandi causa aut cum Ol. sambuc. in f. Linim. applicetur in serp'gine, in doloribus inflammativus. *D Doring. in Mss. Euporist.* 6 Tart. ♄nisat. Minder.

7. *Tartarum Tartarisatum Bartholeti* fit, si Tart ℔. j. coq. ad dissol. ferventem, filtrationem ⩦a cum ℔. ß. Ol. Tart. per deliq. tandem edulcora. *Penot. in de Remed. Chym. p. 190. ex ol.* Tart. per del. residuo calcinato Tartar. affuso 7 Tart. tarisatus, 1. Bartholeti. 2. Penoti.

affuso per cohabationes & calcinationes ♀m parat, qvi omne Sp. sublimatos figit, solvit Corall. & ♀ as fœces ex corpore pellit.

♀ ⦶tarus. Mynsicht. — 8. ♀um ⦶tratum ex ⊖e ♀i & ⦶ aã in aq. sol. coctis, & crystallisatis describit *Mynsf. s. 1. p. 16.* *Gruling. Flor. p. 3. c. 8. p. 44.* & commendat ad febres Ungaricas, malignas, ad inflammationes gutturis, calculum Renum. Alium modum describit *Kesler. cent. 3. §. 17.*

2. Kesl.

9. ♀us Salinatus. 10. ♀atus. — 9. & 10. ♀i *Salinati*, ♀*ati* meminit *Billich. l. 1. Paradox. Chym. c. 7. p. 55.*

11. ♀ ⊕tus antiplevriticus. — 11. Si Oleo ♀ phlegma ⊕li immisceatur, indeqve coagulentur crystalli, optimum fit *remedium ad plevritin* in Aq. Card. mar. ad ℈j. exhibitum.

12. ex ♀ ⊕t. specificú purgans. — 12. Qvidam Ol. ♀ instillant Ol. ⊕. aq. calida extractum, addunt aliquid Sp. ⊕ pro gratâ aciditate, filtrant, evaporant ad partem dimidiam, ⊖ qvod infundo remanet, crystallinum est *specificum purgans*; qvanqvã & *Samuel Clossaus, Archiater metens.* ex ⊖ ♀i Essential. (de qvo infra) cũ Sp. fixato & postea per triduum reverberato, specificum purgans præparet.

1.

2.

13. ♀ ⊕tus compositus D. Rhefeld. — 13. ♀m ⊕tum *Aperitivum*, *Diureticum*, *compositum* parat Chymicus antè paucos annos in AlmaSalana famigeratissimus D. Rhefeld *in Mss. Consil. tr. de Febr. c. de Synoch. putri,* ex

ex crystall. debitè calcinat. & Sal. ♀i cui mist. instillatur Sp. Vitr. s.a.q.s. & exsiccatur.

14. ♀m *Vitriolatum scammonetum* cum Tinct. scammon. in B. conjunctum describit *Hartm. Prax. Chym. p. 12.* 14. Tartar. Vitriolatus scammoneatus Hartm

Cum Ol. ♀ paratur *ol.* ♄ *dulce*, de qvo *Freitag. Auror. Med. l. 4. c. 23.* cum eodem & ⊕ ☿♎t. fixus. *V. Unzer. de* ☿. *l. 2. c. 6.* § *7. & innumera alia* Remedia passim apud Authores prostantia. Ex Ol. Tartar ♄ dulc.

Cum Ol. ♀ *paratur Magisterium* ♀i: Si namqve facta priùs destillatione cum argilla Sp. ✱ destilletur, & flores retort. collo adhærentes Ol. Tart. impraegnentur, & statim per retort. pellantur, primo lento, tandem forti △, tunc magister Tart. crystallisatum retort. adhæret, cujus grana 10. morbis ♀eis conferunt, Spiritus autem qui prodiit vocatur Sp ✱ *volatilis*. Cu Ol. tartar. Magist tartar. Cū Ol. tartar. mēstruum ☉

Cum Ol. Tart. per deliq. misto Olei Vini conficit. *Joh. Ernest. in tr. de Ol. Chym p. 531. menstruum*, cœleste dictum, ad præparationem ☉ potabilis Cū Ol. tartar. Oleum Ocul. ♋.

Cum Ol. ♀ & pulv. ocul ♋ invicem coagulatis beneficio Sp. V. postea paratur *Oleum Ocul.* ♋. *V. Hartm. Prax p. 277.*

Externè Oleum ♀i *per se* variè in usum venit, *vel aliis* mistum. 2. Pro medicamento ipso adhibetur Ol. ♀

Ad Scabiem. *Ad Scabiem* ⊖♀i per Sp.V. purificat. in cella solutum ✳co maritatum, egregiè confert:
1. idem ♀i commistum, ut rubrum evadat pro eradicãda serpigine laudatur ab *Osvv. Grebs.*
2. *l.3. c.3.* §. *100.* *A* qvibusdam commendatur *Ungv. Lapath. Acuti* in Scabie ex Lapath. a-
3. cut.succ.℥viij.Ol.♀ ℥ij.⊖ ℥i. rad.curcũ.℈viij.
4. vitell.ovor.n. viij. Acet. q. s. Paratur qvoqve *Sapo* ex sapon. incis. Ol. ♀.per deliq. & ol. comm.aã. lento △ misto.

2. Pro Cosmetico, Pro *dealbanda facie* adhibetur Ungv. ex sem. psyll.ʒj.ol.♀℥iij.maceratis in vase plumbeo ʒ. ℞. per sacculum exprimitur.pòst mu-
1. cilago, miscetur cum ol. Rosac. in qvo dissolut.⊕ ʒj. ⊖ gemm.℥ß. m. Sic *Aqua Cosmetica*
2. fit ex Ol. ♀℥v. Litharg.⊙ ʒvj. camphor. ℈v. Aq. Ros. ℥viij. ✛ alb. ℥vj. simul bullitis & per filtrum trajectis. *D. Laur. Scholtz. in Euporist. Mss.*

3 ad Maculas faciei Balsam. Cosmetic. *Maculas faciei* tollit *Balsamus Cosmeticus* ex ol. Tart. cum Ol. amygd. facta agitatione, misto. confert qvoqve *Ungv.* ex Ol. Ovor. ℥j. Treb ℥ß. Ol. Tart. ʒiij. ⊖ comm.gr.ii. ♀. viv. stercor Columb.aã ℈ij. ceræ q. s. pro Ungv.

4. ad Pustulas Faciei. *Pustulas faciei* aufert rubras, facta prius lotione cum Decoct.fumur.Ungventum ex Aq. Rosar. Succ.Solan. aã.℥iiß.Limon.℥ii.Ol.Tart. ℥ß. *D.Laur.Scholtz. in Euporist. Mss.*

Ut

Ut etenim Oleum Tart. ferrum emaculat; deterſaqve omni rubigine, eximium ſplendorem ei conciliat: ita fœdas puſtulas & Lentigines obliterat, qvæ frontem mentumqve deturpant, emendat. *Mizald. c.3. §.84.*

Coſſos & Varos, die Finnen, eradicat Ungv. ex maſtich ♁.aã. ℥ß. ⊙ crud. ʒvi. pulv. ſ. cum Acet opt Ol. ♀ amygd.dulc. & amar. aã. ℥ß. formatum. 5.ad Varos.

Ad Lentigines commendat *D. Laurent. Scholtz. in Euporiſt.* Linim. ex Elleb. alb. ʒvi. camphor. ʒß.Ol.♀ ℥iii. ♁ ℥ij.m. 6.ad Lentigines

Impetigini medetur Miſtura ex Ol. nuc. juglánd.℥ß.maſtich.ʒvi.Ol.♀.ʒij.rad ariſtol.rot. ʒj.Zingib. Tragac.Alumin.uſt.aã.℈j.abſqve △ miſta. *Id. ibid.* 7 ad Impetiginem

Fiſtulæ ♀ Oleum cum petia immiſſum mirabiliter curare *Idem Scholtz. l.a.* atteſtatur. 8.adFiſtulas.

Imberbes, quos *Apulej.l 5 Metam.p. 623. inveſtes* vocat (veſtis enim dicebatur barba antiqvis, unde veſticipes, barbati. *Beroald. Comm*) teneant Sp. V. in ore dein. ſpatium inter Naſum & labia Ol. ♀ injungatur, effla halitum Sp.V.ex ore aliqvoties, creſcere facit barbam, *notante Comite Scioppio in Mss.* 9.adPilos & Barbá.

Crines producit oleum ♀ cui muſcæ cum melle injectę ſint,⊙i per 10. ſeptimanas expo-

ne, & decantato locum calvum oleo, facta prius lotione cum Aq. artemiſ. rubr. inunge. *Laur. Scholtz. Euporiſt. Mſſ.* Spongiam ſeu pecten, qvo capilli pectantur ad ſolem Ol. ♀. inungendus, cenſente *Aſſuer. de Aff. Capill. tit. de Canit. p. 10c.* Idem Tart. nigros reddit capillos. *Aſſver. l. a. p. 98.* & flavos, *ibid. pag. 118.*

Sal Tartar. ſiccatum.

DE SALE TARTARI SICCATO.

SAL Tartari ſiccatum eſt qvoddam Amaltheæ Cornucopiæ, maximas de ſe diffundens utilitates, de qvibus paucisſimis agendum eſt.

Tartari metalla in ☿m reducit.

Anxiè *Chymici* inhiant, & multis ſumtibus operationes inſtituunt, ut *Metalla in ☿os reducant*, & *☿ius ex iis ſuſcitetur*, & potisſimum ☿ ♂ *quærunt*, putant enim ii, *qui in particularibus* ut vocant, *laborant*, & in amiciendo *Dianam* purpura *Apollinis* fratris ſui occupati ſunt, *in hoc ☿ latitare Sp. ☉rem*, qui aptisſimus ſit exaltare ☽m in thronum ☉, qvod, an veritati conſonum, aliorum disqviſitioni relinquitur. Hoc tamen notandum, omnes ſophiſticos eſſe proceſſus, qvibus docetur, per additionem ☿ ſive vulg. ſive ♎t. *metalla in ☿m converti poſſe*, ut enim rectè *Döring. in Diſqviſ. Epiſt. Mſſ. 1. Dec. 1628.* illic metallum in minima

ma divisum ☿o comm. permiscetur: hîc pro ☿° metalli ☿♎t. resuscitatum saltem substituunt. Ergo si quæ datur *metalli mercurifficatio*, optima ea fit *per Salia Resuscitativa*, quæ sunt ✱ & Sal. Tart. *Exemplum de ☿io ♄ni* proponit *D. Döring. & Exc. Sennerto* tanquam singulariter commendatum & præ aliis compendisiorē comunicat processum, quem subjungere placet: ℞. ⊕ opt ℔. j. Ⓓ. ℔. ß. F. ex his ▽F. Ei admisce ¼. part. Aq. Com. Huic Aquæ particulatim impone ♄i granulati vel laminati tantum, qvantū solvere potis est. Solut. colloca in cineres, vel ∴ & ▽ evaporare permitte. Calx remanens probè edulcoranda, ut moris est: ℞. Calc. edulcor. ℔. j. Sal. Tart. & ✱ aā ℔. ß. (Sale Tart. parandum per calcin. cum Ⓓ) trituratione exactissimè commista indantur phiolæ & putrescant in fimo eqvino humido per ♌ 14. si materia solvi nolit, humectetur pauxillo ▽F. vel fimus perfundatur urina; post putrefactionem instituatur Destillatio per retort. sive terream sive vitream ex ∴ & egredientur *ex ℔ j. ☿ current. 13. 14. 15. lotones*. Signum perfectæ putrefactionis est, si materia laminæ cupreæ affricetur, atqve eam colore albo tingat. Si ante destill. parum Aceti retort. indatur & vasi recipienti aqva frigida infundatur, operatio succedet expeditus. *Hæc ille. V. Ernest. de Ol. p. 616.*

Exemplū de ☿io ♄ni.

Addi-rur pur gătibus Sal Tartari *si purgantibus* addatur faciliùs eorum naturam resolvit, & illa efficaciora reddit. *Fonsec. T. 1. cons. 11.* indè communissimè noduli purgantibus Sal Tart. additur.

EjusUsus Medicus. *Adhibetur Sal Tart.* in Usu Medico *Externè* & *Internè*

1 Externus. 1 ornat cutim. *Externè* est *Cosmeticū* insigne pro dealbandis manibus, si fiat pasta ex Sal Tart. Rad. Ireos, Oryz. aā ℔. ß. Creta ℥ix. Benzoes ℥iß. & incorporetur cum Magmate Amygd. q. s.

2. curat scabiē. *Ad Scabiem* valet *Ungv.* ex Ungv. ad scab. Aug. ℥ß. Diapomph. alb. camphorat. aā. ʒij. Sal Tart. Bals. Peruv. aā. ℈ß ♀ citr. ʒi. pulv. rad. oxylapath. Nicotian. aā. ℈j. cum Ol. rosat. F. Linim.

3. coffor *Ad Cossos* fit Aqua præclarissima ex Aq. Ros. plantag. aā. ℥i. chamom. ℥iv. in qvibus infunde ☿♎t. ʒß. Sal. Tart. & ♄. aā. ʒjß. bulliunt, & serva usui, cum qva Cossi, seu Vari ingendi. *D Laur. Scholtz. in Eupor. Mss.*

4. Dentes dealbat. *Dentifricium* præbet Sal Tart. si ejus gran. xii. misceantur in pulv. rad. Ireos ℥ß. C. C. ust. ʒii. oss. sepiæ ℈iv. caryophyll. macis aā. gr. xv. m. *D. Döring in Euporist.*

5. Vulnera glutinat. *Vulnerarium Balsamum* ex ♀ & Sal Tartar. invicem liqvefactis addito Ol. Tereb. docet Zwölff. in Pharm. Reg. App. f. 51.

Inter-

Internè Sal Tart. plurimis inservit operationibus Chymicis.

2. Internè, ex eo cũ ✱. 1 Spir. antinephriticus.

Si Sal Tart. cum ✱ per retort. pellatur in cujus Recip. sit Spirit⁹ bacc. juniperi, & rursus per alembic. uniantur, egregium fit *antinephriticum*. Dos. gr. 30. 40.

Hinc *D. Preschius in Mss. D. Schlegel.* ✱ in calculo magni æstimo, convenit enim cum urin. solvit metalla, & Tartarum omnem in butyrum; imò Sal Tart. cum Sp ⊖ solut. & destillat. vehementer calculum pellit. *Idem Sal Tart. cum* ✱ exhibet ⊖ & Sp. pro debellando fermento febrili accommodatissimũ; imò hoc menstruo ex Sal Tart. & ✱ *D. Marcus Marci* Mathemat. & Chymicus magni nominis nostro seculo Pragæ Spirit. Vegetabilium E.G. Lavend. Lil. convall. secretissimo artificio præparat, & in vigore exaltat. *Idem* ⊖ ♀ cum ✱. ♎t. & in Ol. resolut ex Calc. ☽. cæruleo colore nitidissimam extrahit ☽. Tincturam.

2. antifebrilis

3. Menstruum ad Vegetab. D Marci.

4. Menstruum ad Tinctur. ☽æ

Idem ⊖ ♀ cum ✱. ☿m *metallorum* educit, præcipuè si Sp. V. exaltetur, *Ernest. de Ol. p. 616.* uti jam notatum. Spirit. ✱. salsum ex ✱ & Sal Tart. *Zwölff. App. in Animadv. f. 53.* commendat ad extinctionem fermentorum acidorũ ad Hystericas passiones, Epilepticas, Apoplecticas, ad pestem &c. *V. infra de volatilis.* ⊖ ♀ *sub tit. Arcanor. §. 6.*

5. Eo ☿ ex metallis.

6 Sp ✱ salsus Zvv.

Sal. tar tar cœrul. & rubr. Qvomodo Sal ♀ *cæruleum*, qvomodo itidem *rubrum* diversis △ gradibus reddi possit *V. Joh. Ernest. de Ol p. 616.*

Parantur ex eo. Parantur qvoqve cum Sal ♀

1. Spir. 1. *Spiritus*, vel etenim *cum* Sal ♀ acuitur *Sp. V* de qvo supra. vel Sp ♀.

1. Ex *Sal Tart. cum* ♀ *crudo* aā. *Sp.* destillat subtilissimum *Glaub. p. 2. furn. c. 78. Spiritum*

2. ♀ *compos.* pro solvendo ☉ *D. Clossæi* describit *Schrœd in Pharm. tit. de* ♀. cui non dissimilis

3. Sp *Kesleri in Process. c. 3. § 11* V. qvoq; *Schrœd. Ph. l. 3. c. 9. sub tit.* ☉. *potab. per* Sp Sal. Tart.

2. Liq. 1. Lac Virginum Glaub. 2. *Liqvores*, qvo pertinet potissimum *Glaub. p. 2. furn. c. 79. Liqvor* seu *Lac Virginum* descriptum, qvo non solùm utitur pro Tinct. ☉ extrahenda *V. ib. c. 82, 83.* sed eundem in calculo, podagra exhibet, qvod fructu haut carere, experientia docet. *Eo Externè* in sturma utebatur Med. Argentorat conficiendo *Linim.* ex Liq. silic. Tartarisato Ol. Nucist. Carbon. Petr. aā. ʒß. Succ. Nicotian.

3. Alkahest. Glaub. ℥i. Elater. ʒß. m. *Idem* ⊖ *Tart. cum silic.* mistum pro *menstruo qvodam ferè universali*, seu *Alkahest*, adhibet ad recludenda vegetabilia & animalia, ut ad metallica, menstruū ex ⊕ fixo, & ⊕ ♁ato, qvem præparandi modum olim secretissimè habuit, tandem multo pretio divenditum publicè scripto contra Farnerum

nerum edito inseruit. Alii tamen potius ex *Terra magica virginali* subjecto qvamvis sordidissimo, *Alkahest* qværunt, cujus descriptionem Arhusiô Juttiandiæ antè aliqvot annos Medicus, ad me transmisit. Sunt, qvi Liqvore hoc Tart. Tincturas & Essent. rerum elicere tentent, sunt, qvi Corall. in aqva calida soluta, per coctionem in cucurbita uniant, pòst filtrant, abstrahant ad mellaginem rubram; sed verendum, rubedinem potius à ⊖ Tart. menstruo scilicet, qvàm ex ipsis Coralliis provenire, qvalem fucatum colorem Corall. etiam succus berber. rib. conciliat, ea namqve Corallia non Salinum, sed potius acidiusculum reqvirunt menstruum. Sunt, qvi Sal. Tart. cum phlegmat ⊕. destill. doceant, abstracto phlegmate ad Oleosit. silic. præcipuè ☉res eo imprægnantur, hinc forti destill. prodit Sp. qvi ☉ dicitur radicaliter solvere, & *Fontina Bernhardi* vocatur. Allii Alkahest ex Terra magica virgina li. an cum Liq. ♆ fiat Tinct. Corall. genuina. Fontina Bernhardi.

Ad *Liquores Sal Tart.* pertinent qvoqve 3. *Liquor mirabilis Fiorav. in Capric. Med. l. 2. c.* 9. ex Tart. alb. cum Tereb. & fol. Aloës virid. dest in ⊖ eductis & post in cellam resolutis in Ol. qvem ad plurimos morbos deprædicat. Vocatur ab *Eod. Lapis Philosoph. V. quoq; Brendel. Chym. f 2. c. 6. p. 87.* 3. Liq. mirabil Fiorav

4. *Liquorem Tart. Lithontripticum* confi- 4. Liq. Tart. Lithontriptic

 cit

cit *Zobel.* ex Tart. silic. 🜕, reverberatis & in cella in Ol. resolutis.

5. Liq. Sal. tar tar. cū ⊖ cōm 5. *Liquor seu Ol. resolutum* ex ⊖🜿 cum ⊖ comm. in crucib. fusum parat *Schmuc. Secret. Thes. p. 2. art. 2. art. 2. §. 13. p. 65.* quod addito Arsenic. ♁. & silic. per dest. ad trāsmutationem ☿ in ☉ commendat.

6. Liq. 🜿 Arsenicalis. 6. *Liquor 🜿 Arsenicalis* ad Ulcera Cacoëthica & Telephia ex 🜿, Arsen. alb. & 🜕 invicem reverberatis & in cella resolutis à *Zobel.* describitur, cautè tamen applicandum censet, & intro nobilissima medicamenta assumenda. V. qvoqve *Tholde Halograph. p. 4. pag. 327. Ernest. de Ol. p. 628. Müller. in Mirac. Chym. l. 3. c. 5. §. 1.* qvi *ib. §. 3.* qvoqve *Butyrum Arsenici 🜿isatum* elaborare docet.

7. Liq. Cosmeticus. 7. *Liquor Cosmetic. Müller. in Mirac. Chym. l. 3. c. 4. §. 3.* ad fugandas omnes corporis maculas fit, si 🜿 alb. pulv. ponatur in cucurb. optimè lutentur juncturæ Recip. abstrahatur phlegma, donec nihil amplius prodeat, semper reaffund. & abstrahendum donec Aq. & residentia transeant in unum *Liq.* qvi in alio vitro est coagulandus, resolvitur rursus in aëre, estqve sapore dulcissimus.

8. Liq. ⊖🜿 ad vulnera. 8. *Liquor ⊖🜿 ad vulnera* paratur *à Joh. Ernest. in de Ol. Chym. p. 615.* ex ⊖🜿 ad summam albed. calcin. affunditur Sp. V. circulat⁹ & usqve

que ad extremam ſiccitatem, adeò, ut vitrum intra & extra excandeſcat deſtill. pòſt aliud infundendum & tamdiu procedendum, donec Sp V. circulat. fiat omninò dulcis, qualis per ſe ſolet eſſe, hunc per ſe reſolve, & quod reſolutum remedium eſt ad vulnera.

3. *Tinctura ex Sal. Tart.* quæ ſunt quaſi 🜍r quoddam Tart. elaborantur variis modis — 3. Tincturæ Sal. tartari.

1. Simplici labore Sal. Tart. ad cærulitatem calcinato, affuſo Sp. V. Tinctura extrahenda. — 1. Communis.

Vocatur à *Joh. Ernest. in de Ol. Chym. p. 613.* Liquor vel Eſſentia ♀. Notandum: rubicundiorem fieri Tinct. ♀ probè calcinati à Sp V. comm. & vili. quam à rectificato & alcooliſato. *V. Digby in Errat. ad Th. Sympath.*

2. Quidam 🜿 certa præparatione ⊖ ♀ conjungendo per Sp. V. extrahunt *Tinct* ♀ 🜿*atam* quam ipſemet in calculo, podagra, malo hypochõdriaco, pro purificando ſangvine frequentiſsimè adhibere ſoleo. — 2. Tincturæ tartar. 🜿ata.

3. *D. Mattigius* Tinct ♀ parabat ex Ol. ⊖ ♀. p. iij. cui calefacto infundebat Sp. ⊕ p. j. ex ſubſidente ſubſtantia alba, quæ eſt *Magiſter.* ⊕ *Quercet. Tinct.* ♀ ⊕*tam* extrahebat per Sp. V. — 3 Tinct tartar. ⊕ti D. Mattigii.

4. *Alii* flor. 🜍 & ⊖ ♀ crucib. indunt, fluere permittunt, donec maſſa fiat cœrulea, quam — 4 Tinct ♀ 🜍ata.

quam exemtam Sp. V. eliciunt *Tinctur. Tartari* 🜍*atam*.

5 Tinct. tartar. ♁ata — 5. *D Joh. Dan. Horst. p. 1. Disp. l. 3. c. 5.* ex Sal. Tart. liquef. ℔. ii. addito 🜍 aurato ♁ ℥. j. liquefactis in 🜄lo extrahit Sp. Cochlear. *Tinct* ♀ ♁*atam*.

6 Tinct. Tartar. flava. — 6. *Tinctura* ♀ *flava* fit ex Tartaro ad flaved. calcinato in triplici crucibulo in furno laterum, extrahitur, cum Sp. phlegmat. abstrahatur menstruum, remanet mel flavum, qvod quidam pro ☉ potabili venditarunt, & in podagra conducit. Ex *Mss. D. Schlegel.*

7 Tinct. tartar. orionia — 7. *Glauber p. 2. Furn. c. 92.* ex Tartaro crudo Tinct. parat affusione Sp. urin.

8 Tinct tart. D. Sulzb. — 8. *D. Sultzberger.* Prof. quondam Lipsiæ *Tinct. Tart.* elaborabat , quæ quibusdam Chymicis adhuc hodiè κατ' ἐξοχὴν dicitur *Tinct. ad calculum*, per additionem Tartaro Calcis vivæ, quæ Tinct. facta extractione cum Sp. V. saporis est lixiviosi, coloris aurei, non contemnendæ Virtutis. De qua *Tinctura. V. Doct. Christ.* Langelin *de Acidul. egranis c. 10. §. 29. seq.*

9 Tinct tartar. Zobel. — 9. *Tinct.* ♀ *Zobel.* elaborat simplici modo affundendo Sp. V. ⊖ Tart. post abstrahit Sp. V. à Tinct. ut remaneat Liq. Oleosus ad cujus ℥j. Sp. V. de novo ℥ij. admiscet & digestione in Tincturam convertit. *Penot. in de Medic. Chymic. p. 191.* abstracto Sp. V. liqvorem residuum

duum mellis instar, per retort. destill. fit. *liqvor albus* acidus Ol. ⊕ instar, qvi summum arcanum in omnibus pulmonum Apostematibus. Liqvor Sal. tartar. albus ex Tinct.

10. *Tinctura ♀ expellens D. Rehfeldi* ex Sp. Tart. ad limpidit. cohobati p. ij. Tart. ad nigred. calcin. imbib. extrahit, filtrat. 10. Tinctur. tartar. expellens D. Rhef.

11. *Idem Tinct. Tart. confortantem* deprædicat in melanchol. Hypoch. qvando Tartaro ad nigredinem calcinat. p. j. affunditur Sp. V. rhodisati p. ii. facta maceratione, filtratione eo imbibitur Conf. Ascherm. ℥j. digeritur, filtratur pro Tinct. 11 Tinctur. tartarr. confortans Ejusd.

12. Cum *Tinctura* Tart. fit *Essentia ♂ Tartarea antiscorbutica ex* Extr. ♂ aperit. ⊕ hermaphrodit. cum Tinct. Tart. & Sp. antisc. solut. digest. filtratis, cui si addatur Extr. helleb. nigr. vel Massa anti Tart. Qv. fit *Essentia antiscorbutica purgans.* 12. Essentia ♂ ♀-ea antiscorbutica.

4. *Arcana, seu Magisteria* Sal. Tart. ad ea præparanda potissimum Sal. Tart *volatile* requiritur, in quo elaborando hactenus plurimi desudarunt, pauci aut ferè nulli penitus Aureum hoc vellus reportarunt, nisi quis Sal. Tart. Essentiale, (de quo paulo post) ex parte volatile factum, hoc nomine dignari velit. 4. Arcana tart. De volatilisatione θ tart.

Ut Sal. Tartari volatilisetur.

1. Quidam Sal. Tart. Essentiali affundunt Sp. 1. Per θ tart. Essential.

Sp V. non totum dephlegmatum solvunt, & △ ∴ sæpiùs destillant, inde Sal. Tart. post multas cohobationes expectant, solutioni physicæ ☉ idoneum. *Locatell. in Arcan. Chym. p. 205.* Convenit cum *Sp. Tart. philosophico* ad ☉ potabile *Clossæi, de quo Schrœd. Pharm. l. 4. t. de Tartar.*

Sp. tartar. philosophicus.

2. Alii Sal. Tart. volatile *Aquilam* & ☿m *Philos. vocant*, quo *Lapidem Butlerianum seu Drif. Helmontii*, parare student, cum ⊖ urin. volatilisando, cujus opè credunt omne corpus posse fieri volatile: item illud vices *Liq. Alkahest* supplere, in dissolvendis & corrigendis vegetabilibus, itemque necessarium illud esse ad ♎da ♀a metallica, inprimis ad conficiendum *Lili ♃ale Helmontii.*

2. Per ⊖ urin. unde Lapis Butlerianus

3. *Qvidam* Sal. Tart. volat. colligunt, qvòd retort. lateribus adhæret in præparatione Sp. Tartarisati. *V. Sennert. in Instit. p. 1351.*

3. ex destillatione Spir. V. tartarisat.

4. *Qvidam* ⊖ Tart. aut Ol. Tart. per deliq. phiolæ hermeticè sigillatæ, indunt, & per 2. 3. ac menses in continuâ ebullitione permittunt, credunt post supernatare volatile instar Ol. Cinnam. qvod postea instar Ol. vegetabilis sit separandum. Sed rectè monet *D. J. A. Rubinger Phys. Culmbac. in Litt. ad me datis*; dubia hîc occurrere 1. qvod tam diuturna ebullitio absqve fractura vitri fieri non pos-

4. Per longam digestionem.

posſit, aqua enim per △. in aërem reſoluta exitum quærit. 2. Contra mentem Helmont. qvi *L. Blas hum. §. 37. ſeq.* docet, Sal. Tart. fieri volatile per fermentum aeris, inſtar maſſæ ſangvineæ, quæ volatiliſetur per aerem, reſpiratione continuâ attractum.

5. *J. Dan. Horſtius Archiater Darmſtad. Hasſiacus* Sp. Tart. cum Sp. V. opt. aã. deſtill. à Sal. Tart. vel ſepties abſtrahit, ultimò per phiolam, undè ♎atur Sal. Tart. in forma cryſtallina. *Helmontio* hujus inventionem asſcribunt. Si quis *augmentationem* deſideret, addat cryſtall. his Sp. V ponat in ∴ in vaſe clauſo, reſolvētur, pòſt in cella reponendi, ut rurſus cryſtalliſentur, ex *communicat. D. Georg. Horſtii Junior. Pract. Ulmenſ. & Colleg. Colleg. Nat. Curioſorum adamandi, in Litt. ad me datis.* Cum his cryſtallis ex ☉ cum ☿, 🜍 aããto evaporato 🜍, ☿, remanente ſpongioſa ſubſtantia, extrahi referunt rubicundisſimam animam ☉, relicto albo corpore. 5. Arcanū tart Helmōtii.

6. *Quidam* Sal. Tart. cum ✳ in Aqua calida ſolvunt, & deſtillant, putantes Sal. Tartar. una cum ✳ aſcendere. Hinc *D. Val. Andr. Mœllenbrocc. Phyſicus Hallenſ. Collega Colleg. Nat. Curioſ. Amicus integerrimus, in Litt. ad me datis*: ſunt qui via ✳ ad ♎ât & volatiliſat. Sal. Tart. graſſari conentur, cum quibus & 6 per ✳

ego

ego facio.nec diffiteor ex Sal. Tart. cryſtalliſat. cum admixtione ✱Sp. in obſtructionibus penetrantiſſimum haberi poſſe. *V. ſupra de uſu Sal. Tart. ſiccat in genere.* Hoc ⊖ volat. ex ✱ cum Sal. Tart. deſt. *Zvvölff. in Ph. Reg. f 9.* commiſcet cum Syr. Aperit. pro Mulierib.

7. Magiſterium tartar. ſeu Flores Sal. tartar. Sennert.

7. *Magiſterium Tart.* ſeu *flores Sal. Tart.* docet *Sennert. Inſtit. 5, 3, 3, 15. p. 1427.* dum Sal. Tart. ℔.j. Sp. V. ℔.vj. m. deſt. ut Sp cum Sale uniatur, ſiccum enim imbibit natura humidū, ⊖ exiccato novus Spir. Vini affundatur donec omnem ⊖ volat. vini imbiberit: hoc ⊖ in ♎torio repoſitum, ♎atur ut camphora. Hinc *Author de Cenſanguin.* ☉, *fat. ch. &c. p. 54.* Qui diſcit conjungere Sp. V. cum ⊖ proprio, ut fixum fiat volatile, & volatile fixum, illi non opus eſt igne gehennæ qui Alkaheſt vocatur, neque aliis operoſis menſtruis aut ▽F. Tartarus enim non eſt excrementum vini, ſed potius Anima eiusdem, & vis conſervativa, imò Sal. ſpecificū, quo non datur aliud in rerum natura ſimile aut majus, præterquam illud, quod ſuam è cœlo ducit proſapiam. De hoc *Magiſterio Planis Campi in Chirurg. Parva Gall. p. 82.* V. qvoqve *Joh. Tholde in Halograph. part. 4. p. 327:* ubi de Magiſt: Tart: item *Penot. de Remed. Chym. p. 192.*

8. *Ma-*

8. *Magister.* ♀ *Rhumel.* parat in *Anti-dot. p. 121.* ♀. ℔ vj. pulv. coq. qvater cum Sp. V. terendo & exsiccando, destillat inde Sp. per retort. ex residuo calcinat ⊖ ♀ quod ⊖ ♀ in proprio Sp. solvit, filtrat & evaporat Sp. remanente liquore, qui igne reverberii calcinandus. Hoc ⊖ *18.* vicibus cum Sp. V. terendem, exsiccandumqve semper, tandem in vitro calcinand. in cella solv. & rursus coagulandum. 8. Magist. Tartar. Rhumel.

9. *Arcanum* ♀ *Rhumel. in Antid. p. 104.* componitur ex ♀ calcin. pulv. vino extrahitur essentia salina, filtratur, evaporatur, rursus solutio cum vino & evaporatio quartâ vice repetitur, tandem fit coagulatio. solutio in cella, filtratio & rursus coagulatio. In podagra, hydrope calculo. 9. Arcanũ Tartar. Rhumel.

10. Arcanum ♀ *D. Petri Servii Med. Rom. & Pap. Urbani VIII. Archiatri ad Arthritidem* ex ♀ alb. p. j. vini alb. p. iv. fit ponuntur in digest. per 2. d. bulliant per 7. hor. continuas, cola, residuum reverberandum per *18.* hor. ad viriditatem. Ex illo elice ⊖ volat, ex hoc fixum, indè utriusqve part. æq. in phiol. sigill. hermeticè & fixatur intra 8. d. spatium, valet ad omnes morbos ♀eos. 10. Arcanũ Tartar. D. Servii.

Tt *11. Ar-*

11. Arcanũ Tartar. Uratisl. 11. *Arcanum* ♀ *Officin. Uratislav.* est, quod describit *Sennert. de Arthrit. c. 7. p. 64.*

12. Arcanũ Tartar. D. Fabri. 12. *Arcanum* ♀ *D. P. J. Fabri in de Secret. Chym. l. 4. c. 2.* fit extrahendo ex ♀ cũ Sp. V. ac aceto ex ☿ mundi extracto ⊖ fixum & volatilem, qui coctus, & fixatus ad perfectionem, exhibet medicamentum perfectum, ad sanandum vinum ab omnibus impuritatibus, si certa qvædam istius dosis in dolia vinum vitiatum continentia injiciatur.

13. Arcanũ Tartar. Kesleri & Mulleri. 13. *Arcanum* ♀ *Kesleri Cent. 3. §. 12.* fit ex repetitis ⊖ ♀ cum aceto vel Sp. V. destill. & coagulationibus, in fine Ol. ⊕. admiscendo & conjunctim destillando. *Eodem modo* describit *Müller. in Mirac. Chym. l. 3. c. 4. §. 5.* & commendat ad funditus evellendam radicem omniũ ulcerum malignorum; si sumatur sæpius gran. j. cum ℨß. mithridat.

14. Arcanũ Tartar. Kruckenb. 14. *Arcanum* ♀ *Kruckenberger Patavii in Colleg. Chym.* monstrabat ex ⊖ ♀ p. ij. ⊖ urin. fix. p. j. affuso toties Aceto destillato donec nihil amplius imbibat: ex relicto liqvore cum argilla formabat globulos, ex quibus Spir. instar Sp. ⊖ destillat. hunc post cum Sp. V. Ol. ⊕. & rectif. Sp. ♀. dige-

gerebat in B.V. 6. sept. commendabat ad confortandum ventriculum, ad febres putridas, malignas, calculum Renum, cõtra icterum cum modico extracto croci. Si Sp. camphoræ huic *Arcano* uniatur, dicitur singularem exhibere *Spir. antipodagricum*.

15. *Arcanum* ♀. *Joh. Tholde in Haliograph. part. 4. p. 328.* fit ex ⊖ ♀ cum acet. destill. Essential. facto, ex quo cum terra Augustana destill. Sp. penetrantissimus, ad cujus p. j. additur Sp. V. p. ij. Ol. ≙ p. 8va ol. ⊕. p. 6ta. circulentur pro *Arcano* ad Podagram, resolvendum calculum; curandos affectus pulmonum specifico. 15. Arcanũ Tartar. Tholde.

16. *Arcanum* ♀ *Hartmanni* est Sp. ⊖ Essent. ♀ cum argilla destill. *V. ejus Not. in Basil. Croll. p. 97.* 16. Arcanũ Tartar. Hartman.

17. *Arcanum* ♀ *Zvvölff. in Colleg. Pharmac. Mss.* itidem ex ⊖ Essent. ♀. Spiritu cui admiscet Sp. V. rectif. & Sp. ⊕ digerit per mensem pro specifico in Affectibus ventriculi; calculo Renum; Vesicæ, in Colica; Obstructionibus. 17. Arcanũ Tartar. Zvvölff.

18. *Arcanum* ♀ *Paracels.* fit ex Magist. ♀ & magist. ⊕. simul commistis, quibus additur pars anatica de Croco diger. in 18. Arcanũ Tartar. Paracelſ.

pelicano per mensem. *V. Ernest. de Ol. Chym.p.622.*

19. Arcanũ Tartar. s. Butyrum Libav.

19. Arcanum 🜽 *Libavii*, seu *Butyrum* 🜽.v. apud *Libav. Apocalyps. Hermet. p. prior. c. 18. & Syntagm. Arcan. Chym. l. 8. c. 38. p. 463. Forster. de* 🜽 *Hypoch. p. 99. Tenzel. Philos. Med. de Peste p. 3.*

20. Arcanũ Tartar. ex triplici tartaro.

20. Arcanum 🜽 *Chymici cujusdam Galli notavit D. Schlegel in Collect. Mss.* quod paratur *ex triplici* 🜽o *1. vegetabili (fæce vini) 2. minerali* (🜕) *& 3. humano (sangvine.)* 🜽o enim Vini addit 🜕, incorporat, affundit Sp. Vini, servat seorsim Spir. & residentiam. Mense Majo sangvin. hominis exsicc. pulv. extrahit affusione Spir. ex tracto sangvin. ad ŧƀ. ß. F. pòst exhalatio in B. remanente Mumia seu Bals. sangvinis 🜽us verò sangvinis siccandus: quod exstillavit, suprafundit 🜽 & 🜕, iterum separat, & quicquid cucurbitæ vitro remansit, jungitur cum bals. & 🜽 sangvinis, mixtis affunditur Sp. Vini, fit digestio, abstractio, in fundo remanet *Arcanum Tart.* ad obstructiones, hydropem, quartanas, plevritidem, febres continuas.

5. Olea ex Sal. Tart. Interna.

5. *Olea ex Sal. Tart.* qualia *jam* §. *2.* sub nomine *Liquorum* Sal. Tartar. memorata. His accensenda.

1. O.

1. *Oleum Tartari antiphthisicum*, cujus præparationem docet *Ernest. in de Ol. Chym. p. 620.* exhibetur in jure Ranarum. 1. Ol. Tartar. ad Phthis.

2. *Oleum Tart. compositum* ex Tartaro calcinato cum Tereb. & Aloë ad vermes & Urinam ciendam laudat *Rubeus de Destill. s. 2. c. 2. p. 102.* 2. Oleum Tartar. compos.

3. *Oleum Tart. Zobel.* sub nomine 🜄is Tart. fixi, paratur è Tinct. Sal. Tartar. dum omne menstruum Sp. V. ad siccitatem abstrahit, residuum in cella ponit, qvod transit in Liq. rubicundissimum, calidissimum, cujus 2. 3. guttæ intro sumtæ valdè Refrigeratis conducunt. 3. Oleum Tart. Zobel. ex Tinct.

4. *Oleum Antihydropicum Tartar.* fit ex 🝕 pôst destill. Sp. Tart. remanente beneficio Aceti Dest. à *Zobel.* laudatur in Hydrope, qui ejus exhibet g. 6. 8. exsiccando corporis humiditates & Epar roborando. 4. Oleum Tart. Antihydropicū

5. *Oleum Tart. Lithontripticum Zobel.* ex Lap. Lync. Judaic. Spong. Ocul. ♋. beneficio acet. destill. prius in calcem redactis, confectum. 5. Oleum tart. Lithōtripticum.

6. *Oleum Tart. Antihystericum Zobel.* ex Tart. matreperl. Ung. alc. castor. & rectif. Ol. supra Colcothar ⊕. Dos. g. 3. 4. in Epilepsia ab Utero, suffocatione uteri. 6. Ol. tart. Antihystericum. Externa

7. Oleum Tart. dulce. 7. *Oleum* ♀ *dulce* ad vulnera describit. *Joh. Ernest. de Ol. Chym. p. 611.* ex Ol. ♀ per deliq. in ∴ dest. fortiter iterum soluto, fortiterque coagulato, à qvo Sp. V. quater cohobando abstrahitur, & tamdiu destillatio repetenda, donec omni acredine ♀us spolietur, ultimò Sp. V ad siccitatem abstracto pulv. in Lapide solut. in cella solvitur. Hoc Ol. qvoqve internè interdum datur ad pulmones & vesicam exulceratam.

8. Oleum Tart. Vulnerarium Zobel. 8. *Oleum* ♀ *vulnerarium Zobel.* paratur ex remanentia Tinct. ⊖ ♀ si affusione Aq. ab omni Sp. Vini liberetur, & in cella post resolv. in Liq.

9. Oleum Tartar. exficcans Ernest. 9. *Oleum* ♀ *exficcans Ernest. de Ol. Chym. p. 617.* à Bals. vulner. ♀ *Zwölff.* non multùm discrepat, fit etenim cum ♀ absque tamen additione Tereb. illitum curat scabiem, ulcera, impetiginem.

10. Oleum Tart. Odõticũ Zob. 19. *Oleum* ♀ *Odonticum Zobel.* ex Tart. Ol. cum silic. destill. & ter rectif. cum gossypio denti dolenti applicat.

11. Oleum Tart. Cosmeticum. 11. *Oleum* ♀ *Cosmeticum* ex acido Tart. cum Talco Moscovit. reverberato, quod beneficio Acet. dest. transit in Ol. qvod Sp. vegetabili fragrantissimo unitum, summis accenseri potest Cosmeticis.

12. *Ole-*

12. *Oleum Tart. olivatum D. Genanth. Chym. Parif.* qui Tartar. calcinat. adhuc candentem Ol. olivar. injicit, ita Ol. olivar. Eſſentiam Tartari extrahit, pellitur per retort. egreditur Ol. f. Eſſent. Tart. remanente Ol. Oliv. quod nunquam tranſit. In Contracturis & paralyſi pro inungendis membris ſaluberrimum. *Alii* Tart. crud. & ſilic. igniunt, Ol. Oliv. injiciunt, deſt. per retort. & denuò ſuper 🌚 rectif. 12. Oleum Tart. olivatum D. Genanth.

13. *Oleum ♀ per reverberat.* ⊖♀ ut fiat cærul. quod mixtũ cum Sp. V. rubedinem acquirit, quo facto, novus Sp. affundendus eſt, qui pòſt colligendus & in B. collocandus, dat Coagulatum quid inſtar butyri flavi, quod affuſo novo Sp. V. & in cinerib. collocatum, tranſit in Oleum, quod Crocum ♂ poteſt in oleum cõvertere. *Grembs. l. 3. de Arb. Hom. c. 3. §. 98. V. de hoc Erneſt. in de Ol. Chym. p. 615.*

6. *Balſami ex* ⊖♀. 6. Balſ. ex Sal. Tart.

1. *Balſamus Samech* ex ♀ paratus ab Helmont. ex Alcali è Sp. V. per ſociationẽ Lixivii ♀ri facto, hoc enim pacto mutatur corroſiva Lixivii qualitas. *Grembs. in Arbor. Hom. l. 3. c. 3.* §. *95.* vulnera citiſſimè perſanat. *Penot. in de Remed. Chym. pag. 175.* 1. Balſ. Samech.

2.Balſam. tart. Internus. 2 *Balſamus Tart Internus* paratur ex ♀° alb. imbibendo Acet. vini fortiſs. ut ſ. inſtar pultis, digere, deſtill. per retort, ⊕ calcinandum & affuſo novo Acet. deſtill. euſque cohobandum donec omnis ferè ♀us ſit deſtillatus. Liquores miſce in MB. abſtrahe ad ſiccitatem, relicto affunde Sp. ⊕ q.ſ. ut probè imbibatur, digere, poſt per retort. △ lento, ultimò forti rectifica. Doſ. gr. iij. in Conſ. Roſar. *V. Kesler. cent. 3. §. 19.*

3.Balſam. Tartar. Quercet. 3. *Balſam.* ♀ *Quercet.* fit ferè eodem modo niſi quod initio ♀, ⦶ & ⊖ fuligin. ⊖ fæc. Acet. cum Calc viv. uniantur. *V. E-nnd. in Sclopetar. item Kesler. Cent. 2. §. 42. Joh. Erneſt. de Ol. p. 619.*

4.Balſam. tart. Zob. Pectoral. 4. *Balſam. Tart. Pectoralis Zobel.* para- ex Tart. cum Sp. Tereb. additione Ol. aniſ. & fœnic. Doſ. g 6. 8.

5. Balſam. tart. Nephriticus. 5. *Balſam. Tart. Nephriticus Ejuſd.* ex ♀, Rhabarb. Rhapont. Lign. parad. cum Ol. Juniper.

6.Balſ. tartar. Hæmorrhoid. 6. *Balſam. Tartar. Hæmorrhoidalis* ex Tartar. cum Ol. ovor. & fl. thapſi barbati.

7.Blaſ. tartar. Oticus 7. *Balſam. Oticus* Tart. ex Tart. ol. oliv. deſtill. ſol. fit rubicundiſsimus, inſignis ad dolores & apoſtemata aurium.

8. Bal-

8. *Balsamus Tart. Vulner. Zobel.* ex Tartar. cum ol. Oliv. & infusione fl. hyperic. 8. Balsam. Tart. Vulnerar.

9. *Balsamus Tart. ♀tus Vulnerar. Zwölf. in App. ad Ph. Reg. f. 51.* ex ♀ & ⊖♀ aã. in Hepar liquefactis, quod cum Ol. Tereb. q. f. per digestion. leni calore reducitur in Balsamum. 9. Balsam. Tartar. ♀tus Zwv.

10. *Balsamus ♀ externus ad vulnera & Ulcera antiqua* desperata paratur ex Tartaro ad albed. calcinato pulv. cui affunditur ▽F. ex ⊕ & ⊕ aã. p. j. Ois. p. iij. ⊕ parte tertia, abstrahe, repete, donec non amplius comburere velit Sp. hunc Tartarum tere, solve in cella in Oleum ad cujus p. j. sume Ol. oliv. p. ij. bulliant parum pro balsamo. Thold. in Haliographia p. 4. pag. 332. 10. Balsam. tartar. externus.

11. *Balsamus Tartar. adstringens* fit, si ad albedinem calcinato Tartaro, affundatur Sp. V. qui △ vehementiss. destill. reaffunditur toties, donec Spiritus dulcescat. V. *Grembs. l. a.* §. 97. & nos *de Ol.* ⊖ *Tart.* §. 7. est enim idem ac *Ol. Tart. dulce.* 11. Balsam. Tartar. adstringens.

7. *Salia Tartar. Composita*: 8. Salia tartar. Composita.

1. Sal. Tart. *dulce Kesler. Cent. 3. §. 14. estque* Magist. seu Sal. Tart. cum Sp. V. crebris Cohobationibus subtilisatum. *Paulo aliter* notante *D. Laur. Scholtz. in Euporist.* 1. Sal. Tartar. dulce.

Mss. paravit *Gabriel. Beati Med. Bonon.*
2. ex Tart. crudo in phlegmate Aq. vitæ lente coct. semper crustam supernatantem colligendo, vas obturando, soliqve exponendo: collectam, in copia svaviter calcinabat, tandem Aq. vitæ sæpius cohobabat, donec Sal. Tartar. in duplo ponderis creverit, quod ♎ in flores instar perlarū adhærentes, quos in Sp. V. solut. adhibebat ad dissolv. calcinat. ☉ & digerebat.
Menstruū ☉. *Dicitur* ☉ *solvere*, ut transeat alembicum, circuletur per 2. mens. & fit ☉ potabile.

2. Sal tart. Essentiale. 2. *Sal Tartari Essentiale* (quamvis hoc nomine *Begvin. Tyroc. Chym.* 2, 17. crystallos Tart. indigitet) vocatur *Müller. in Mirac. Chym. l. 3. c. 4. §: 4. Terra foliata Tartar. secretissima: Locatell. in Arcan. Chym. p. 205. Terra foliata philosophica*, *Schrad. tit. de Tart. in Ph. Magisterium Tartar. purgans*, *Zwölff. in Animadv. Ph. f. 144. Oleum Tart. Sennerti.* Paratur ex Sal Tartar. benef. Acet. destill. tanquam homogenei menstrui ex fixo volatile. *Primeros. p. 59. Method. Art. pharm.* loco Sal Tartar. sumit Tartar. crud. simpl. Elaboratio consistit in crebris cohobationibus, sed laboriosior, compendiosior via inventa

est,

eſt,ut unico labore Acet.deſt. Sal. Tartar. ſaturetur in vaſe ♂eo.

Cum hoc Sale Eſſentiali variæ turſus fiunt *præparationes*. Tinct. ex Sal. tartar. Eſſentiali.

1. *Liquorem* exhibet, dum per ſe in aëre liqueſcit,qui liqvor per ſe in Affectibus hypochondriacis egregius vel cum Spir. ✱ miſtus ad gr. 20. appetitum proſtratum roborat. 1. Liquores

2. *Tincturæ. Hujus Sal Eſſent.* beneficio ex ⊕ ♂ Tinct. ⊕ ♂ Tartariſ. educit *Zvvölff. App. Ph. Reg. Cum eodem* ex pulv. Emetico corr. Tincturam Emeticam. *Id. App. Animadv. f. 77. Cum eodem* flor. ♃. Tincturam purgantem paratam per deliquium, qualem quoqve antè deſcripſit *Croll. in Baſil. Chym. p. 88.* 2. Tincturæ 1. 2. 3.

3. *Spiritus Sal Tart.* Eſſent. qualem deſcribit *Exc. Schrœder. Ph. tit. de Tart. ſub nomine Sp. Tart. philoſoph. Cum* triplo argillæ deſtill. hic Sp. exhibet Arcanum Tartar. *Hartman. V. Eund. not. in Croll. Baſ. p. 97.* & nos ſupra. *Tholdius* cum Terra Auguſt. in Spir. reducit pro Arcano Tart. *Vid. Arcan. Tart.* §. *15.* cum bolo ex Sal. Tart. Eſſ. Sp. elicit *Zvvôlff.* itidem pro Arcano Tartar. *ibid.* §. *16.* & *cum eodem* Chymicus quidam *Menſtruum* confecit pro Corall. ex 3. Spiritus pro Arcan. tartar. pro Menſtruis.

tra-

trahendis, itemque pro paranda Essentia ad Quartanam debellandam ex insecto admodum vulgari. Quidam opinantur *Riplæum* olim hoc menstruo usum fuisse, illudque sub nomine Sp. V. occultâsse, qvo metalla calcinata in fimo eqvino intra 40. d. in ☿ currentem solvisse dicitur.

4. Flores. 4. *Flores Tart.* Essent. purgantes facta crebra cohobatione cum Sp. V. & tandem flores in △ fortissimo in alembic. ♎to: alii in retort. armata in ∴ alembic. superposito in ultima dest. Sp. V. ♎ant ubi ♎etur ⊖ ad paucas fœces usqve.

5. Pulv. purgans. 5. *Pulverem purgantem* ex florib. ♁ cum Essent. monstrat *Schrœd. Ph. l. 3, c. 17. tit. de Flor.* ♁.

6. Sal Diureticum. 6. *Sal diureticum* ex ⊖ Essent. per Spir. Creber. Chym. ⊙ficar. præparatur, quod spleneticis in cruda urina restitante limosa materia aliqvoties cum fructu adhibui.

7. Balsam. Antipodagric. 7. *Balsamus Antipodagricus* Chymici cujusdam magni nominis, quem componit pro usu interno & externo, ex Sal Tart. Essent. sol. in quo silices in crucib. ignitos extingvit, post addita Calc. viv. à quâ Sp. V. aliqvoties abstractus, ⊖ urin. volat. & camph. omnia commista retort. loricatæ indita

indita △ aperto per gradus destillat. in MB.

8. *Lapidem seu Opus vegetabile Cloffæi* depingit *Schrœd. Pharm. tit. de Vino*, quando sc. ⊖ Ess. Sp. V. septies supra ⊖ propr. rectif. septies additur Ol. æthereo, Spiritu suo quasi animat per repetitas destillationes & fixationes, unde summa corporis nostri Medicina. *Alium Lapidem vegetabilem ex Tartaro crudo* post plurimos labores in Oleum converso *habet Rhumel. in Compend. Hermet. c. 22. p. 70.* quod in lapidem coagulatur, estq; remedium in morbis ☿ialibus. 8. Lapis Vegetabilis. 1. 2.

Hæc de Tart. brevibus dicta sufficiant, & cum *Lapide Tart.* nunc *Considerationi Vitis Viniferæ ejusq; Partium* ponimus *Lapidem Terminalem.* Si in decursu tam longi stadii alicubi à via Regiâ paulisper aberratum fuerit, Lector Benevolus ignoscet, cum materiæ hujus gravitas, prolixitas & tot Authorum discrepantes sententiæ, Labyrinthum non semel obtulerint, qvem Clarissimorum Virorum verbis, velut Ariadneo filo, evasisse Lector judicaverit, hoc judiciū mercedis loco pro insumtis laboribus me recepisse, gaudebo. Epilogus.

DEO


Deo Ter Opt. Ter Max. Creatori Omnium Rerum, ita etiam nobilissimæ, & omnium utilissimæ Plantæ, VITIS Viniferæ, sit Gloria, Laus & Honor in Secula.

Inscriptio Lapidis Terminalis.

DEO
Et
PROXIMO.



AP-



AMPELOGRAPHIÆ APPENDIX, SEU RACEMATIO SUCCINCTA.

Nulla unqvam fit meſſis, *BENEVOLE LECTOR*, qvam non subſeqvi poſſit Spicilegium, nec *Vindemia*, qvæ non admittat *Racemationem*. Fit etenim non raro, ut Uvæ qvædam minutiores ſub foliis latitantes (inde ὑπ:φυλλίδες dictæ) Legentium oculos aufugientes relinqvantur; interdum Vindemiatorum feſtinatio plenariam impedit collectionem; aut deniq; ſtudiò relinqvitur qvædam, ut immaturæ Uvæ adhuc ulteriori Sole excoctæ, magis molleſcant & tenereſcant. Pari ratione in *Vindemia hâc Litteraria* plurima qvidem hinc inde ex optimis Authoribus collecta fuiſſe unicuiqve ad oculum patet; prætermiſſa tamen qvædam ſcitu non minus jucunda, qvæ feſtinans in elaboratione ante annum prætermiſerat calamus, qvæ fertili hoc Autumno, qvalem plurimi Anni non exhibue- Præfatio

a runt,

runt, ſubjungere placuit. *Miſcellæ* qvidem *Uvæ* ſunt; ut diverſo palato abblandiantur: aſt ſi ad guſtum fuiſſe intellexero, magis ſucculentas & ſapidiores impoſterum me exhibiturum ſpondeo.

AD LIB. I. CAP. II. ſeq.

VARIA EMBLEMATA ex Natura Vitis deſumta.

VITIS EST HIEROGLYPHICUM.

Vitis Emblema 1. Felicitatis.

I. FELICITATIS. Hinc *Pierius Valer. l. 53. Hieroglyph. p. 516. Vitis* apud veteres *Felicit. Hieroglyph.* inde Artis divinandi periti, annotarunt, Uvam in ſomniis viſam etiam extra tempus felicis fuiſſe præſagii. *v. ſupra p. 13.*

2. Fœcundit.

2. FOECUNDITATIS Signum. Inde Regius *Pſalmiſta Pſ. 128.* Uxorem fœcundam *viti* luxurianti fructu comparat. *Joh. Chriſt. Fromman. D. Med. Provinc. Saxo-Coburg. & in Ill. Athenæo Coburgi Profeſſ. Phyſ. in Exercit. Vindemial. de Uva, 1660. m. Octob. Coburgi ventilata* (qvam poſtqvam Ampelographia mea obſtetricante prelo ferè ad finem perducta fuerat, transmiſſam videre licuit) annotavit ex *Litt. Georg. Roſenfeldi Eccleſiaſt. Ippenheimenſis*, hoc Anno 1660. *Vites* in Franconia adeo fœcundas extitiſſe, ut in uno *Vitis* trunco nume-

Vitis fœcundæ Exempla.

rati

rati fuerint ad 600. vel 700. Racemi, circa Ippershemium vero qvasdam *Vites* ad 200. 300. sustentasse botros. Pari ratione *in Conjugio fertilitatis Exempla* mira annotarunt Authores. Ut Veterum relinqvantur, nota satis Historia de *Dalburgia Nobili*, qvæ in 6. gradu descendentes vidit posteros, unde versus: Conjugii fœcũdi Exẽpla. 1.

Mater 1 ait *Natæ, 2* dic *Natæ, 3* filia *Natæ 4*
Ut moneat *Natæ 5* plangere filiolam.

V. *Piccart. obs. Polit. dec. 11. c. 3.* Refert *Mart. Zeiler. Th. Tragic. p. 2. h. 24. p. 633.* 2.
Wolfg. *Schoëtterlin.* Argentorati Ao. 1612. mortuum ætat. 91. anno, qvi numeravit Liberos 17. Nepotes 108. pronepotes abnepotes 2. De *Serenissimo Elect. Saxoniæ JOH. GEORGIO I.* præter Annalium Monumenta singularis fœcunditatis exemplum testatur Nummus argenteus tempore Exseqviarum excusus cum Lemmate: DEO, CÆSAR. IMPERIO FID. CONSTANT. MAGNAN. POST MULTOS TRIUMPH. PAC. PUBL. RESTIT. ET IN HOC QVOD SUI SIMIL. POSTEROS RELINQ. FELICIS 89. PATER PATRIÆ MOR. III. 3.

3. *VITIS EMBLEMA VIRGINITATIS.* Eleganter *Abrah. Scultetus Heidelb.* 2. EMBL. VIRGINITAT.

delb. Theol. Lumen in Epithal. Joh. Adamo Philos. scriptum, canit:

Illa placet *Vitis* cujus tumet *Uva racemis*
Qvæ crebro Solis Lumine cocta rubet:
Illa mihi *Virgo* demum illa probabitur, in qva
Certat spectatâ cum Pietate Pudor.

Uva Insigne Virginũ. Et qvia *Racemi* ex *Vite* decerpti cautè tractandi, ideo *Jacob Cats Præpotent. Belgij Confœderati Ordin. Membrum, & Academ. Lugduni Batav. qvondam Curator, in Poëmat. Connubial. Belgio, p. 201.* Insigne Virginitatis depingit *Uvam* ex *Vite* decerptam, latiusq; illud ibidem explicat. *Idem in Embl. 27.* de *Offic. Puell. p 55.* idem repetit Emblema cum Lemmate:

--- vel tactu perit omnis Honos.

Eer is teer. Qui la taste la gaste.

Pergit: dat Maegthum dat is
Gelyck een Verschen Druyven-tack/
Gaet/ handelt eens den schonsten tros
Terstond sal heel dien soeten blos
Dat angenam/ dat ardigh blau/
Verandert syn in duyster-grau/
Want waer men maer een Vinger set
Dar is von Stonden an een smet/ 2c.

Arbustiva Vitis 4. *VITIS Emblema CONJUGII*, præcipuè

cipuè *Arbustiva*. Concinnè laudato in Carmine *Abrah. Scultetus*: Emblema Conjugii.

Vitis ubi læto vestit se germine *Palmes*
Fœcunda, inseritur frondibus, *Ulme*, tuis:
Sic *Virgo* ætatis succrescens nubilis annis
Amplexu gaudet liberiore Viri.

Adeo omnia creata *Conjugij* harmoniam expetunt: Recte Prudentissimus *Gallus Dn. de Montagn. l. 3. de Essais c. 5.* Tout le moüement du Monde se resout & rend à ceste accouplage, c'est une matiere infuse par tout, c'est un Centre ou toutes choses regardent. Ideoq; cum Virginitatis jugum non omnes ferre possint, maturæ Virgines maturè elocandæ. I'ay troue plus aise, *inqvit Montagn. l. 1.* de poster un cuirasse toute sa vie, qu un pucellage.

5. *VITIS Emblema Fœminæ probæ.* De qvo Germanorum Ovidius, *Petrus Lotichius Secundus*, Romanorum Nasoni vix secundus *l. 4. Eleg. 3.* Arbust. Vitis Embl. Fœminæ probæ.

Ergo velut patulâ *Vitis* se tollit in *Ulmo*,
Vitis & impositum sustinet *Ulmus* onus:
Sic pius *Uxori Vir* adhæreat, *Uxor* amati
Sedula procuret, remq; domumq; *Viri*.

Talis etenim Uxor laborum mariti periculorumq; socia, teste *Tacit. de Mor. Germ. 18. §. 5.* De talis Conjugii felicitate *Guevar.*

 Horol.

Horol. Princip. l. 2. c. 5. Uxoris eſt, mariti Ingenium in Univerſum ſeqvi, ſic mariti Uxoris Ingenium in nonnullis tolerare. Ut ergo *Vitis Ulmo* benemaritata neqvaqvam infrugifera, ſic proba Fœmina amœniſſimum & fructuoſiſſimum reddit Conjugium: De tali *Harsdörff. Th. Trag. h. 154.*

Es ſind 3. harte W/das Weib/die Würd und
Wein/
Doch ſind ſie werth geacht/wenn ſie ohn La-
ſter ſein.

6. Emblema Amicitiæ Vitis Arbuſtiva. V qvoq; Alciat. Embl. 159.

6. *VITIS Arbuſtiva Signum AMICITIÆ.* Delineat hoc *Camerar. Cent. 1. Embl. 34. de Plant.* cum Inſcript. *Amicus poſt Mortem.*

Qvamlibet arenti *Vitis* tamen hæret *in Ulmo,*
Sic qvoq; poſt *Mortem* verus *amicus* amat.

Ulmus etenim licet ſenio arefacta, attamen *Vitem* ſuſtentat, non aliter ac vireſcens: Aſt qvæ hodierno ævo *Amicitia* inter homines? Fugiunt Amici doloſi cadis cum fæce ſiccatis *Horat. 1. C. 35. v. 26.* proſperis tuis rebus certaturi ad obſeqvium, adverſam autem fortunam ex æqvo detrectant. *Tacit. 2. H. 97. 3.* Les Amis pour l'heur preſente ſont du naturel de Melons, Il faut choiſir cinquante

Amicitia hodierna fucata.

quante Huant trouuer un bon. Et lepidus German. Poëta *Taubman. in Melodes. p. m. 520.*

Res eſt uſq; laborioſa
Verum ſi qvis habere vult *Amicum*,
Qvin ſi *Umbram* qvis habere vult *Amici*,
I, incende Tibi meridiano
Magnam Diogenis fere lucernam,
Et diſqvire labore diligenti
Si posſis reperire *verum amicum &c.*

V. qvoq; huc ſpectans elegans carmen Sapientis *Apolographi Perſæ* apud *Olear. in Schich Sadi l. 1. c. 19. f. 21.*

7. *VITIS Emblema Gratitudinis. Vitis* arborem amplexa licet adſcendat, tamen ipſi nullum infert damnum, contra Hedera perimit ſuſtentantem. Sic optimæ indolis homines oblata beneficia grato agnoſcunt animo; apud animos vero ad malitiam obſtinatos, idem valent beneficia qvod injuriæ, irritant, non obſtringunt planè: ut nonnulli morbi per remedia aſperantur. *Meurſius l. 2. Hiſt. Danic. p. 90.* 7. Vitis Embl. Gratitudinis.

8. *VITIS Erecta Imago* Αὐταρκείας, ſeu illius qvi ſuis rebus contentus non freqventat aliorum Atria, ut iis blandiendo ſublevetur. Depingit *Vitam erectam Camerar. C. 1. Embl. 39.* cum titulo: *Se ſuſtinet ipſa.* 8. Vitis Erecta Embl. Αὐταρκείας.

 Vitis

Vitis recta suo per se fulcimine nixa
Pingit eum, sua sors cui satis est, Animũ.
Tale exemplum de seipso refert *Vittorio Siri in præfat. Tom. 2. Mercurij*, qvando *inqvit*: Vivo contentissimo nella tenuità delle mie fortune, ne vagano per la mia mente pensieri d' inalzarle à conditione maggiore poiche non ho parenti da beneficare, ne incentiui d' aggrandire la mia Casa ristretta alla mia sola persona, che si professa Cittadino del mondo & riconosce per Patria quei luoghi doue riceue buon trattamento.

9. Vitis Pedata Fauorē Magnatum notat.

9. *VITIS PEDATA Favorem Magnatum* adumbrat. Ut etenim *Vitis* jacet nec fructum fert nisi ad stipitem, arboremve applicata: vix etiam Litterati nisi gratia & favore magnatum subnixi. *Lips. Cent. 2. ad Belg. ep. 13.* Nulli tam clarum cuiqvam statim Ingenium contigit, ut possit emergere, nisi illi materia, occasio & Fautor contingat. *Plin. l. 6. ep. 23.*

Sint Mecænates, non deërunt, Flacce, Marones.

Cur olim Ingenia Nobiliora?

Hinc causam rejicit *Muret. Var. Lect. l. 4. c. 1.* cur priscis temporibus præclara Ingenia, qvia ea, qvæ facultate excellebant, & maximis honoribus mactabant, & amplis-

simis

ſimis muneribus aſſiciebant: at noſtra ætate, *pergit*, vocalis Muſarum chorus conticuit, qvæqve avaritia Marſupia Potentum clauſit, eadem venas Heliconii liqvoris obſtruxit.

10. *VITIS PEDATA* indicat *Neceſſitatem Inſtitutionis.* Ut enim *Viti pedamentis* qvibuſdam ac radicibus opus eſt ne jaceat; ſic Juventuti monitis, ne cadat. *Lipſ. l. de pronunt.* Cum etenim Juvenes ſint ſecundum *Horat. de Art. Poët, v. 163.* cerei in vitium flecti, maturè ipſis Inſtitutione proſpiciendum, ne fiant monitoribus aſperi. Aliqvis vir bonus eligendus eſt ac ſemper ante oculos habendus, ut tanqvam illo ſpectante vivant, & omnia tanqvam illo vidente faciant; qvi ſic aliqvem vereri poteſt, cito erit verendus. *Senec. Ep. 11.* V. qvoqve *Plin. l. 3. Ep. 3.* 10. Vitis Pedata Embl. Inſtitut.

11. *VITIS Arbuſtiva* indicat *Utilitatem communis Operæ*, qvando Manus Manum lavat. Innuit hoc *Camerar. Cent. 1. Embl. 32.* cum Lemmate: *OPIS INDIGA.* 11. Vitis Arbuſtiva Embl. Utilit. communis Operæ.

Stratus humi abſentem *Palmes* ſterileſcit ob *Vlmum*,
Indiget alterius qvilibet auxilio.

Vitis fructifera eſt, *Vlmus* autem ſine fructu, qvia vero *Vitis* absq; ſuſpenſione ab *Vlmo*

 malos

malos producit fructus, itaq; *Ulmo* qvoq; Uvarum productio asscribenda est. Innuit hanc communem Necessitatem Fulvius Romanus, qvi Signa 9. Camœnarum in Circo Flaminio in Æde Herculis sub tutela fortissimi constituit Numinis, qvia mutuis operis & præmiis juvari ornariq; deberet Musarum qvies defensione Herculis, Virtus Herculis voce Musarum. *Eumenius Rhetor in Orat. de Schol. Restaurat. post Plin. Panegyr.*

12. Vitis & Oleæ Conjugium Imago Abundantiæ in Pace.

12. *VITIS & OLEÆ Conjugium Imago Abundantiæ in Pace.* Vitis enim teste *Joh. Assvero in Jatromathem. f. de Astron. & Medic. Conjug. p. 169.* in *Oleæ* confinio statui gaudet, ejus insitionem admittit, illiq; maritari exoptat. Cum ergo *Olea* Pacis Hieroglyph. sit, teste S. Scriptura *Gen. 8, 12. Vitis* autem fœcunditatis, significat ex Pacis Cornucopia innumeros redundare fructus, adeo, ut si Pacis nomen dixeris, ferè omnia Bona dixeris. Optandum itaq; ut *Vitis, Pacificæ Oleæ* in *Oliva Borussorum* maritata præterito anno, Gargaréas & fertilissimas Commodorum segetes etiam nostræ funderet patriæ per plurium annorum lustra. Nec dubitamus dummodo *Invictissimi Imperatoris Domini nostri Clementissimi*

mi amplius *Solaris plane & beneficus aspectus*, qvi ingruentes calamitates depellat, irruentia mala divertat, fœcunditatem inferat, fidelissimas subjectas Terras fovere & irradiari dignabitur.

13. *VITIS odium* cum *Brassica, Simulachrum dissidij* qvod sæpius integræ *Nationes* invicem gerunt plusqvam Vatinianum, ut nullo pacto constanti qveant coalescere Concordia. Proximorum fermè acerrima Odia esse, judicat *Tacit. 4. H. 70, 4.* Exemplum exhibent ab aliqvot Seculis Persæ & Turcæ, Moschi & Poloni, Poloni & Sueci, Sueci & Dani, Belgæ & Hispani, Scoti & Angli. Qvam irreconciliabilia sint odia Hispanor. & Gallor. probat præter Historiarum fidem *Traj. Boccalin. p. 1. relat. 3.* & elegans *liber in Gallijs impressus* sub nomine, l'*Antipathie des Francois & Espagnols.* Frà Porthogesi & Castigliani, *inqvit Siri T. 1. Mercur. l. 1. p. 115.* regnò sempre mai un antithesi non men ostinata, che hoggidi si rauuiua fra Spagnuoli & Francesi.

13. Vitis Odium cũ Brassica Embl. Odii inter Nationes, Exempla.

14. *VITIS Laurum* refugiens denotat, *Laureatos* Triumphatores *vini* nimio usu & Luxuria corrumpi. Hæc etenim cum *vino* viros triumphales victores gentium vicit. *Macrob. 3. Sat. 13.* Utinam *Alex. M.* Triumpho-

14. Vitis Odium cũ Lauro Embl. Abstinẽt

phorum Laureatâ Sylvâ coronatus Asiæ Amœnitatem (qvam Martis viris præprimis cavendam & fugiendam censet *Liv.38,17,18.* qvod peregrinæ hæ voluptates multum ad exstinguendum animi vigorem possint) neglexisset, & devictâ eâ *Laurum viti* non maritasset, sed dum amicos potius poculis qvam hostes præliis provocat in flore ætatis exstingvitur. *V.* de ejus luxurioso triumpho cum comessabundô Exercitu *Curt.9, 10,20.seq.* de ejus bibacitate *Ælian.var.2,41. Plutarch.Sympos.6,1. Lamprid. in Alex. c.30. Cœl.Rhod.22,20.& 29.17.*

15. Vitis Embl. mutationum in Microcosmo & macrocosmo. Microcosmi mutationes.

15. *VITIS* cum sit tot *Calamitatibus* obnoxia, licet alias longæva, comprobat *& Hominum*, & *Imperiorum* fata creberrimis *mutationibus* esse *obnoxia.* Arbores magnæ diu crescunt, una hora exstirpantur, scitè Scythæ Alexandr. apud *Curt.7, 8,14.* fragilitatis suæ admonent. Ab *Externis* & *Internis* patiuntur calamitatibus. Alium Hominem bellantem arma decipiunt, illum diis vota reddentem penatum suorum ruina sepelit, alius vehiculo lapsus properantem spiritum excussit, cibus avidum stangulavit, abstinentem frugalitas, adeo, ut si bene calculum ponamus, ubiq; naufragium sit. *Petron. Sat.p.79.* Alios ferro, alios igne, alios terroribu

ribus repentinis, alios siti,alios præcipiti lapsu,alios laqveo,alios Morborum sævitia de medio invisa mors rapit. *Senec. ep. 99.* Adeò nihil stabile tam Hominum,qvam urbium fata volvuntur. *Id.ep. 91.* Urbium, Imperiorum,gentium nunc floret Fortuna, nunc senescit & interit. *Vellej. Paterc. 2, 11, 6.* Ut *Vitis* ab excisis *palmitibus* propagatur: sic ab aliorum ruinis surgunt *Imperia*: primis duobus seculis adolescunt, totidem crescunt,totidem integrè & cum gloria servantur, septima & octava ætate labant, nona & decima fatiscunt, cadunt, pereunt. Pauca excessére mille annos, & illa sine decore frigidis viribus, pigro situ dolores qvotidie novis doloribus aggeratos ad ultimum Spiritum ferentia. *V. Alitophil. in Lachrym. verit. f. part. 5. Euphorm. Sat. p. 585.*

Macrocosmi mutationes.

16. *VITIS* licet optima, *in alieno Solo* rectâ si destituitur *Cultura*, degenerat: sic *Optima Ingenia*,neglecta Institutione.Recte *Hieron. Epist. ad Loetam*: Solum, licet bonum,cessante cultura sterilescit, tortuosæ & infrugiferæ fiunt arbores per incuriam: facilius novæ plantæ læduntur à tempestate qvam adultæ & grandiores jam factæ: ita adolescentes neglectâ Institutione fiunt

16: Vitis Embl. culturæ Ingeniorum.

pestes

pestes familiarum. la terre de nos Ames qvi portoit le bon froment de Pieté & de Vertu peut à faute de culture produire les Espines & les chardons de vices & d' enormiter. *Le Soldat Franc. p. 24.*

17. Vitis Luxurians Embl. Ambitiosorum.

17. Ut *VITIS*, nisi *amputes*, latè sespargit; brachiis suis omnia complectens & implicans: ita Princeps *Ambitiosus* semper aliqvid è proximis suo adjungit Imperio, nisi subinde vindicetur. *Erasm. Roterod. in Simil.* Sic *Alex M.* cui non unus suffecerat Orbis, cujus nec cupiditates, nec fortuna ullo modo terminabantur. *Justin. 21, 6, 4.* bracchia sua latius extendisset & fortean ItaliamRomanamq; Virtutem tentasset (qvæ an Alex. M. fortunæ par fuisset dubitatur) sed inopinata Mors superveniens, vitam detruncans, omnes ipsius spes decollavit. Sapientissimus Hispaniarum qvondam Principis Iuventutis moderator *Didac. Saavedra symb. 74. p. 550.* eleganter *inqvit*: Apes Regem armatum non ferunt, ne fortè bellicosus sit, & Reipubl. suæ gubernatione neglectâ, alienis acqvirendis sese occupet.

18. Vitis Luxurians Embl. Affectuū

18. *VITIS* nisi *amputetur latissimè sespargit*; sic *Affectus*, qvibus Aura aliqva velificatur popularitatis. *Sapiens* ab *Isgano L. 1. de*

1. de Conſt c. 11. Ut à *vite* luxuriantes ſurculi recidendi, ne *vitis* intereat: pari ratione omnes homines, qvi de rebus dubiis conſultant, ab Odio, Amicitia, Ira, ac Miſericordia (reliqvisq; *Affectibus* qvi detruncandi) vacuos eſſe decet, haut enim facilè animus verum providet, ubi illa officiunt. *Saluſt. Catil.c.51.pr.*

19. *VITIS novella* copioſius gignit vinum, ſed *vetuſtior* melius: ita plura loqvuntur *Juvenes*, ſed utiliora *Senes*. *Eraſm. in Simil.* Comprobat hoc *Ariſt.7. Polit c.9.m.* vires in Juvenibus, Prudentiæ in Senibus, aut ut *Plutarch.in Lycurg.c.39.* haſtæ juvenum Conſilia Senum ſint, qvi teſte *Apulej.5. Metam.p.613.* ſenectutis prolixæ beneficio multis experimentis ſunt inſtructi, ut cenſente *Saluſt.Catil.c.6.* licet ipſorum corpus annis infirmum, ingenium tamen ſapientia validum. 19. Vitis Novella & vetuſtior Embl. Senū & Juvenū.

20. *VITES* in Campania populos amplexæ ipſa æqvabant cacumina, adeo ut vindemiator rogum ac tumulum exciperet; ita qvi in arduis verſantur negotiis *periculi* meminiſſe debent *Roterod.in Simil.* Cuncta namq; mortalium incerta, qvantoq; plus adeptus, tanto te magis in lubrico cenſeas. *Tacit.1.A. 72, 2.* Hinc & ſummis Regnis 20. Vites excelſæ Embl. Periculorum.

Regnis floridisq; inopina sæpe supervenit Ruina, & proculcatio; Dominus & Carnifex: nec magnis ista intervallis divisa, sed horæ momentum sæpe interestinter solium & aliena genua. *Senec. c. 11. de Tranq. Animi.*

--- Celsâ graviore casu
Decidunt turres, feriuntq; summos
Culmina montes.

Horat. 2. C. 10, 10.

Et hæc de vite in genere sufficiant.

Ad Libri I. Cap. V. Pag. 41. seq.

Additamenta De Vitibus Aureis Hungariæ.

Vites Aureæ in Hungaria.

Meminit qvoq; *vitis Aureæ Joh. Joachim. Becherus in Metallurgia* (Fr. 1660. edita) *p. 1. c. 1. pag. 2.* qvando inqvit: interdum etiam Vegetabilia Essentiis Metallicis impraegnantur, & vaporibus mineralibus qvasi perfumantur. Ipse, *pergit Idem*, vidi *in Hungaria vitem* supra ☉i venam prognatam, cujus truncus non solum totus ☉eis veluti filis obvolutus, sed & in qvibusdam Acinis obryzi ☉i granula inventa fuerunt. Expressione dedit hæc vitis vinum rubrum, de qvo se gustasse *Idem Becherus* testatur.

Ad

Ad Pag. 55. Lib. J. Cap. 7.
De vite Barbatâ.

Inter alias vitis species *vitis Barbata Monstrosa* recensita fuit. Talem *Lycosthenes* qvoq; inter Prodigia retulit. Ast *Borell. c. 1. obs. Medicophys. 10. p. 16.* monstrat, qvomodo facillimo negotio tale monstrum, *Vitis* scilicet *Barbata*, parari posſit, admotâ cuscuta, qvæ viti statim agglutinetur: Cuscuta namq; in amplam messem in uvis, sola appositione, crescit. Vitis barbata.

Ad Pag. 82. Lib. J. Cap. 7.
Vegetabilia in Corpore Humano producta.

Vegetabilia in Corpore Humano producta fuisse miro Naturæ lusu enarratum fuit: exemplum de Pastore Hispano adductum. Illud non fabulam sapere, sed verissimam esse Historiam attestatur insignis *Gallorum Philosophus*, & *Mathematicus D. Gassendus in vita D. de Peiresc. Paris. edita, illi Pastori Tarraconensi Prunulum* ad sternum fruticescentem prodiisse, qvoniam in prunulum pastor inciderat; ibi spina per biennium ad eam partem implantata sic radices egit, ut post resectos varios surculos aliqvi prodierint, in qvibus flores & fructus visi. Refert *Idem Gassendus* ipsi *Peireskio* viro maximi momenti, de cujus dictis du- Vegetabilia in corpore humano

bitare non liceat, dono tales ſurculos oblatos fuiſſe. Sic *D. Johan. Solegrius Botanicus peritiſſimus*, vidit veterem *Carpionem* è cujus capite *Muſcus* ſine terra ulla copiosè prodierit ſatis longus *Apem* vidit *D. Borell. c. 1. obſ. 10. p. 17.* è cujus cranio ſempervivum minus cum 12. caudiculis ortum duxerit. Idem *Borell* adducit *Maſſaci* Poëtæ Galli teſtimonium, qvi ita canit:

Humano mirum viguére in corpore Plantæ,
Et gemmæ teretes, atq; Auri pura metalla.
Nam vidi, & ſervo, ſtupas ex ore puellæ
Aure & nare, oculóq; ſimul, ſimul atq; pudendò
Nuper decerptas, imâ radice tenebant,
Candoris nivei bene olenteis Iris odorem.

Meminit qvoq; *Euſebius Nierenbergenſis Prof. Phyſiolog. Matriti in Hiſpania, in Hiſtoria Peregrina Naturali Viri*, è cujus ore, naſo ac auribus floſculi nati ſunt. Imo mirabilior adhuc caſus cujus meminit *Borell. cent 1. obſ. 28.* circa Monſpelium in digito Piſcatoris à *Piſce*, *Raſcaſſe* vocato, vulnerato, ibiq; ſpinâ relicta; poſtea piſciculum probè efformatum, ejuſdem formæ qvi vulneraverat in medio tumoris digiti, aperto digito inventum fuiſſe. Imo in adjacente Monſpelio oppido Frontiniaco è digito

Piſces in Homine producti

gito piscatoris, cui spinula scorpionis marini implantata, Chirurgum inde tres pisciculos ejusdem generis scorpionum extraxisse. Mirandarum harum & insolentium *Transplantationum causas* acutiori Oedipo hariolandas relinqvimus. Adeo

Multa tegit sacro involucro NATURA, nec ullis
Fas est scire qvidem mortalibus omnia.

Racematio ad Lib. II.

de Vitis Partibus in specie.

Ad Section. II.

DE FLORE VITIS.

De Svavitate Florum Vitis ita *Paulus Melissus* Germanor. Poetar. Cygnus, canit apud *Nicol. Reusner. in Ænigmatogr. part. 1. p. 321.* Florum Vitis Svavitas

Non ego me Matrem generosi jacto liqvoris:
Flore meo dixi *svavius* esse nihil.

Ad Section. IV.

de SARMENTIS.

Sarmenta flexibilia cum sint, si molliter tractes trahenti cedunt, si vero violenter, franguntur. *Abrah. Scultet. carm. supra cita* allegoricè *ad Officium Viri Christiani* in Con- Sarmēta Embl. Officii Viri Christiani.

Conjugio transfert, qvando canit:
Res tenera est *Vitis*, caute tractāda Colono,
Nec vi, sed doctâ flectitur arte manus.
Fœmina vas fragile est, versato id molliter
Uxor
Non vi, sed multo vincitur obseqvio.

Ad Sect. V. Cap. II.

de Vvis.

Unde Germ. Traube. *Uva Germanis* dicitur Traube à Græc. τραπεῖν qvod in torcular conjecta simul calcetur, vel à θραύω vulnero, ut opinatur *Martin. Lexic. Phil. f. 4104.*

Eventus de Uva Forstiana. *Supra pag. 100.* mentio facta est *Vvæ insignis magnitudinis* hoc Anno 1660. prognatæ *in Pago Forst*, uno milliari saltem Schwinfurto distante, nunc eventum subjungere placet *ex. Litt. Ex. D. Fehr 12. Kal. Nov. ad me perscriptis. Vvam Forstianam, inqvit,* de qva in prioribus, nuper vidi, exspectationi minimè respondentem, sed vel à calore Solis nimiò aut carbunculo læsam, vel à Coloni negligentia suffocatam in racemum degenerasse cum acinis minoribus rarioribusq;. Meminit hujus *Vvæ D. Fromman in ante citat. Dissert. Vindemial. §. 10.* qvod Anno 1660. in Pago Forst Uva florescens qvantitate ulnam dimidiam superans Vitori-

nitoribus spem fecerit, servata incrementi ulterioris proportione Uvam hāc dolij minoris (als ein halb eymrig Fäßlein) magnitudinem aliqvando superaturam aut certè æqvaturam. Hic Naturæ lusus movit *Episc. Herbipol. Rever. Princip. Elector. Eminentissimum*, sub cujus ditione pagus Forst, ut qvorundam custodum fidei uvam commiserit. Sed qvæ florescens pileo capi non potuit, ut fulcrum jam sint meditati, excisis à viro qvodam prominentibus uvæ crescentis claviculis, sensim, concurrente præsertim cœlo ficciore, decrevit & detumuit, sicq; Natura suo lusu elusit possessoris expectationem.

Pag. 105. 106. uvarum species in Franconia nascentium Catalogusq; recensitus, qvibus ex *D. Frommanni diss. Vindem. Uvarum circa Coburgum usitatas species* subjungere placet. Enarrat autem *§. 22. seq.* specificas seqventes, qvæ sunt: Uvarum circa Coburgum variæ Species.

1. *Muscatellæ* dreyerley art/schwartz/braun/weis: has ut *Apianas* ab Apibus earum avidis antiqvi vocarunt, teste *Plin. 14, 2.* ita *Exc. Fehr* eleganter arbitratur *Muscatulas* dici, non tam à moschi odore, qvam potius à *Muscarum telis*, & *mellis* dulcedine. 1. Muscateller. Unde dictæ?

2. Meed Träubel qvod *Medonis* dulcedinem referre videantur, coloris viridis, ci- 2. Meed-Träubel.

 tissimè

tiſſimè matureſcunt, inde **früh Träubel.** Has uvas Schwinfurti vocari **welſche Traubel** ad me perſcripſit ſæpe laudatus *D. Fehr*, qvod ut alia præcocia, ex Italia allata eſſe perhibeantur. Idem *D. Fehr* ad hoc genus reducit uvas, qvæ proveniunt baccis majoribus rotundis per maturitatem flaveſcentibus, communiter **Junckerstraubel / oder gut Edel.**

3. **Heuniſch** 3. **Heuniſch oder Hunniſch** qvod ab Hunnis vel Hungaris in Germaniam Anno 906. & 923. irrumpentibus, eò ſimul tranſlatæ vites, ſuntq; circa Coburgum triplices.

1. **Grob Heuniſch** magnis acinis virideſcentes cum ſplendore coloris.

2. **Klein Heuniſch** ſola qvantitate differunt.

3. **Schwartz Heuniſch** coloris è fulvo rubei **braunroth**/ſed continuato Solis favore nigræ evadunt.

4. **Fleiſchträubel.** 4 **Fleiſch Träubel** à rubore, uvæ magnæ, coloris è rubro fulveſcentis (has Exc. D. Fehr **Fleiſchwiener** Schvvinf. vocari affirmat) & qvod ex iis Sapa fiat **Beerbrey**/ inde vocantur hæ uvæ **Breyer.**

5. **ſchwartze Trauben** 5. Ex Nigris **Klumpſchwartz** ob acinos grandiores conglomeratim diſpoſitos: **Sauerſchwartz** à ſapore acido minores, ſed

qvæ

qvæ vinum dant nobile: Klebschwartze/qvæ ramosos habent scapos, qvibus baccæ jam majores, jam minores insident: Grobbraune qvæ habent conglomeratos acinos, & Kleinbraun in ramosis scapis mixtos, minoribus majores.

6. Ziegelrothe acidi saporis, alias Propheceyer/qvia harum maturatio vini optimi proventum prædicit, qvo maturiores fiunt, eò nigriores sunt. Cum rarò maturescant vinum non adeo laudabile fundunt. 6. Ziegelrothe.

7. Ex rubris qvoq; sunt Klumprothe ob densitatem acinorum globosorum: Klebroth cujus acini inæqvalis magnitudinis: Sauerroth/ Hartroth qvod rarò maturescant. Has posteriores Schvvinfurti vocari Schleetrauben/qvod etiam maturæ pruna silvestria æmulentur, author est D. Fehr. 7. Andere rothe.

7. Rüßlinge/ qvarum color ad viridit, cum splendore accedit, acini punctulis notati, velut Muscarum aut aranearum excrementis, sapore generosæ. Apud Coburgenses hæ uvæ longiusculæ, sed apud Schvvinf. notante Dn. D. Fehr, rotundæ potius ac arctissima conglomeratione per maturitatem flavescentes. 7. Rüßling

8. Grünling à viridi colore, habent acinos densos & freqventes. 8. grünling

9. Fränkisch. 9. Grob- und Kleinfränckisch mixti è flavedine & viriditate coloris, nobilitate vini celebres.

10. Rohrfr. 10. Röhrfränckisch/qvæ non nisi scoporum gratia enatæ videntur, speciosè enim pronatis vix 4. vel 5. baccæ incubant.

11. Elbinger 11. Elbinger/ & qvidem

1. GrobElbinger/acinos gerit globorum qvi è sclopo majori (Musqveten) exploduntur magnitudine ex albo viridescentes.

2. KleinElbinger pisorum qvantitatem non superant.

12. Langbärtige. 12. Langbärtige spithamæ longitudinis, acinis majoribus, coloris flavi.

13. Oesterreicher. 13. Oesterreicher dulces sunt & baccas majori flavedine tinctas habēt, qvam Elbingenses.

14. Gänsefüsser. 14. Gänsefüßer qvod folia transcursent tres certo ordine nervi, pedem anserinum qvasi exprimentes.

15. Zibebem. 15. Zibebem cujus acini oblongi, magni, prunorum instar cereorum, Spilling/multa carne referti.

16. Christiner. 16. Christiner è flavo viridiusculæ, Muscatulas accedunt.

17. Bockstr. 17. Bockstraubel nigræ sunt uvæ tenuis

sortis,

ſortis, magnæ, dulces, ſcoporum copia luxuriantes.

18. Schrottraubel qvæ potius pampinorum pompa, ſarmentorum ubertate, palmitum freqventia, qvam baccis, ſplendidæ. 18. Schrot-trauben.

Exc. Fehr refert in Litter. in Franconiâ Autumnum Anno 1660. multis inſolitis tempeſtatibus obnoxiū, exhibuiſse triplex uvarum genus, *maturum unum* & omnibus numeris abſolutum, cujus vinum nobile & generoſum; *immaturum alterum* & cujus vitis adulto vere, vel à frigore læſa fructum qvaſi poſthumum Nachkömling/ vel fructus ejusdem ab ardente Sirio peruſta, ſerotinas uvas racemosq; protulit, Keer oder Nör-trauben/ agreſtæ potius, qvam vino ferendo idoneas. Ab eâdem cauſa Autumni tempore *aliud uvæ genus natum* & Octobris menſe in vite floridum repertum, cum aliis floribus pluribus E.G. pomorum, fragor. acaciar. roſar. & ireos noſtratis vernæ. Addit *qvartum* genus pictum qvaſi, *uvæ* nimirum *ex rubro flaveſcentis*, gut Rotwiner in gut Fränckiſch/ idq; in uno eodemq; ſcapo & unius vitis genimine maturum & dulciſſimum, ubi qvidam acini rubri, qvidam flaveſcentes. Itaq; non Africa ſolum ſed & reliqvæ terræ ſedulo ſuo Cultori ſemper

Conſtitutio Uvarum in Franconia Anni 1660.
1.
2.
3.
4. Uvæ duplicis ſpeciei in uno Racemo

 aliqvid

aliqvid novi ſuggerunt. Videtur arctiſſimum affinitatis jus inter duo hæc uvarum genera intercedere, rarum qvidem utrumq; in eadem matre vite naſci, rariſſimum vero in eodem fructu utriusq; generis acinos reperiri. *Miraculo* autem propior *Uva*, qvæ Coburgi Anno. 1572. viſa, cujus acini ſinguli litteris Cruci Chriſti ſolennibus I. N. R. I. inſcripti erant, ut Annales referunt. *Hæc Ille.*

Uva miraculoſa

Similia de Uva.

Similia de Uva. 1. Sole non Luna Uva matureſcit.

1. Veterum fuit Proverbium: *Lunæ radijs non matureſcit botrus*: reqviritur etenim benevolus fœcundantis *Solis* Aſpectus, ut uva tenereſcat. Vt *uvarum perfectio* ſecundum *Solis* conſtitutionem; ſic ſolent *Ingenia* moresq; componi ad Principum mentem. *Jo. Freinſhem. ſuppl. ad Curt.* 1, 3, 32. Sic *Auguſti* temporibus non defuerunt decóra Ingenia. *Tacit. 1. A 1, 4.* Sub *Trajani* Principatu eadem Virtutibus præmia, qvæ in Libertate, nec benefactis tantum ex conſcientia merces. *v. Plin. Secund. paneg. c. 44. §. 6.* cum *Franciſc. I.* Gall. Rex blando & vere Solari aſpectu foveret Litteras, nullis unqvam ſeculis, nullis unqvam regionibus tanta Doctorum hominum ſeges, qvanta ſub hoc Principe ſuccrevit, teſte *Bodin. 4. de Rep. c. 6.* Con-

tra

tra si pallidi & invalidi *Uvarum maturationi Lunæ radii Vitem* obliqvo aspectu feriunt, vix nobile germen exspectandum erit. Concludo *Plin. Nepot. l. 3. Ep. 21.* aurea plane *sententiâ:* fuit moris antiqvi eos qvi vel singulorum laudes, vel Urbium scripserant, honoribus aut pecunia ornare: nostris vero temporibus ut alia speciosa & egregia, ita hoc imprimis exolevit: nam postqvam desiimus facere laudanda, laudari qvoq; inepta putamus.

2. *Ut Uva maturescat, Solis continuatis* radiis opus habet. Hinc scite *Poëta:* 2. Uvæ maturationem Sol, studia Labor perficit.

Non maturescit momento temporis *Uva,*
  Mollior è *multo* non nisi *Sole* venit.

Pariter, qvi *laborum fructum* gustare cupit, oportet ut indefesso & continuato labore operi insistat, nam

-- labor omnia vincit improbus.

Virg. 1. G. 145. nihilq; qvod non expugnet pertinax opera, intenta, & diligens. *Senec. Ep. 50.* Omne opus qvidem difficile videtur, anteqvam tentes: *Veget. l. 2. c. 14.* at nihil, qvod non assidua meditatio facillimū reddat. *Id. l. 1. c. 19.* Hæc Aristotelem tantum Philosophum, Ciceronem & Demosthenem, tantos Oratores, Archimedem & Euclidem, tantos Mathematicos, Virgilium



& Horatium, tantos Poëtas, Apellem & Parrhasium, tantos pictores, Phidiam & Polydorum tam excellentes effecit statuarios.

3. Uva Basilica imbres: Viri fortes calamitates perferunt.

3. *Uva Basilica* qvasi Uvarum Regina, fortiter imbres perfert. *Colum. 3. 2.* Pari ratione videmus qvosdam regiâ qvasi mente præditos, alto supercilio calamitates & fortunæ procellas despexisse. Qvalis *M. Cato* qvi fortunam semper in potestate habuit. *Vellej. Pat. 2.35.2.* ubi *Boecler. in Indice:* notatur illa Virtutis vis qva munitus vir excellenter bonus fortunam qvamcunq;, & sustinet, & regit, semper sibi similis, nec inflari gnarus prosperis, nec adversis dejici, qvalem *Horat. 2. S. 7. 84.* teretem ac rotundum, Græci πτράγωνον vocant, seu qvadratum. *Cœl. Rhod. 18. 14.* De Catonis Constantia *Senec. Ep. 104.* Tales Veteres olim Romani, qvorum animos neq; si vincantur minui, neq; si vincant rebus secundis insolescere ajebat Scipio African. apud *Justin. 31, 8. 8.* sed tum moris erat in adversis vultum secundum fortunæ gerere, moderari animos in secundis. *Liv. 42, 62. 9.*

4. UvæVejentanæ pruinas: fortes infortu-

4. *Uvæ Vejentanæ contra pruinas fortissimæ,* siccitate magis qvam imbre, æstu qvam algore vexantur. *Plin. 14. 3.* Pariter fortes & strenuos etiam contra fortunam insiste-

re

re spei ajebat Plotius Firmius apud *Tacit. 2. H. 46. 4.* Sapiens pariter ad omnem incursum munitus, non si paupertas, non si ignominia, non si dolor impetum faciat; pedem referet, interritus & contra illa ibit; & inter illa. *Senec. Ep. 69.* Stat rectus sub qvolibet pondere, nulla illum res minorem facit, nihil illi eorum, qvæ ferenda sunt, displicet: qvicqvid cadere in hominem potest, in se cecidisse non qveritur. *Id. Sapientiss. Rom. Ep. 71.*

5. Uvæ Spineæ Nebulæ, Fortib. miseriæ proficuæ

6. *Uva Spinea inter nebulas* & pluvia sumit incrementa. *Plin. 14, 2.* Pariter generosi calamitatum nebulis involuti, Fortunæ adversæ potius insultarunt, qvam ut ab eâ læsi succubuissent. De Mithridate refert *Justin. 37, 1. 8.* eum à summis Imperatoribus Lucullo, Sulla & Cn. Pompejo ita victum, ut major clariorq; in restaurando bello resurrexerit, damnis suis terribilior factus. Damnis suis ditior redditus Seleucus. *Id. Just. 27, 2. 4.* Marius clade major. *Flor. 3, 21. 16.* Samnitesq; cladibus animosiores. *Id. 1, 16. 5.* De ipsa Roma *Claudian. de Laud. Stilic. 3, 144.*

Nunqvam succubuit damnis, & territa nullo
Vulnere, post Cannas major Trebiamq; fremebat.

Chri-

Christiani in primitiva Ecclesia spinis Ethnicorum circumdati, persecutionum nebulis pressi, profuso Martyrum cruore velut sangvinea pluvia aspersi, latius creverunt, adeo ut visum fuerit ex paucis Martyris guttulis innumeros alios propullulasse Christianæ fidei Promachos, & Defensores acerrimos.

6. Uvæ torculari conculcantur.

6. *Uva ut vinum fundat, torculari subjicienda est & premenda, & conculcanda:* sic res adversæ magnos probant, ut res secundæ felices. *Plin. paneg. c.31. §.1.* Calamitates etenim terroresq; mortalium sub jugum mittere proprium magni viri est. *Senec. de Provid. c. 4.* Hinc Adversitas Ignem experitur in Mutio, Paupertatem in Fabricio, Exilium in Rutilio, Tormentum in Regulo venenum in Socrate, mortem in Catone. *Id. in l. qvar. bon. vir. c. 3.* Adeoq; ut vinum absq; uvæ pressura non cognosci & gustari potest: ita nec magnus vir. Unde enim scio an magnus, si fortuna non dat facultatem exhibendæ virtutis? *Senec. de Provid. c. 6.*

7. Diversitas Uvarum & ingeniorum ex Cœli cõstitutione.

7. *Uva pro diversitate Soli & terræ, Solis Luce, Cœliq; constitutione variâ, variat,* ut inde vel nobilior evadat, vel ignobilior. Pari ratione positio cœli corporibus habitum dat. *Tacit. Agr. c. 11. §. 4.* & ubiq; locorum si-

tus

tus Ingenia hominum format. *Curt. 8, 9, 20.* Qvantò enim cœlum asperius, tantò corpora & Ingenia sunt duriora *Justin. 2, 1, 3.* locorũ asperitas Ingenia indurat *Curt. 7, 3, 6.* & solitudo ipsa natura immitia efferat Ingenia. *Id. 9, 10, 9.* Sic plerumq; stupidi, qvi

Vervecum in Patria, crassoq; sub aëre nati

qvales olim Bœotij, qvi inde magis firmitati corporis qvàm ingenij acumine inserviebant. *Corn. Nepos Alcibiad. c. 11. §. 3.* & *Thebanorum* gens, cui plus inerat virium, qvam Ingenij. *Id. Epamin. c. 5. §. 2.* contra *Athenienses* sub puro & delicato aëre degentes, ingeniosiores & nobiliores. Nota olim de *Batavorum* crasso sub aëre degentium simpliciore Ingenio Parœmia: *Batava Auris:* hoc est, judicium insulsum. Qvantopere autem culturæ diligentia, (qvæ etiam Uvas in sterili terra nobilitat) hodierni Batavi Aëris & Terræ vitio Ingeniis impressam labem emendarint, satis superq; attestatur tanta Subtilissimorum Ingeniorum Messis, qvæ acutis Hispanorum, subtilibus Italorum, fervidis ingeniis Gallorum palmam faciunt dubiam.

8. Diversitas Culturæ Uvarum & Ingenior. Pl. 14, 3.

8. *Uvæ Culturæ ratione maximè discrepant,* adeo ut *Eugenia* lætior proveniat ferventibus locis, *Rhætica* temperatis, *Allobrogica*

gica frigidis gelu maturescit. Ita propter tantam Ingeniorum varietatem, dum alia Ingenia qvasi aurea, alia argentea, alia ferrea, alia plumbea etiam; prout in corpus delapsa ex cratere Bonæ Mentis largiùs vel tenacius biberunt, diversimoda institutione opus habent. In Institutione etenim non dicam multum momenti, sed penè dixerim τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν esse positum, inqvit *Isac. Casaub. pr. Comment. ad Theophr. Charact.* Generosa Ingenia, & velut cœlo delapsa Laude potius qvam severa lege provehuntur, acerrimus namq; stimulus monendi est laudibus incitare aliqvem, teste *Plin. l. 5. Ep. 17.* --- laudataq; Virtus

Crescit, & immensum Gloria calcar habet.

Ovid. 4. de Pont. 2, 35. Sic tempore Trajani accensa est juventus, erexitq; animos ad æmulandum qvod laudari videbat. *Plin. paneg. 70, 3.* at torpentia & servilia Ingenia, qveis non

De meliore luto finxit præcordia Titan scutica, & Phalaridis moderatoris ferulâ ad Virtutis semitam cogendi, qvæ temperata & mollis institutio perderet. Qvod *de Institutione puerili* dictum, idem locum habet *in gubernatione populorum propter diversitatem Ingeniorum* in Subditis. Niuna cosa è piu necef-

Diversi mores Gentiū.

necessaria per lo buon gouerno che l' cognoscer la natura gl' ingegni & l' inclinationi de Sudditi. *Boter. l. 2. Ragion di Stato p. 52.* Sunt etenim diversi populorum mores, diversa Ingenia, diversæ Leges, qvidam populi nec totam libertatem, nec totam servitutem pati possunt. *Tacit.* 1. *H.* 16, 7. Qvomodo hac arte Politica observata, Lusitanos Philipp. II. Hisp. Rex susceperit, dum ad ipsorum mores se applicans, diplomatibus subscripserit tantum Rex, non ut alibi: Ego Rex, simul 5. puncta :·: ad morem Lusit: Regum addiderit, describit *Hieron. Conestagg. l. 6. de Conjunct. Cast. & Lusit. p. m.* 331. qvomodo hac arte neglectâ perdiderit Belgium. *V. Chr. Forstner. Not. ad Tacit. 2. An. 2. p.* 120. & ante paucos annos, Cataloniam. *Victor. Siri T.* 1. *Mercur. l.* 1. *p.* 44. Vide de hac Morum Gentium diversitate observanda, egregium *discurs. Gallic. du Sieur Laurens Melliet in Discurs. Milit. & Polit. in Tacit. l. 4. disc. 9. p. m. 230. seq.*

9. *Qvædam Vvæ*, qvales *in Liguria* in altissimis montibus & *sterilibus* saxis provenientes, attamen nobilissimum exhibent Merum. Pari ratione potest Ingenium fortissimum & beatissimum sub qvalibet cute latere. *Senec. ep. 66.* Qvia etenim Bo- 9. Qvædã Uvæ in sterili solo, qvædam Ingenia in Paupertate fertiliora.

næ Litteræ in paupertate natæ, in eâdem tanqvam Elemento proprio vivunt. Imprimis sterilitas opum, & alimenti nimii subtractio, laudabiles produxit Poëtas, qvos Abundantia torpidiores reddidisset. De seipso fatetur *Horat. 2. Ep. 2, 51.*

--- paupertas impulit audax
Ut versus facerem ----

Unde *Barthius* Criticorum Antesignanus *in Tom. 1. Adv. l. 3. c. 4.* Poëtæ ferè omnes vitam inopem coluerunt: semper exsuccum fuit hoc genus, cui Paupertas honestus qvidam qvasi stimulus fuit ad scribenda carmina. Et *Förstn. Not. ad Tacit. 2. A. p. 205. ex Boccal.* Idem eleganti simili confirmat: qvemadmodum nimia obesitas, inqvit, gallinarum eas reddit infœcundas: ita Poëtæ delitiis & otio corrumpuntur: illi etenim non naturâ ut canes, sed fame coacti velut astures & falcones venatum ire.

10. Uvæ minutiores fertiliores, pariter ac Modesti Jactabundis meliores.

10. *Uvæ minutiores generosius edunt vinum* grandioribus. *Cæl. Rhod. 28, 37.* causa supra *p. 115.* allegata, Pariter illi optimos edunt fructus qvi cum L. Pisone qvæ agenda sunt, curant sine ulla ostentatione agendi. *Vellej. Pater. 2, 98, 3.* cum qvieta industria, ut *Tacit. 3, H. c. 50.* appellat ipsa, etenim dissimulatione famæ fama augetur. *Id.*

Id. Tac. Agric.18,10 Fruméti culmi qvo ponderosiores, eo magis terram respiciunt: vacuæ autem aristæ, qvæ caput efferant licet, attamen pauco fœnore beant agri possessorem. Sic grandiloqvi, inaniloqvi plerumq;, qvi à *Plaut. Pers. 4, 6, 20.* Vaninloqvidori, & Nugipolyloqvides vocantur: ferè parum commodi exhibent. Lingvacibus loqventiæ multum, sapientiæ parum est, inqvit *Salust. Catil. c. 5.* sed illorum omnis vis virtusq; in lingva sita est. *Id. Or. 2. ad Cæs.* Sic & canis timidus vehementius latrat, qvam mordet. *Curt. 7, 4. 13.* Qvod ut in omni vitæ genere experientia comprobat; sic præcipuè observarunt *in Re Militari* Authores fortissimos in ipso discrimine exercitus qvi ante discrimen modestissimi, *Tacit. 1. H. 84, 3.* contra in otio tumultuosi, in bello segnes. *Liv. 4, 28, 4.* in castris feroces, in acie pavidi *Id. 7. 15. 2.* qvales milites *Claud. Severi* ante discrimen feroces, in periculo pavidi. *Tacit. 1. H. 68, 1.* item *Galbæ,* nimii verbis, lingvæ feroces, ignavissimi & in periculo non ausuri. *Id. 1. Hist. 35, 2. Othoniani* procaces ore, animo ignavi. *Id. 2. H. 23, 6* & *Vitelliani* ignavi & nihil ultra verba ausuri. *Id. 3. H. 58, 2.*

11. Uva infecta Emblema malæ cōversat.

11. *Uva* facile putredinem concipit à vicina Uva infecta. Unde *Juv. 2, 78.*

-- dedithanc contagio labem
Et dabit in plures: ficut grex totus in agris
Unius fcabie cadit, & porrigine porci,
Uvaq; confpecta livorem ducit ab *Uva.*

Sic: fi qvis etiam à culpa vacuus in amicitiam malorum incidit, qvotidiano ufu atq; illecebris facilè par, fimilisq; cæteris efficitur. *Saluft. Catil. c. 14.* Et eleganter *Joh. Barclaj. Argenid l. 5.* plures exiftimo exemplo, qvam Ingenio peccare; morum enim confortio amicis placere cupimus, rarumqve eft diu vivere cum improbis, nec de vitiis primum molliter fentire, mox illis & infici. Nec abludit *Vellej, Paterc. L. 2. c. 3. §. 4.* fententia: non ibi confiftunt exempla unde cœperunt, fed qvamlibet in tenuem recepta tramitem, latiffimè evagandi fibi viam faciunt, & ubi femel recto deerratum eft, in præceps pervenitur.

Et hæc de Uva fufficiant.

Ad pag. 147.

Vindemiatores qvare Cuculli dicti?

Notatum, *Vindemiatores* probrofo nomine *Cucullos* appellatos fuiffe. Caufam ex *Plin. 18, 26.* adducit *Conr. Gefner. l. 3. de Avib.*

Avib. f. 354. qvod si Vinitores, qvi serius cœpissent putare vineam, opus non absolvissent, priusqvam Avis Cuculus audiretur, videretur qvasi desidiam exprobrare, unde Viatores Cuculi vocem imitantes, deridebant Vinitores. *V. qvoq; Alciat. Embl. 60. p. 79.*

Ad pag. 148.

Notatum fuit, *Uvas* semper prius *calcatas pedibus* anteqvam prelo subjectæ; ast hodie in qvibusdam locis pilo qvasi ruido calcandi munus peragunt, & Uvas prelo subjiciendas contundendo sic præparant, ne torturam acini crassioribus pelliculis muniti effugiant. *Fromman. l. a. diss. 2. §. 5.* qvi etiam refert, qvosdam in Franconia Acinos de scopis ante decerpere & immaturos segregare, ne vinum austero adulteretur sapore. Notat qvoq; Musta expressa, calcata, & effusa non singula itidem seorsim asservari, sed confusa doliis apertis imponi, ut fermentationis opus Naturæ beneficio relinqvatur. Uvarum calcatio.

Similia de Musto.

Similia de Musto

1. *Mustum doliis inditum*, orificiis arctè conclusis, fermentationis tempore disrum- De Musto arctato.

pit vaſa & deperditur. Simile hoc transferri poteſt tam *ad Rem militarem*, qvam *ad gubernationes Regnorum*, itemq; *ad Rem Oeconomicam.*

In Re Militari præceptum exſurgit, con-
1. turbatis hoſtibus non omnia fugæ media occludenda, ſæpius etenim necesſitate acta Virtus, cauſæ Victoriæ fuit. *Flor.* 3, 3, 13. nam

--- clauſos acuunt extrema pericli,
Et fractis rebus violentior ultima Virtus,

canente *Silio Ital. de Bell. Pun l.* 1. *v.* 557. Acerrima Virtus qvam ultima necesſitas extundit *Senec. de Clem.* 1, 12. Ignaviam necesſitas acuit, & ſæpe deſperatio ſpei cauſa eſt. *Curt.* 5, 4, 31. aut ut *Saluſt. Catil.* 58, 10. Necesſitudo etiam timidos fortes facit. Contra qvanto plus ſpei ad effugium, tanto minor ad reſiſtendum animus. *Tacit.* 3. *H.* 18, 5. hinc Themiſtocles Xerxis reliqvias impugnatas dimiſit, ne deſperationem in virtutem verterent. *Juſtin.* 2, 13. Sic cum Q. Metellus pugnare in periculoſo loco coactus factis teſtamentis militem ad pugnam, velut mortem certam, dimitteret, qvem moriturum emiſerat, victorem recepit, tantum effecit miſtus timori pudor, ſpesq; deſperatione qvæſita. *Vellej. Pater.* c. 2, 5. 2.

In

In *Gubernationibus*, qvi benignitate & Clementia Imperium temperavére, his læta & candida omnia sunt; etiam hostes æqviores qvam aliis Cives. *Saluſt. ad Cæſ. de Rep. ord. or. 1.* peragit tranqvilla potestas 2.

Qvod violenta neqvit, mandataq; fortius urget

Imperiosa qvies. --- inqvit *Claudian. Paneg. Mallij v. 239.* Contra si subditi nimis sub severo jugo, coarctentur, iisqve per tot exactionum modos vitæ media occludantur, eos interdum fidem rupisse, & jugum plenâ cervice excussisse, Historiæ comprobant. Ducis Albani exemplum sit instar omnium, qvi hâc ratione Belgiũ à Dominatione Hispanica alienavit. V. præter varios Historicos *Theodor. Berenic.* (seu *Matth. Bernegger.* Argentoratensium qvondam Lumen) *in Tub. Pacis. c. 1. p. 27.* qvam defectionem maturavit Inqvisitio in Belgium introducenda. *V. Famian. Strada l. 2. de Bell. Belg. dec. 1. p. 56. seq.* pari ratione ut eadem Inqvisitio Neapoli introducenda, Anno 1550. seditionem periculosissimam suscitavit. *V.* Ubert. *Folieta de Tumult. Neapol. p. m. 34. seq.*

In Re Oeconomica ante laudatum Holland. Nobilitatis Lumen *Jac. Cats in Embl.* 4.

de Offic. puell. p. 69. Embl. 34. hoc de musto arctato applicat iis, qvi Zelotypiæ impulsu fœminarum fidem inclusis ædibus, & adhibitis custodibus, infractam servari autumant. Sed ut Lemma præponit: Si premis, erumpit. Quand on le serre, Il' va per terre. Als men't sluyt/ Dan berstet uyt.

Wyn/sonder lucht/leyt staegh en woelt/
En dickwils maer de kelder spoelt.
Hat vrouwen vleys is seltsaem kruyt.
Want bintmen't in so berstet uyt.

Inde eleganter *Dn. de Montagn.* la Nature en ses operations ne souffre rien de contrainct, car si vous arrestez le cours d' une riviere, elle si desbordera & gastera tout; le Feu enfermé comme on voit es mines, fera creuer & peter la terre, tenez une femme serrée tant, tant, qve uoudrez, sifera-elle un saut en rue, malgre vos dentz. s'il luy en prend envie. Concludo cum *Poëta cujusdam Galli* poëmate, qvod ejusdem, cum priorum est sententiæ:

Iean tant qvæ vous auez permis
A vostre compagne fidelle,
De voir librement vos amis
Homme vivant n'a voulu d'elle,
Mais depuis qve vous la guettez

Cha-

Chacun pour charmer ses beautez:
Tasche d' adjouster sa rotonde:
Dites donc Monsieur le Ialoux
Eust-elle peu trouver au monda
Un maqverau meilleur qvæ vous?

2. *Mustum primo turbidum* est, *sed post ætate clarescit:* Ita juvenum qvorundam Ingenia primum vitiosa, mox ætate succedente, fiunt meliora, **nach dem sie in der Jugend ausgeraset.** Ut enim mustum defæcatum post potui aptum, ita tales emendati, ad obeunda munia. Hinc *Cic. pro Cæl. c. 12. pr. & c. 18.* videmus, summos homines & clarissimos Cives factos fuisse non paucos cum adolescentiæ cupiditates deferbuissent. Italor. proverbium: Chi non fa le pazzie in giouentu, le fà poi in uecchiezza. *Exempla* in melius mutatæ Juventutis collegit *Valer. Maxim. l. 6. c. 9.* Aristoteles ipse intemperantis Juventutis labem Summæ Philosophiæ laude delevit. *v. Ælian. 5. Hist. var. 9.* Themistoclis vitia ineuntis adolescentiæ magnis fuerunt emendata Virtutibus. *Corn. Nepos ej. vit. c. 1. §. 1. &* Vespasianus solus omnium ante se Principum in melius mutatus est teste *Tacit. 1. H. 50, 5.*

2. Mustum turbidũ clarescit: ita Ingenia vitiosa emẽdantur.

3. In Musto omne, qvod in imo jacet in summam partem vi fermentationis ejicitur: sic vino exæstuante, qvicqvid in imo jacet abditum, effertur & prodit in medium. De Principum more arcana expiscandi vini beneficio supra *l. 2 s. 6. m. 2. c. 4. s. 6.* pluribus dictum. Notat tamen sapientiss. Romanorum *Epist. 83. m.* de *Cosso* Tiberij Intimo, cui ebrio licet, nullum, aut privatū, aut publicum secretum elapsum sit, itemq; de *Pisone*, qvi ebrius secretissima Augusti tamen executus.

3. In Musto ima ejiciuntur, vino abdita deteguntur.

Ad Lib. II. S. 6. Memb. 2.

c. 2. de Ebrietate.

De Ebrietate Qvinam facilè inebrientur

Supra dictum qvinam citius reliqvis inebrientur? Addendum ex Helmont. de Aur. vital. p. 578. co, 1. qvi statuit, eos, qvi *Cordis palpitationem aliqvantisper tolerent,* eos, licet affatim multum meracioris vini hauserint, *non inebriari*: propter urgentem namq; necessitatem citissime Sp. vini in Cor & Arterias, Spirituum ad virium restaurationem indigas, attrahitur subitoq; in Sp. vitalem à fermento cordis effectivo (h. est cal. innato) formatur. Non inebriat tunc epotum vinum, inqvit, qvod ejusdem Sp.

Sp.facta immutatione,non amplius sit peregrinus seu crudus,sed in cor assumtus domesticus & naturæ amicabilis factus. Qvam sententiam approbat *Exc. D. Chr. Lange in Miscell.Cur.Med.Gymnasm.3.§.4.*

Ebriorum insulsos mores depingit Gallorum Poëta nobilissimus *Sainct Amand* in Gallis suis: Ie'trouvay,*inqvit*, l'un endormy le nez sur son assiette,l' autre renversé sur banc, l' autre couché tout plat sur les carraux : le moitie des escuelles à terre, presqv'un muid de vin ou vomy ou renversé,une musiqve de ronflemens,une odeur de Tabac, des chandelles allumées comme deuant les morts,bref je m'allois imaginer de n'estre plus en France,tant cela tenoit des caramesses du Pais-bas. Ob belluinumEbriorum moremGræcosBacchi statuis Cornu Bovis affinxisse, probat *Tomasin. de Donar. c. 27. f. 198. Baccho* qvoq; *Sacram Oblivionem* jusserunt,teste *Plutarch. l.1. qvæst.1.* qvod nihil memoria tenendum qvæ per vinum committuntur. *V. imprimis Mart.1,28.* Ebriorũ mores.

Ad Lib. II. S.6. M. 2. Cap. 8. Artic. I. §. 1. de Calida Potu. Calida Potus.

De Calidæ potione dictum supra, plurimos populos adhuc calida delectari. Qvibus adde *Benjamini Mussaphiæ Ebræi Medici* observationem *in Epist. 5. Exc. J. Dan. Horstij Epist.* inserta: Americani, inqvit, & ab iis edocti Hispani, ex herba *Prouechusa* seu Benedictâ, potum conficiunt, qvo post convivia inter mutua colloqvia, qvin etiam ad tempus fallendum, freqventer utuntur. Pugillum fol. in tepida infundunt, discumbentes calidam infusionem bibunt, seqvitur vomitus grandis, à vomitu, major ciborum appetitus.

Refrigeratio vini. *Ibidem de Refrigeratione vini*, variisq; modis id præstandi, actum fuit. Ægyptiorum morem qvi vasa vinaria per noctem exposuerunt, confirmat hodiernus Nautarum Mos, qvi lagenas ad malos noctu æstate appendunt, diluculo desumtas multa veste obvelant, & frigidissimas asservant, qvem modum reprehensione carere judicat *de Rep. Medica meritissimus Author, Magnus Jonston in Hygiein. noviter recensita p. 300.*

Dilutio Vini cũ Acidulis. *Ibidem in Dilutione vini cum Aqva Medicata* dictum, Acidulas vino temperari posse. Excludendæ tamen Acidulæ Andernacenses, vino admodum inimicæ, item Aqvæ Albulæ, Clitoriæq;, qvæ vino misceri

ri neqveunt. *J. Dan. Horst. Epist. Med. 2. p. 19.*

Ad Lib. II. S. 6. M. 2. Cap. 8.

Articul. 2. §. 2.

Sub finem recensionis *vinorum Germanicorum* notatum fuit, dari *in Silesia* qvoq; Marchiæ ad limites vina, ad Grunbergam scilicet, & Carolatum, qvæ ignobiliora. Meminit tamen ante laudatus *D. Jonston. in Id. Hyg. l. 1. c. 3. art. 2. p. 310.* sibi visa *Carolati* in Silesia apud Illustr. Baronem Schæneichium Georgium vina, qvæ ad 7. usq; annum duraverint. Inde colligendum, non semper deterioris esse notæ, præsertim si Sol amicior alluxerit. De Vino Carolatensi in Silesia.

Ibidem in Descriptione Asiæ vinorum *Indorum*, potus succedanei varij notati fuerunt. Addi possunt ex Summi Polyhistoris & Polysophi *Jonstoni Idea Hyg. p. 318.* potus ex *Acajaibæ pomo*; vinum dureticum, qvod recens albicat, post evadit pallidius. Qvod autem *ex palmis Indicis cocciferis*, illud calidum esse inde colligitur, qvod pannus eo lineus madefactus non secus ardeat, ac si Sp. V. immersus fuisset. *Idem p. 327.* recenset potum Batavorum in Orient. India, qvem componant ex 6. part. aq. 2. part. Indorū Orientalium Potus.

vini

vini in urceis angustioribus lapideis per fermentationem commistis: vel ex aq. fluv. 30. vel amplius amphoris, cui infundunt Sacchar. Iavanic. nigr. ℔. ij. Tamarind. ℥jv. Citreor. malor. dissect. n. iij. benè obturatis in frigidum locum repositis & per 24. hor. ferment. conficitur potus, sapore Cerevis. Anglicam æmulans.

De Vino Ænigmata.

De VINO in genere

I. Ænigmata.

Nicol. Reusner. in Ænigmatogr. part. I. p. 241. seq. Hadriani Junij de vino proponit *Ænigma*:

Do vires, adimoq;, & origo nominis à vi,
  Ingenium exacuo, pectora solvo metu.
Me gignit Tellus, rutilo Sol concoqvit igne,
  Mox vetrosa tegunt dolia, præla vomunt.

Idem part. 2. pag. 79. seq. proponit versibus:

Sol altor: *Tellus* genetrix, sator ipse bimater
  Bacchus, me sepelit venter, & ante cadus.

Ibidem ita pergit:

Me *tellus* gignit, coqvit & *Sol*: robur ut addo
  Et vires hominū mox iterum has adimo.
Dat vires, adimitq; metu cor liberat; auctor
  Ingenij, *tellus* gignit, *Apollo* coqvit.

Tandem *part. 2. p. 122.* de Vinis *J. Cæs. Scalig. Logogriphum* annotat:

In-

Integra *a* lætificant, animos mutilataq; *b* robur,
Conveniunt igitur duo sic civilibus ausis,
Rustice tu caput *c* adde tuum, ruet aucta libido.

[*a. Vina b. iva. c. ruina*].

2. SIMILIA de *Vino*.

Similia de Vino.

1. Vini Usus & Abusus comparatur cũ Remed. Chymicis.

1. *Vini Usus* qvi apud plurimos fit *Abusus* denotat, Optima Remedia si sinistrè adhibeantur in deleteria degenerare venena. Rectum Vini Usum describit *Camer. Cent.1. Embl.47.* cum *Lemmate.* Sit modus in Rebus:

Tres vitis profert Uvas, tria pocula Mensæ
Scilicet ut sedent pocula *prima* sitim.
Altera rancorem crudo de pectore pellant,
Firma valetudo qvo tua membra beet.
Tertia misce tibi sed pocula propter Amicos
Inter qvos maneant Gordia vincla decet.

Ast qvæ *abusus* vini incommoda pariat, satis supra de Ebriet. dictum demonstratumq; fuit. Pari ratione *Remedia Chymica* præcipue ♁ ata & ☿ al. si rectè adhibeantur à Prudenti Medico, justo tempore, justa dosi, qvasi Deorum manus sunt, ast si perversa

versa methodo adhibeantur, sunt instar gladii in manu furiosi. Scitè hâc de re *Hieron. Reusner. de Scorbut. exercit. 9. p. 541.*
,, Favemus castæ Chymiæ, qvæ methodo Dogmaticorum firmè innititur; qvi Galenica
,, remedia aspernantur, eos è corona doctorum eliminandos censemus. At semper eâdem chordâ oberrare, neq; difficillimos morbos nobilioribus remediis eradicare, desidiis ducimus, duro qvippe nodo durum qværendum Epischidium. Tyronibus itaq; calcar & ansam præbemus, non perpetuo trita replicandi, sed etiam altiora medicamenta convasandi; qvorum Spagyrica præparatio incredibili referta est jucunditate. *Hæc ille.*

2. Vinũ Abutentibus Venenum, pariter ac Philosophia

2. Ut *Vinum, qvo nil salubrius, qvibusdam Venenum est:* sic istis, qvi laqveis qvæstionum malè dediti sunt, philosophia, qvâ abutuntur. *Lips. præf. ad l. 1. Constant.* Ut etenim vino non est aliud corporis viribus utilius, si rectè utaris, nec eodem qvicqvã perniciosius, si modus absit: ita philosophia res salutaris, si modicè & sobriè adhibeatur, pestilentissima, si ejus studio temulentus à communis vitę muniis reddatur alienus. Ut etenim omnium rerum, sic Litterarum intemperantia qvoq; laborant, qvi non vitæ sed

ſed ſaltem Scholæ diſcunt. *Senec. Ep. 106. f.* In Scholis namq;(intellige in talibus, qvales ibidem deſcribuntur) adoleſcentulos fieri ſtultisſimos, qvia nihil ex iis, qvæ in uſu habentur; aut audiunt, aut vident, ſed piratas cum catenis &c. hoc eſt, meras fabulas, *judicat Latiniſſimus Author Petron. in princ. Satyr.* inde rerum tumore & ſententiarum vanisſimo ſtrepitu hoc tantum proficiunt, ut, cum in forum venerint, putent, ſe in alium orbem delatos. *Id. ib. p. 1.* aut ut *Senec. in proœm. l. 9. Controv. effert:* velut ex umbroſo & obſcuro prodeuntes loco claræ lucis fulgor obcœcat: ſic tales à Scholis in forum tranſeuntes, omnia tanqvam nova & inuſitata perturbant. Contra rectè fecit *Agricola*, de qvo *Tacit. ej. vit. 4, 6.* qvi ſtudio ſcientiæ flagrantem animum coërcuit, tenuitq;, qvod eſt difficillimum, ex Sapientia modum. Noverat namq; plus ſcire velle, qvam ſatis ſit, intemperantiæ genus eſſe, *teſte Senec ep. 81.* illumq;, qvi fructuoſa, non qvi multa ſcit, ſapere. *Philoſophiâ abutentium* exemplum præbent *Sorboniſtarum Pariſiis Magiſtri*, qvi cum velint omnis Theologiæ eſſe Cenſores, & Doctrinæ regnum posſidentes, attamen pleroſq; otium ſectari, & ad gradum illum aſpirare

d ut

ut ſvaviter vivant & imperent, teſtatur *Sleidan. l. 3. Comm. Germ. p. 65.*

3. Venena cum vino perniciosè penetrant: sic vitia Virtuti adsita.

3. Ut *Vinis venena* admixta perniciter & perniciosè penetrant: ſic peccata adſita Virtuti, *Lipſ. Cent. 1. Ep. 21.* Hinc maximæ peſtes evadunt illi, qvi vitia ſua tegunt & doctrinæ velo inumbrant. animo perfidioſi & ſubdoli, avaritiam ac libidinē occultantes. *Tacit. 15. A 32, 3.* ſpecie bonarum artium falſi, & amicitiæ fallaces *Ib. 16, 33, 4.* Tales & graviùs & ex improviſo incautos & nihil tale ſuſpicantes feriunt. Hanno due faccie (*ita eos depingit acutiſſ. & eloqventiſſimus Loredan. in Achill. furioſ. p. 25.*) per ingannirui; mille inventione per tradirui. Sono Cameleontiche fuori della modeſtia & della verita non è coſa che non rappreſentino. Tramutano le Scene dopo che ſono partiti i perſonaggi.

4. Vinū juvat & nocet.

4. *Vinum Sanos juvat*, febricitantibus vero ſi ſumſerint, perniciem infert, ſic eadē res eodem modo ſumta, uni qvidem vitam, alteri confert mortem. In communi vita idem accidit, ut ſæpius diverſi dum unum efficere tentent eodem modo, unum Fortuna læto aſpiciat vultu, alterius etiam deſtinata ſalubriter omni ratione potentior Fortuna diſcutiat. *Curt. 3, 8, 29.*

5. Vino

5. *Vino licet multi inebrientur, non tamen ob id incidendæ Vitis, sed propius admovẽdi fontes:* ita si multi abutantur *Poëticâ*, non prorsus abjicienda, sed adhibenda cautio, ut fiat salubrior. *Plutarch. in Moralib.* Sunt nonnulli, & præteritis, & nostro seculo, qvi Poësin ob fabulas, & ob admista non raro Fescennina Carmina, ex Rep. Litteraria in exilium agere æqvum censeant, cum tamen illorum fabulæ non aniles sunt, aut vana Sabinorum somnia, sed dum oblectamenta auribus animisq; qværunt, *inqvit Lips. Cent. 3. Miscell. ep. 61.* florida ista veste ornant & augent corpus hoc veritatis, arcanos sensus, altiora dogmata velo qvasi fabularum obnubunt, & tegunt. Vina apposita vinosum movent, abstemium non item: sic alicubi nuda Veterum scriptorum neqvitia Lectoris animum jam ante improbum fortasse incitet, casto tamen & castigato non adhæret. *Lips. l. 3. Epist. qvæst. ep. 2.* Sunt plurimi, qvi Poëtas castrandos censeant, imo & non paucos castratos in lucem ediderunt: Petronium Arbitrum perpetuis tenebris æternæq; oblivioni damnandum judicant; qvomodo vero cum aliis præclaris viris causam ejus suscipiat *Joh. à WVouvvern Belga*, satis testatur *præfa-*

5. Vini abusu non tollit Usũ: ita nec Poëseos.

tio ejus editioni Petroniana ad Joh. Scaligerum scripta & præfixa. Velim, *inqvit*, tam candide ad mentem admittant, qvam simpliciter ab eo scriptum sit, magisq; accusent libidinem principis, cujus flagitia sub nominibus exoletorum perscripsit. Apes et omnium arborum, satorumq; floribus liqvamen confingunt dulcissimum, araneæ venenum; ita probis in qvorum animis ne minimum qvidem sui vestigii lasciva relinqvit scriptio; mel, improbis qvibus inhæret, Venenum.

6. Vitiũ exstirpatio non minus qvam librorum combustio dedecorosa

6. *Ut Vitis exstirpatio* qvoq; Domitiano dedecorosa, qvod Vini copiam imminuere intenderet. *V. supra l. 1. c. 6. p. 53.* Sic Eundem Domitianum justè taxat *Tacit. in Agric. 2, 2.* qvod non in Authores modo, sed in optimos qvosq; eorum libros sævierit, delegato Triumviris ministerio, ut monumenta clarissimorum ingeniorum in Comitio ac foro urerentur, scilicet illo igne vocem populi Romani, & libertatem Senatus, & conscientiam generis humani aboleri arbitrabatur, omni bonâ arte in exilium actâ. At ut eleganter *Id. 4, A. 35, 5. inqvit:* socordiam eorum irridere libet, qvi præsenti potentia credunt exstingvi posse etiam seqventis ævi memoriam.

tiam; contra punitis ingeniis gliscit Authoritas, & qvi eâdem sævitia usi sunt, dedecus sibi, illis gloriam pepérerunt.

7. *Vina, & Soli sui referunt Saporem, & arborum fruticumq; vicinarum*: sic & exprimuntur mores eorum, unde progeniti, & eorum qvorum consvetudine usi fuimus. *Roterod. in. Simil.* Non contemnenda res, modo Virtutis exercitium non absit, longo

7. Vina & Soli & vicinarum Arborũ referunt saporem

Sangvine censeri, pictosq; ostendere vultus
Majorum, & stantes in curribus Æmilianos

itemq; --- tabulâ jactare capaci
Famosos Eqvitum cum Dictatore Magistros!

Rapitur etenim (non rarò) ad similitudinem suorum excellens qvæq; natura, nec sensim ac lente indicium promit boni, cum involucra Infantiæ vividum rupit Ingenium: *Nazarius. in panegyr. Constant. c. 3.*

fortesq; creantur fortibus, & bonis
Est in Juvencis, est in Eqvis Patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aqvilæ Columbam.

canente *Horat. 4. od. 4, v. 29.* Ad perfectionem talium Ingeniorum reqviritur qvoq; vicinarum Arborum, hoc est, Virtuosorum

oſorum Hominum conſortium. Nulla res etenim magis animos induit honeſtos, & in pravum inclinabiles revocat ad rectum, qvam Bonorum Converſatio: paulatim enim deſcendit in pectora, & vim Præceptorum obtinet, freqventius adſpici, freqventius audire. *Sene. ep. 49.* Imo eſt qvod ex magno viro vel Tacente proficias. *Ibid. v. Lipſ. Manuduct. ad Stoic. Philoſ. l. 3. diſſ. 24. p. m. 211.*

8. Ætas Vinorũ diverſa, ſic & Ingeniorũ. *8. Vinorum ætas diverſa eſt, qvædam citò matureſcunt, qvædam non, qvædam in juventute, qvædam in Senio meliora.* Pariter *Ingeniorum maxima eſt diverſitas.* Eleganter & ſapienter ſuo more *Senec. ep. 55.* Malle ſe adoleſcentem triſtem, qvam hilarem & amabilem turbæ: Vinum enim, *inqvit*, bo-,, num fit qvod recens durum atq; aſperum,, diu perſeverat, alioqvi qvod recens in do-,, lio placuit, diutinam non patitur ætatem. Pariter in pomis, qvæ dura & acerba naſcuntur, poſt fiunt mitia & jucunda: ſed qvæ ſtatim gignuntur mollia atq; in principio ſunt vivida, non matura mox fiunt, ſed putria. *Gell. 13. N. A. 2.* Sic Hermogenes anno ætatis 15. incredibili hominum concurſu Doctorum admiratione extempore dixit: aſt cum virilem attigiſſet ætatem,

tem, adeo hebes factus est, ut dictum fuerit: illum inter pueros senem fuisse, inter Senes vero puerum. *Cœl. Rhod. 31, 6.* Alia Exempla notavit *Piccart. Obs. Histor. Polit. dec. 11. c. 10. & dec. 14. c. 4.* contra de Cleanthe & Xenocrate *refert Idem Rhodig. 10. 20.* cum ex omnibus Philosophi discipulis hebetiores viderentur, similes sese esse dixerunt vasis angustioris oris, ac æneis tabellis, qvod vix qvidem dictata perciperent, at retinerent tenacius.

9. *Vina subacerba* vetustate mitescunt, dulcescuntq;, sic ubi deferbuit Juventus, ætatis insolentia longo rerum usu mitigatur. Confer *Racemat. de Musto Simil. 2.* 9. Vina subacerba mitescunt.

10. *Apiana Vina, & alia qvædam dulcia initio, austeritatem accipiunt ab annis: ita* qvædam Ingenia fiunt inhumaniora. *Erasm. Simil.* Ut enim, 10 Dulcia Vina fiunt Austera.

--- mitissima Sors est
Regnorum sub Rege novo ---

ita sæpiusculè maxima post fit morum & gubernationis mutatio. *Qvinqvennium Neronis* decantatissimum, in qvo, (cum sciret novum Imperium inchoantibus utilem esse Clementiæ famam *Tacit. 4. H. 63, 2.*) egregia Boni Regiminis edidit specimina, ast semoto Præceptore Seneca, qvæ Ty-

gris ipſo magis rabida? Cauſam ſi qvis qværat, præter alias qvod inter obſeqvia Fortunæ non ſatis cauta mortalitas ſit. *Curt. 8, 4, 24.* ex ſucceſſu etenim continuæ felicitatis, obliviſcuntur ſe homines: *Juſtin. 16, 5, 8.* hinc felicitatis & moderationis dividuum contubernium eſt. *Valer. Max. l. 9. c. 5. f.* & cum tales ſe permiſerunt Fortunæ etiam naturam dediſcunt, ut de Dario *Curt. 3, 2, 19.* qvi *Idem 10, 1, 40.* repetit Res ſecundas valere commutare naturam. Itaq; ut Vina prima dulcedo auſteriora reddit, ita tales molliuſculos mollior Fortuna.

11. In Vinis & Libris Antiqvitas

11. *Sicut Vinis & Unguentis*, ita Libris pretium addit *Antiqvitas. Eraſm. in ſimil.* Hæc cauſa, qvod viventes raro in pretio, mortuis deniq; ſaltem ſuum cuiq; decus poſteritas rependat. *Tacit. 4 A. 35, 2.* Vivos namq; & recentes Fortuna, ſæpe & Invidia fatigat, ubi anima naturæ ceſſit, demtis Obtrectatoribus, ipſa ſe virtus magis magisq; extollit. *Saluſt. Or. 2. ad. Caſ.*

Omnia poſt obitum fingit majora Vetuſtas
Majus ab exeqviis nomen in ora venit,

canit *Propert. 3, 1. 22. V. qvoq; Ovid. 1. Amor. 15, 39. Mart. 5, 10.* Raro tamen magna aliqva ac nobilis virtus Ignorantiæ & Invidiæ vitia tanqvam bonæ famæ obices ac clauſtra vincit

vincit & ſupergreditur. *Tacit. Agric. 1. ſ. 1.* qvalis Canius Julius, cujus admirationi non obſtitit, qvod currente ſeculo natus eſſet. *Senec. de Tranqvill. c. 14.* Concludo aurea *Tacit. 11. A. 24, 10.* ſententia: omnia qvæ nunc vetuſtiſſima creduntur, nova fuerunt; " veteraſcet hoc qvoq;, & qvod hodie ex-" emplis tuemur, inter exempla erit. "

12. *Vinum primum ſervit ac paret bibenti; at paulatim venis admixtum, rapit hominem ac in ſuos mores traducit*; ita qvi Remp. adminiſtrat, initio ſe populi moribus accommodat, poſt eum ſenſim ad ſua trahit inſtituta. *Eraſm. Rot.* De Auguſto loqvitur *Tacit. 1. A. 2, 2.* qvod initio Imperij militem donis, populum annonâ, cunctos dulcedine otij pellexerit, donec poſtea ſtabiliverit Imperium recens. Hâc arte primæ ſcilicet paginæ Annalium Taciti præceptis à Medicis feliciſſimè curatum fuiſſe cancrum populi Florentini aſſerit *Boccalin. l. 1. Ragguag. 84. V.* qvoq; *Forſtn. Not. in Tacit. p. 9.* 12. Vinũ primum ſervit bibenti, mox imperat.

13. *Vita noſtra perſimilis eſt vino, cum ſupereſt modicè, aceſcit. Stob. ſerm. 113* Pariter Ætas Juvenilis amœniſſima, virilis florentiſſima, ubi evanuit, ſuccedit *Senectus* onus Ætna gravius Cic. de Senect. unde perit 13. Vina accida cum Senectute comparantur.

animi vigor, qvin curvato corpore, gravati annis in baculum proni, lassum trahunt vestigium, donec rebus agendis inidonei tandem fatis concedant.

14. Vinũ exſpirat: ſic Memoria deperditur

14. *Vinum ſuapte ſponte paulatim exſpirat, evaneſcit:* ſic nulla tam magna Eruditio, nulla tam fœcunda Memoria, qvæ non elangueſcat & decreſcat. *De Joh. Sleidano* refert *Matth. Bernegger. in Specul. Boni Princ. c. 2* ipſum ſub finem vitæ tam imbecillis fuiſſe memoriæ, ut ne trium qvidem filiarum, qvas prima adhuc ætate orbas relinqvebat, vel admonitus reminiſci potuerit. Pari ratione ut *Meſſala Corvinus* Orator, qvi tantum memoriæ detrimentum paſſus eſt, ut etiam nominis ſui fuerit oblitus. *Plin. H. N. 7, 24.* De Philippo Decio JCto cum Juris profeſſionem ad annos 65. ſuſtinuiſſet, (refert *Forſter. Jur. Civ. Rom. l. 3. c. 39.*) ejus Ingenium adeo contabuiſſe, ut nullius Legis aut Paragraphi ex Jure Rom. recordaretur amplius, & difficulter qvicqvam Latinè loqvi poſſet.

15. Vini varii sũt effectus: variæ Hominũ inclinationes.

15. *Sicut vinum alios hebetiores reddit, alios acutiores, alios elingues, alios loqvaculos* pro corporum habitu; ſic *Natura* pro diverſitate Ingeniorum huic dedit bello pollere,

Huic

Huic saltandi artem, voce huic citharaq; canendi,
Rursum alij insevit sagax in pectore magnus
Juppiter Ingenium. --- *Homer. Il. 13, 729.*

Hic satus ad pacem: hic castrensibus utilis armis, canit *Propert. 3. El. 9.* aut ut *Plin. paneg. 4. §. 5.* effatur, enituit aliqvis in bello sed obsolevit in Pace, alium togâ sed non arma honestarunt. *V. Claudian. l. 1. de Laud. Stilic. v 32. seq. & Berneg. Spec. Bon. Princip. c. 3.*

16. *Qvi modico vino usus* est, non tanta siti vexatur ut ebrius: sic pecuniarum cupiditas adjectione auri magis extollitur. Avaritia namq; insatiabilis est, neq; copia neq; inopia minuitur. *Salust. catil. c. 11.* & mortalibus mos ex magnis majora cupiendi. *Senec. 3. de Benef. 3.* Crescentem seqvitur cura pecuniam, majorumq; fames. *Horat. 3. od. 16. V.* qvoq; *Ovid. 1. Fast. 216.* & *Juv. 14, 139.* Scitè qvoq; Persa *Schich. Sadi in Roseto Persic. vertente Olear. l. 3. c. 21. p. 80.*

16. Modicū Vinum sitim sedat: sic & modicæ facultates.

Das eng' Aug ist voll geitz es mus erfüllet werden/
Wo nicht von Geld und gut/doch von des Grabes Erden.

Qvi

Qvi itaq; modicè vino utitur, hoc est, sua sorte contentus est, is, qvia nihil concupiscit omnia habet, eo qvidem certius qvam qvi cuncta possidet. *Valer. Max. l. 4. c. 4. pr.*

17. Vinũ dilutum permanet Vinũ

17. *Ut Vinum non desinit esse vinum si aqvæ in eo aliqva pars sit:* sic Doctorum Libri adprobi, si errores intersparsi. *Lips. de Pronunt.* Bonus interdum dormitat Homerus.

18. Vinũ Dilutũ.

18. *Ut Vinum appellatur etiamsi major aqvæ pars sit admixta*; sic domus mariti dicitur etiamsi mulier plus contulerit. *Plutarch. Moral.*

19. Vinũ Dilutũ.

19. *Ut aqva vino admixta, reddit illud moderatius* Sic in Rep. Senes admixti Juvenibus eorum temeritatem & ambitionem reverentia sua reddunt moderatiorem. *Id. ib.*

20.

20. Sicut *Maronéum Vinum vicies tanto aqvæ mixtum tamen vigorem suum servat:* ita sapiens nullis solvitur voluptatibus, nec calamitatibus. Nam adversus Virtutem hoc possunt calamitates & damna & injuriæ qvod adversus Solem nebula potest. *Seneç. ep. 92.* Sed si adhuc Maroneum vinum majori aqvæ flumine inundes, oportet tandem ut vigorem remittat. Pariter le Auersità continue & troppo grandi humiliano; gran corragi come la Febre Qvartana rom-

pe

pe la Furia del Leone, *inqvit Siri. T.1. Mercur. l. 1. p. 10.*

21. *Sicut Vinum dilutum magis provocat vomitum, qvam vel aqva simplex, vel merum vinum*; ita intolerabilior neqvitia pietatis simulatione condita qvam aperta. *Roterodam. in Simil.* 21.

Ad Section. VII. Cap. II.

De Usu Spir. vini Simpl.

Cū Spiritu Vini Essentiæ & Elixyria Lapidum.

De Chymico Sp. V. usu, sat multa notata fuerunt, qvibus adde cūS.V.Lapidū&Gemmarum Salia soluta, coagulataq; digeri, ac si conjunctim maneat menstruum, dicitur Elixyr, seu 🜄 Lapidis volatilisatio, si verò leni calore menstruum abstrahitur, Essentia vocatur: qvamvis præstet conjuncta manere, cum utraq; sese mutuò perficiant, adeoq; vis 🜄 resolutiva, qvæ calculum seu Tartarum resolvit plerumq; in homine Essentiæ illius vinosæ viribus exaltatur, qvin & vini Sp. fit magis penetrativus, & ad calculi resolutionem operativus.

Ad SECTION. VIII. Cap. 2.

De Usu Aceti.

Suprà

Supra de Usu Aceti Medico Externo §. 2. dictum, Acetum putredinem arcere in eoq; fructus asservari incorruptos. Adde observat. *D. Bressij Galli* apud *Borell. c.4. obs. 62.* qvi in Aceto ⊕ impraegnato folia vitis S. S. S. invenit, eaq; viridia & qvasi è vite Mira res qvod Acetum Aviae qvasi suae Vitis rudimenta exhibuerit pulchro sanè spectaculo. Causa fib. in Aceto & ⊕ latitantibus, asscribenda est. Pari spectaculo Tinctura Terrae ♀ris ritè elaborata, Exc. *Dn. D. Joh. Michaeli* exhibuit in superficie velut subtilissimè laminati ☉ folia; qvām dum *ipsemet* imitatus sum, idem spectaculum repraesentasse, testari possum. *V. supra de Tart. ⊕t. Usu Physic. & in fin. Racemat. hujus de Resuscitatione Plantarum.*

In Aceto folia Vitis adumbrata

Similia de Aceto

Similia de Aceto.

1. Acetū ad Philosophiā

1. *Ut Acetum* acre qvidem gustu, sed adversus serpentium ictus mirè valet: ita praecepta philosophiae austera qvidem, minimeq; blanda, sed contra pestiferas animi cupiditates remedium adferunt praesentaneum.

2. In Optimo Vino Acetum: a. pud Virtuosos Vitia.

2. *In Optimo vino acerrimum latitat Acetum.* Qvadrat hoc in Summa Ingenia, ubi

ubi teste *Senec. de Tranq. Anim. c. 15.* nullum magnum Ingenium sine mixtura dementiæ. Talis ex veteribus *Pausanias*, qvi ut Virtutibus eluxit, sic vitiis fuit obrutus. *C. Nepos ej. vit. c. 1. §. 1.* paria de *Alcibiade* narrat *Id. ej. vit. 1. §. 2.* de *Mecænate Vellej. Pat. 2, 88, 2.* de *L. Pisone. Id. Vellej. 2, 98, 3.* de *Catilina. Cic. pro Cæl. c. 5. & 6.* de *Sentio Saturnino. Id. Vellej. 2, 105, 3.* de *Licinio Muciano. Tacit. 1. H. 10.* Alia exempla habet *Piccart. dec. 1. Obs. Hist. Pol. 8.* adeo nemo extitit cujus virtutes vitiorum confinio non læderentur. *Plin. paneg. c. 4. §. 5.* Ex Recentioribus *de Amurathe IV.* Turcar. Imp. qvi Anno. 1640. mortuus, narrat *Vittor. Siri T. 1. Mercur. l. 1. p. 178.* his verbis: era il piu destro, il piu forte, capacissimo di gran cose, di profonda prudenza, amatore de poueri, giustissimo &c. mà qveste *Virtu* erano imbrattate da molti altri *vitij*, era sprezzatore delle Leggi, di poca Religione, ammazzatore della medesima Sorella. *Idem Siri* testatur Idem de *Francisco Thuano Magni Thuani filio, T. 2. Mercur. l. 2. p. 567.* qvi Anno 1642. Lugduni Gallor. fuit capite truncatus, qvod fuerit omni eruditione & virtute præcellentissimus: sed trà tante eccellenza di virtu germogliar se vedeua il so-

il solito loglio dell' imperfettione mondana, essendo il Spirito suo inqvieto, cabalante & vago d' honori & di commandi.

De Tartaro.

Ad Sectionem IX. de TARTARO.

Postqvam *Tartarologiæ* meæ jam ultimam manum imposuissem, illaq; sub Censura Gratiosiss. Collegii Medici Lipsensis lateret, præter omnem spem transmittuntur *Excell. & de Rep. Medica meritissimi Viri, & ex cujus Institutione velut ex Eqvo Trojano prodierunt Viri Medici florentissimi, Dn. Guern. Rolfinck, Acad. Salanæ Phœbum intelligo,* Dissertationes Chymicæ, qvarum prima de Tart. varia pulchra, jucunda, utilia continet. Itaq; qvamvis *mea Tartarologia* multo plures processus, ut vocant, ex Tart. contineat, aliaq; non minus scitu jucunda, qvæ *Exc. Rolf.* in brevis dissertationis cursu prætermiserat, qvædam tamen ex *Ipsius* Dissertatione, aliisq; Authoribus *Appendicis loco meæ Tartarologiæ* subjungere lubet, qvæ prius omissa fuerant, nec eidem inserta.

A..

Ad Caput III.

De Tart. depuratione, & Acido Tart.

Acidum Tart. Aroneum, Cinnamomeum stomachicum: Exc. Rolfinck. ex Acid. Tart. ℥iij. rad. ari mund. exsiccat. ℥j. Elæos. Cinn ℥ß Citr. ʒij. crudos, frigidosq; succos in ventriculo, & pulmonibus mitigat, ventriculum confortat & flatus discutit. Acidum Tartari Aroneū Cinnamomeū.

Acidum Tart. panchymagogum Exc. Rolf. ex Resin. gialap. scammon mag. gomm. gotte aa. ʒiij. acid. Tart. pulv. ℥ß. m. ad dendo Elæos. Cinnam. Caryoph. Citr. Ros. anis. fænic aa. g. vj. qvi pulvis subducit pituitosam biliosam, serosam ac Tart. melancholicam illuviem. Acidum Tartari panchymagogū.

Ad Caput IV.

De Tart. Destillatione & Spiritu & Oleo Destillato.

Spiritus Tart. compositus antihydropicus Paracels. ab *Exc Rolfinck.* annotatus ex Tart. rubr ℔j. Colcothar. ℥iijß. rad. hirundinar. ℔. ß. Sp. V. q. s. dest. per alembic. Dos. ʒß. Sp. Tart. compositus antihydropicus.

Elixir Spiritus Tart. fit ex Sp. Tart. ℥ij. Sacch. Canar. pulv. qvantum imbibere potest, empyrevmaticum odorem hâc ratione amittit. Elixyr Sp. Tart.

Sp. Antitartar. Catholicus. *Spiritus anti Tartareus Catholicus* Polemanni in Novo Lumine Chymic. de ♀ Philos. c. 8. ex Sp. V. Tartarisat. cum ✱. à sordibus repurgato, destillat. per alemb. repetitis qvinq; cohobijs Qvæ autem ⊖Tart. cum ✱ conjunctione fit nobilitas supra f. 9. c. 5. de Usu ⊖ Tart. siccati satis dictum fuit.

Ex Ol. Taratr. destill. *Ex Oleo Tart. destillato* præter superius adducta Medicamenta Exc. Rolfinck componit.

1. Balf. Tartar. splenet. 1. *Balsam. Tart. spleneticum* ex Ol. de Cappar. ℥ß. Bal. ♀. Tereb. ʒij. Ol. Tart. rectif. ʒj. m. ad tensionem splenis à flatuosis humoribus.

2 Empl. Splenetic. 2. *Emplastr. Spleneticum* ex Cerat. de Ammon. Forest. ℥vj. Ol. Tart. rectif. q. s. pro Empl.

3. Empl. Arthriticum. 3. *Emplastrum Arthriticum* ex Empl. oxycroc. dia♀ Ruland. aa. ℥j. Ol. Tart. semel à crusta panis rectif. ℥ß. rad. alth. zedoar. aa. parum, m. pro Empl.

Ad Caput V. & ultimum

De Tartari Salificatione.

Excell. Rolfinck. meminit in laudata Dissertatione adhuc 2. Tincturarum, qvarum

1. Tin-

1. *Tinctura Tart. Anti-arthritica & lithontriptica* ex Tinct. Tart. Sp. Tart. extract. rad saxifrag. alb. & fol. Chamædr. aa. ℥j. . Tinctura Tartar. Anti-arthritica.

2. *Tinctura ⊖ Tart. ♂ alis* ex aq. Card. Bened. ⊖ Tart. & Aceto imprægnata limat. ♂ magnesiat. suprafusa parata. Tinctur. ⊖ Tart. ♂ l.

De Tart. ⊕ to.

Non negligenda Observatio Exc. Archiatri Hassiaci *Joh. Dan. HORSTI* de Tartaro ⊕ t. *in Epist. Med.* 2. *p.* 17. in hac præparatione Sp. ⊕ i non tam arctè adhærere Sali Tartari, qvin eum aut id amoveat destillatio, nec unqvam ita coalescere, qvin Ignis ope, locus pateat divortio, qvi *Idem* attestatur Ol. ⊕ & ⊖ Tartar. seu Tartarum ⊕ t. post luctam in corpore nonnunqvam denuò excitare fermentationē, sæpiusq; graves morbos inducere, experientiâ Magni Gregor. Horsti, qvi tale qvid in ægris febribus petechialibus laborantibus, qvibus ab agyrtis datus fuerat Tartar. ⊕ tus, observaverit. Tartar. ⊕ t. nō arctè fixus. ejus noxa.

Ex occasione Tart. ⊕ ti supra mentio facta & exemplis confirmata fuit *RESUSCITATIO Plantarum*, qvibus exemplis seqventia subjungenda. Qvod de Corde Resuscitationis Plantarum Exempla.

Corde Cervi ex propria experientia adduxi, illud *Cl. J. D. Horstius Ep. Med. 4. p. 32.* de Cornu Cervi comprobat, in destillatione C. C. toti vasi recipienti passim adhærere Sal volatile, aspectu jucundissimum, referens innumera Cornua albicantia. *Id. Horstius in L. a. p. 59.* affirmat, si è summitatibus Absinthii, Sole Leonem ingresso, aqva eliciatur, eaq; rectificetur, mellea vero residua pars postmodum modesto igne cinerū propellatur, Sal volatile sub Idea absinthii ad vas recipiens evocari. Plantarum formas in cineribus asservari *Dn. D. Lunkerum Prof. Marpurg.* & ex iisdem resuscitari posse Romæ apud *Athanas. Kircherum*, & apud *Rodogerum Timplerum* se vidisse, *Idem Horstius attestatur*, citatq; *Physicam Hippocrateam à se editam* ubi *differt. 6. fusius* ex *Cornario, Vigenario*, aliisq; *de hoc Resuscitandi Plantas Mysterio.* Et ex hoc mysteriosa Naturæ miraculo præter divinæ Scripturæ infallibilia testimonia, *Resurrectionis* Corporum Humanorum in cineres & terram resolutorum, ad ungvem demonstrari Veritas poterit. Et melius, qvam Hebræi moderni somniant in osficulo innominato Hominis *Luz*, latére radicem vegetantem, cujus vivificâ facultate corpora huma-

Resuscitatio Plantar. Imago Resurrectionis mortuorum.

humana in novissimo die sint resurrectura. *Heron. Reusnerus Nordlingens. Poliater in suo de Scorb. tract. exerc. 9. p. 541.* elegantissimè *typum in Resuscitatione mortuorum in Chymia latére* fatetur, qvando ita scribit: Corpora humana *pistillo* mortis in *mortario* morborum & *phrontisterio* calamitatum teruntur: post in *puticulorum digestione putresiunt*, loculo terræ *luto Hermeticè ferruminato*, usq; ad extremi Judicii diem: qvo luculento *reverberij igne*, *Cucurbitæ* Mundi subdito, tandem ex *massa putrida* & putida *vivus* vivi Dei *Spiritus novam Essentiam, ac Balsamum incorruptibilem*, etiam ex corruptissimis Mumiæ partibus eliciet: ut hic *perpetuæ aqvæ vitæ* artificiosissimè *ratificatæ*, qvæ ne *guttulam* qvidem *phlegmatis* immundi mundi retinet, respondeat; qvæ æternam Juventutem conservabit in flore; Senectutem viridem retardabit; omnes clades pellet, imo ipsissimam mortem, ejusq; satellites, invaletudines, profligabit.

De Sale Essentiali Tartari.


Salis Essentialis præparatio, & medicamenta inde paranda, supra sub finem Opusculi notata fuerunt. Hoc Sal Essentiale Sal Essentiale Tart.

Benjamin Mussaphiæ Hebræo, & apud Hamburgenses Medico, non ignotum, qvando *Ep. 3. ad D. J. Dan. Horstium p. 25.* de eodem ita scribit: si Sal Tart. jungas cum aceto, phlegma insipidum per collū exibit retortæ, acore in Sal & cum Sale permanente. Si sapienter processeris, fixum Tartarum reddes per Acetum, post volatilem, an forte etiam opere procedente ipsum vini spiritum etiam fixum per eundem Salem Tart?

Conclusio. Nunc Manus *Racemationi* removenda est, *Vineæq;* huic *Litterariæ* tandem excedendem.



CATA-



CATALOGUS AUTHORUM,

quorum Scripta in Ampelographiâ adhibita fuerunt. Quæ Aſteriſco notata, ſaltem in Racematione evoluta.

A.

Chriſtoph. *Acoſtæ* AromatumHiſtoria. Antwerp. 1582. 8.

Melch. *Adami* vitæ Germanorum Philoſophorum, Fr. 1615. 8.

Chriſt. *Adrichomi* Theatrum Terræ Sanctæ Colon. 1590. f.

Paul. *Æginetæ* Opera. Baſ. 1532. f.

Æliani Hiſtoria varia. Lugd. B. 12.

Leandr. *Alberti* Hiſtoria Italiæ f.

Tob. *Aldini* Hortus Farneſianus. Romæ 1625. f.

Alex. ab *Alexandro* Libri Genial. dier. cum Comm. Tiraqvell. Fr. 1594. f.

Jul. *Alexandrini* ſalubrium Libri. Colon. 1575. f.

Andr. *Alciati* Emblemata. Lugd. 1599. 12.

* *Alitophili* Lachrymæ veritatis. cum Satyric. Barclaj. Amſter. 12.

Proſp.

Prosp. *Alpini* de Medicina Ægyptiorum. Ven. 1591. 4.

Donat. Ant. *Altimari* Opuscula Medica. Ven. 1570. 4.

Amati Lusitan. Curat. Medic. Cent. 7. Ven. 1654. 12.

Petr. *Aponens.* Vid. Conciliator.

L. *Apuleji* Opera cum Not. Phil. Beroaldi. 8. item ex Recensione Bonav. Vulcavii. Lugd. 1600. 12.

Hier. Fabric. ab *Aqvapendente* Opera Chirurgica. Patav. 1648. f.

Aristotelis Opera omnia. Bas. 1563. f.

Barth. *Arnigi* Veglie de gli ammendati costumi. Bresc. 1577. 4.

Joh. *Assueri* Hectas Affectionum Capillorum. Rostoch. 1623. 8.

* *Ejusd.* Jatromathematica. Rostoch. 1630.

Athenæi Dipnosophist. Libri Bas. 1556. 8. item cum Comm. Dalechamp. Lugd. 1612. f.

Horat. *Augenij* Epistol. & Consult. Medicæ. Ven. 1592. f.

Avicennæ Opera omnia, Ven. 1564. f.

Augustana Pharmacopœa. Aug. 8. item ex edit. Zvvölff. f.

Cæl.

Cæl. *Aureliani* de Acutis Passionibus. Parisf. 1533. 8.
Historia *Augusta*. Fr. 1588. T. 2. f.
Ausonij Poëmata Lugd. B. 1605. 16.
Sebast. *Austrij* de Puerorum morbis. Lugd. 1542. 12.

B.

Andr. *Baccij* de Naturali Italiæ vinorum Historia Rom. 1596. f.
Ejusd. de Thermis. Venet. 1571. f.
Joh. *Barclaij* Icon Animorum. 1616. 12. it. Amstelod. 12.
✱ Argenis. Lugd. B. 1634. 16.
J. Cæs. *Baricelli* Thesauriolus Secretorum. Fr. 1620. 8.
✱ Casp. *Barthij* Adversar. Tom. 1. f.
Casp. *Bartholini* de studio Medico. Hafn. 1628. 8.
Problemata Philos. & Medica. 1611. 4.
de Cauteriis. Hafn. 1624. 4.
Thom. *Bartholini* Histor. Anat. Rar. Cent. 1. & 2. Hafn. 1654. 8.
Hist. Anat. Rar. Cent. 3. & 4. Hafn. 1657. 8.
de Cruce Christi. Hafn. 1651. 8.

Basilij Valentini Triumphwagen Antimon. Lipſ. 1624. 8.
Joh. *Bauerij* Conſilia. Bonon. 1489. f.
Caſp. *Bauhini* Theatrum Botanicum Univerſale. Ebrodun. 1650. f.
Annibal *Barlet* la Theotechnie Ergo Coſmiqve. Pariſ. 1653. 4.
Lud. *Barthema* Hodæporium Indiæ Orientalis. Lipſ. 1608. 8.
Petr. *Bayri* Practica de Medend. Corp. Humani malis. Baſ. 1563. 8.
Joh. *Beguini* Tyrocinium Chymicum. Regiom. 1618. 8.
Alex. *Benedicti* Opuſcula. Argent. 152. 8.
Jul. Cæſ. *Benedicti* à Guelfal. Conſilia Medica. Ven. 1650. 4.
Epiſtol. Medicæ. Rom. 1649. 4.
Anton. *Benivenij* de abditis morborum cauſis. cum Dodon. Obſ.
Matth. *Berneggeri* Qvæſtiones in Tacit. Argent. 8.
✱ Tuba Pacis. Argent. 1621. 4.
✱ Speculum Principis Boni ſeu Panegyric. Plinij. 4.
Georg. *Bertini* Univerſa Medicina. Baſ. 1587. f.
Anton. Gunth. *Billichij* Obſervat. & Paradoxa

De

De curandis venenis. Arnhem. 1601.8.
Joh.Philip. *Brendelij* Consilia Medica. Fr. 1615.4.
Zaccharıæ *Brendelij* Chymia. Jen. 1641. 8.
Barnab. *Brissoni* de solemnib. Form. Pop. Rom.Fr.1592. 4.
Girolam. *Brissoni* Gondola à Tre Remi. Venet. 1657. 12.
Brudi Lusitani de Victu in Acutis. Colon. 1579. 8.
Balth. *Brunneri* Consilia Medica. Hal. 1617. 4.
Othon. *Brunfelsij* Onomasticum. f.
Joh. *Bruyerini* de Re Cibaria. Fr. 1600. 8.
✱ *Boteri* Ragion di Stato. 8.
Joh.Ern. *Burggravij* Biolychnium Fr.1630.8.
Achilles Panoplus. Amstel. 1612.
de Oleis Chymic. cum Praxi Hartmanni.
Hunc enim tractatum ipsi assignat Borellus in Bibliotheca Chymica.
A. *Busbeqvi* Opera omnia. Lugd.B. 1633.16.

C.

Jul. *Cæsaris* Opera. Lugd. 1574. 8.
Marsilij *Cagnati* Observationes Medicæ. Rom. 1587. 8.
Casp. *Calderæ* ab Heredia, Hispani, Tribunal Magico-Medicum. Lugd. B. 1659. f.

Joach.

Ioach. *Camerarii* Kräuterbuch. Fr. 1600. f.
Hortus Medicus. Fr 1588. 4.
de Re Rustica. Norib. 1596. 8.
✠ Emblemata ex Re Herbaria Fr 4.
Ioh. Rudolph. *Camerarii* Memorabilia Medica. Basil. 12.
Philip *Camerarii* Horæ Succisivæ. T. 3. Norib. 1591. 4.
T. *Calpurnii* Ecloga I. Vratisl. 4.
Hieron. *Cardani* Comment. in Prognostica Hipp. Bas. 1568. f.
Contradictiones Medicæ. Lugd. 1548. 4.
Thom. *Campanellæ* de Monarchia Hispanica. Amstel. 1641. 16.
Petr. Andr. *Canonherii* de admirandis Vini Virtutibus. Antwerp. 1627. 8.
Petr. à *Castro* de Colostro. Veron. 1645. 4.
Praxis MSS. & Observat. Collect. MSS.
Rod. à *Castro* Medicus Politicus. Hamb. 1614. 4.
de Morbis Mulierum. Hamb. 1628. 4.
Steph. Rod. *Castrensis* Exercitationes Medicæ. Ven. 1656. 8.
Expositiones in Hipp. Ægros. Ven. 1656. 8
Catulli Pöemata Edit. Jano Dousa. Lugd. B. 1592. 12. M. P.

M.P. *Catonis* de Re Rustica Lugd. 1541. 8.
Isaci *Cattieri* Observationes Medicæ. Paris. 1656.
Iacob. *Cats* Poëmata Connubialia Belgica. Vliesing. 1643. 12.
✱ de Officiis Puellarum Emblemata. Lugd. B. 16.
C. *Celsi* de Re Medica. Hagen. 1528.
Iacob. *Chiffleti* de cortice febrifugo. Bruxell. 1653. 8.
Ioh. du *Choul* de Qvercu & Monte Pilati. Lugd. 1555. 8.
Alph. *Ciccarelli* de Tuberibus. Patav. 1564. 8.
M. T. *Ciceronis* Opera Ed. Grutero. Hamburg. 1618. f.
Petr. *Ciacconi* de Triclinio seu modo convivandi. Heidelb. 1590 8.
Claudiani Opera cum Notis Del Rio. Antw. 1602. 12.
I. Cæs. *Claudini* Consilia Medica. Ven. 1646. 4.
de Ingressu ad Infirmos. Ven. 1647.
Tob. *Coberi* Observationes Castrenses. 8.
I. B. *Codronchi* de Hydrophobia. Fr. 1610. 8.
de Annis Climactericis. Colon. 1628. 8.
Phil. *Cominæi* Historia Gallica. Amstel. 1640. 12.
I.B. *Confalonerii* de Vini natura. Bas. 1535. 8.
Conciliatoris Controversiæ Medicæ & de Venenis. Ven. 1565. f.

Hier.

Pedac.

Pedac. *Dioscoridis* de Materia Medica. Paris. 1548. 8. & cum Com. Mathiol. Ven. 1558. f.
Renelm. *Digby* Theatrum Sympatheticum. Norib. 1660. 12.
Marcell. *Donati* Historia Medica mirabilis. Edit. Horstio Fr. 1613. 8.
Remb. *Dodonæi* Historia Vitis, Viniq; brevissima. Antvv. 1574. 8.
Medicinales Observationes. Col. 1581. 8.
Mich. *Döringij* de Med. & Medicina. Gies. 1611. 8.
Acroama de Opio. Jen 1620.
Varia MSS. & Disqvisitiones Epistolicæ cum Sennerto habitæ MSS.
Joh. *Dravvitz* de Scorbuto. Lips. 1648. 8.
Joh. Matth. *Duræstantis* de Aceto scyllitico. Ven. 1567. 8.

E.

Eobani Hessi de tuenda bona valetudine. Fr. 1556. 8.
Casp. *Ens* Delitiæ Apodemicæ per Germaniam, Hispaniam, Galliam. Col. 1608. 8.
Nic. *Epiphanij* Empirica, cum Dispensat. Chymico Lotichii. 8.
Th. *Erasti* Disputat. in Paracels. part. 4. Basil. 1572. 4.
Desid. *Erasmi* Adagia. Fr. 1599. f.
Cyprian. *Eichovij* Delitiæ Hispanicæ. Ursell. 1604. 4.

J. Bapt. *Ferraræ* Flora Italic. 4. Rom. 1638.
Alphonſ. *Ferrij* de Sclopetorum Vulneribus. In Uffenbach. Theſauro Chirurgiæ.
Marſil. *Ficini* de Sanitate Studioſorum. Lugd. 1595. 12.
Epidemiorum Antidotus. ibid.
Thom. *Fienus* de Cauteriis. Lovan. 1598. 8.
Ioh *Fienus* de Flatibus. Antvv. 1582. 8.
Ioh. Vincent. *Finckij* Enchiridium Dogmatico-Hermeticum. Lipſ. 1626. 12.
Leon *Fioravanti* Theſaurus Vitæ Humanæ, Ven. 1629. 8.
Capricci Medici Ven. 1647. 8.
Compendium Secretorum. Ven. 1630. 8.
Val *Flacci* Argonautica. Lugd. 1617. 12.
Ubert. *Folieta* de Laudibus Neapolis. In Ital. Illuſtratâ.
* Tumultus Neapolitani. Neapol. 1571. 4.
Lœl. à *Fonte* Conſilia. Medica Fr. 1609. 8.
Rod. à *Fonſecæ*. Conſultat. Medic. T. 2. Ven. 1628. f.
Dionyſ. *Fontanoni* Practica. Lugd. 1550. 8.
* Chriſt. *Forſtneri* Notæ in Taciti Annales. Arg. 1628. 8
Petr. *Foreſti* Conſilia & Obſervat. Medic. Lugd. B. 1593. 8.
Hieron. *Fracaſtorij* Siphylis ſeu de Morbo Gallico. Pariſ. 1543. 12.
Nic. Abrah. *Frambeſari* Conſultat. Medicæ. Fr. 1629. 4.

Am-

Ambrosiopœa. Lugd. B. 1628. 12.
Ioh. *Fragosi* Historia Aromatum Indic. Arg 1601. 8.
Ioh. *Freitagij* Noctes Medicæ. Fr. 1616. 4.
Aurora Medicorum. Fr. 4.
Ioh. *Freinshemi* de Calidæ Potu. Arg. 1636. 8.
* supplementum in Curtium. Arg. 1644. 8.
Iul. *Flori* Historia Romana. cum Comm. Stadij. Colon. 1600 8.
* Ioh. Christian. *Fromman* Exercitatio Vindemialis de Uva. Cobur 1660. 4.
Ant. *Fumanelli* Opera Medica. Tigur. 1557. f.

G.

Wolf. *Gabelchoveri* Observat. Medic. Cent. 6. Tubing. 1611. 8.
Claud. *Galeni* Operum Epitome per Lacunam. Bas. 1551. f.
Henr. *Garetij* Consilia de Arthritide, Fr. 1592. 8.
Marc. *Gattinariæ* Praxis. Fr. 1604. 8.
Simon. Abbes *Gebbema* Comment. in Petron. Traject. ad Rhen. 1654.
Conr. *Gesneri* Epistol. Medicæ. Tigur. 1557. 4.
de Rebus Secretis. Tig. 1569. 8.
A. *Gellij* Noctes Atticæ. Colon. 1557. 8.
Malach. *Geigeri* Medicus Microcosm. de Hypochondriaca Affectione. Monach. 1652. 4.
Georgeuitz de Turcarum moribus. 8.
Matth. Ludov. *Glandorpij* Gazophylacium Fonticulorum. Brem. 1632. 4.

Ioh. Rud. *Glauberi* Furni philosophici. Fr. 1652. 8.
Pharmacopæa spagyrica Nor. 8.
Deutschlands wolfarth. Fr. 8.
Bern. *Gomesij* Halographia. Ursell. 1605. 8.
Ioh. *Gorræi* Definitiones Medicæ. Fr. 1588. f.
Ioseph. Ant. *Gonzalo* de Salas Comm. in Petron. Fr. 1629. 4.
Isac. *Grangæi* Comm. in Iuvenal. Paris. 1614. 4.
Matth. de *Gradibus* Consilia Medica. Ven. 1514. f.
Guil. *Grataroli* de Regimine Iter agentium. Bas. 1561. 4.
Iacob. *Grevini* de Venenis. Antvv. 1571. 4.
Philip *Grulingij* Florilegium Medico-Chymicum. Lips. 1645. 4.
Iani *Gruteri* Notæ in Livij Historiam. Fr. 1619. 8.
Laur. *Grylli* de Sapore dulci & amaro. Prag. 1566. 4.
Andr. *Gryphij* Deutsche getichte. Vratisl. 1657. 8.
Franc. Osvvald. *Grembs* Arbor integra & ruinosa Hominis. Monach. 1657. 4.
Ioh. Lud. *Godofredi* Historia Antipodum. Fr. 1631. f.
Anton. *Guainerij* Opera Medica. Lugd. 1525. 4.
Horat. *Guarganti* Responsiones ad Ægritudines. Ven. 1613. 4.
Christoph. *Guarinoni* Consilia. Med. Ven. 1610. f.
Steph. *Guazzo* de civili Conversatione. Ital. Ven. 1586. 8.
Ant. *Guevaræ* * Horologium Principum. Torg. 1606. 4.

Episto-

Herodoti Historia. Basil. 1583. 8.
Ioh. *Heurnij* Methodus ad Praxin. Lugd. B. 1587. 4.
de Febribus. Lugd. B. 1598. 4.
Franc. *Hildesheim* spicilegia de Cerebri morbis. Fr. 1612. 8.
Hippocratis Opera Edit. Cornario. Bas. 1558. f.
Comm. 22. cum Analysi Zwingeri. Bas. 1579. f.
Petr. *Hispani* Thesaurus Pauperum. Fr. 1576. 8.
Jacob. *Hollerij* de Morbis Internis, & Instit. Chirurg. Lugd. 1578. 8.
Homeri Poëmata. T. 2. Argent. 8.
Q. *Horatij* Poëmata cum Comment. *Cruquij*. Antwerp. 1578. 4.
Joh *Hornungi* Cista Medica. Norib. 1625. 4.
Garz. ab *Horto* Aromatum Historia. Antw. 1567. 8.
Jac. *Horstij* de Vite Vinifera cum Herbario Gregor. Horstii. 8 Marp. 1630.
Greg. *Horstij* Observat. Consil & Epist. Med. Ulmæ. 1631 4.
de Sanitate Studiosorum Marp. 1628. 8.
Problemata Medica. Ulm. 1631. 4.
Joh. Dan. *Horstij* Pharmacopæa Catholica. Fr. 1650. f.
* Epistol. & Observat. Medicæ. Fr. 1656. 4.
Joh. *Huarti* Hisp. Scrutinium Ingeniorum. 1637. 8.

I.

Jasonis Pratens. de Cerebri morbis. Bas. 1549. 8.
Flav. *Josephi* Antiqvitates Judaic. Lugd. 1528. 8.

Thom.

Thom. *Jordani* Pestis Phænomena. Fr. 1576. 8.
Joh. *Jonstoni* Idea Hygieines recensita. Jen. 1660. 12.
Paul. *Jovii* de Romanis Piscibus. Baf. 1531. 8.
Italia Illustrata variorum Authorum. Fr. 1590. f.
Juvenalis Satyræ cum not. Farnab. Amst. 1633. 12.
cum Comm. Grangæi. Parif. 16914. 4.
Joh. *Juvenis* de Antiqvitate Tarentinorum. In Ital. Ill.

K.

Th. *Kesleri* Chymische Proceß. Fr. 1641. 8.
Athan. *Kircheri* Scrutinium Pestis. Lipf. 1659. 12.
de Magnete. Colon. 4.
de Luce & Umbra. Romæ f.
Joh. *Kirchmanni* de Annulis Antiqvorum. Schlesw. 1657. 8.
de Funeribus Romanorum. Lubec. 1636. 8.
Henr. *Kornmanni* de Virginitate. Hagæ 1654. 12.
Miracula Mortuorum. Darmst. 1610. 8.

L.

Andr. *Lacunæ* Epitome Operum Galeni. Baf. 1551. f.
Diog. *Laërtij* Vitæ Philosophorum. Antw. 1566. 8.
J. *Laet* Descriptio Hispaniæ. Lugd. B. 1629. 16.
Portugalliæ. Lugd. B. 1641. 16.
Belgii Confœderati. Lugd. B. 1630. 16.
Secondi *Lancellotti* L'hoggidi Ven. 1637. 8.
Joh. *Langij* Epistolæ Medicæ. Fr. 1589. 8.
Christ. *Langij* de Acidulis Egranis. Lipf. 1651. 4.

Curioſa Medica. Lipſ. 1657. 4.
Thom. *Lanſij* Orationes de Principatu Europæ. 8.
Scribon. *Largij* cum Notis Joh. Rhodii. Patav. 1654. 4.
Joh. *Lautenbachi* Conſilia Medica. Fr. 1605. 4.
Andr. *Laurentij* de Strumis. Pariſ. 1609. 8.
Anatomia. Fr. 1595. 8.
Joſeph. *Laurentij* Lucenſ. Polymathia. Vicent. 1631. 4.
Levin. *Lemnij* Occulta Naturæ miracula. Gandav. 1570. 8.
de Arborib. & Plantis Biblicis. Fr. 1596. 12.
Petr. *Laurenbergi* Porticus Æſculapii. 4.
Dominici *Leonis* Practica. f. Bon. 1583. f.
Ambroſ. *Leonis* Deſcriptio Nolæ. In Ital. Ill.
Johan. *Leonis* Deſcriptio Africæ. Lugd. B. 1632. 16.
Fortun. *Liceti* de Annulis Antiqvor. Utin. 1645. 4.
de Lucernis Antiqvorum. Utin. 1652. f.
Andr. *Libavij* Singularia Medica. T. 3. Fr. 1599. 8.
Alchimia. Fr. 1597. 4.
Joh *Liebaut.* Scholia in Aphor. Hippocrat. Lipſ. 1597.
de Agricultura. Arg. 1580 f.
Joh. Ant. *Lindani* Selecta Medica. Amſtel. 1656. 4.
Liberati de *Liberatis* Podagra Politica. Noriberg. 1655. 12.
J. *Lipſij* de Amphitheatro. Antw 4.
de Re Militari. Antw. f.

Epi-

Prosp. *Martiani* Comm. in Hippocr. Ven. 1652. f.
Nicol. *Massæ* Epistolæ Medicæ. Ven. 1557. 4.
Joh. *Matthæi* Centur. Difficult. Medicar. Herborn. 1616. 8.
Petr. And. *Matthioli* Epistolæ Medicæ. Prag. 1561. f.
Commentar. in Dioscorid. Ven. 1558. f.
Scipion. *Mazzellæ* de Puteolis. In Ital. Ill.
Joh. *Meursi* Criticus Arnobianus. Lugd. 1598. 8.
* Historia Danica. Hafn. 1631. 4.
Lud. *Mercati* de Indicationibus Curativis. Colon. 1580. 8.
de Morbis Mulierum. f. In Spach Gyn.
Scipion. *Mercurij* de Erroribus in Medicina. Patav. 1645. 4.
Hieron. *Mercurialis* Prælect. Pisanæ in Epidem. Hipp. Ven. 1597. f.
de Vino & Aqva. Ven. 1597 f.
Consilior. Tom 4. Ven. f.
de Morbis Mulierum. In Spach. Gynæc.
de Morbis Cutaneis. Bas. 1577. 4.
de Venenis. Bas. 1586. 8.
de Oculor. & Aurium morbis. Fr. 1591. 8.
de Arte Gymnastica. Paris. 1577.
Variæ Lectiones. Ven. 1571. 4.
* Laur. *Melliet* Discours Politiq. sur Tacite. à Rouen 1633. 4.
Gaudent. *Merulæ* Cosmographia. f.
Gerard. *Mercatoris* Atlas Major. Amster. 1630. f.

Nic.

Nic.Balth.*Merzij* Oenopolium Polypharmacum. Fr.1652. 4.
Joh.*Mesue* Opera.8.
Ant. *Mizaldi* Hortus Medicus, de Secretis Hortorum.Colon.1577. 8.
de Vinis Medicatis Lutet.1565.8.
Memorabilia Colon.1572.12.
Nic.*Monardes* de Simplic. ex novo Orbe. Antvv. 1582. 8.
de Simplic.ex Occid.India. Antvv.1574. 8.
J.Bapt. *Montani* Consilia. Basil. 1565. f.
Barthol.*Montagnanæ* Consilia Medica.Ven.1564.f.
Godfr.*Mœbij* de Usu Clysterum.Ien 1649.4.
Rabbi *Moysis* Aphorismi Medici. Bas. 1579. 8.
Phil.*Mülleri* Miracula & mysteria Chymica.Rotomag.1651.12.
Aloisij *Mundellæ* Epistolæ Medicæ. Bas. 1538. 8.
Raymundi *Mundereri* de Peste. Aug. 8.
Ant.*Mureti* Epistolæ,Hymni, Lips.1623. 8.
* Variæ Lectiones. 8.
Nicol.*Myrepsi* de Medicamentis. Lugd. 1550. 8.
Daniel. *Mylij* Basilica Chymica. Fr. 4.
Adr. *Mynsicht* Armamentarium Chymic. Lubec. 1646. 4

N.

Joh.*Nardij* Noctes geniales.Bonon.1656. 4.
Natalis Comitis Mythologia Hanov. 1619. 8.
* *Nazarij* Panegyric. Constantij.Post panegyr. Plin. 12.

Corn. *Nepotis* Vitæ Illustrium virorum. Arg 1640. 8.
Paul. *Neucranzij* Exercit. Medica de Harengo. Lub. 1654. 4.
de Purpura. Lugd. B. 1652. 4.
Sal. *Neugebaueri* Historia Polonica. Hanov. 1618. 4.
Nicephori Historia Ecclesiastica. Bas. 1560. f.
Nonij Marcelli de Rerum Proprietate. Antvv. 1565. 8.
Lud. *Nonnij* Diæteticum. Antvv. 1645. 4.
Sam. *Nortoni* Catholicon Physicorum. Fr. 1630. 4
Greg. *Nymmanni* de Apoplexia. Witteb. 1629. 4.

O.

Hippol. *Obicij* Prædict. Astronom. & Consf. Medica. Ven. 1618. 4.
Joh *Oberdorfferi* de Lue Ungarica. 4.
Olai Magni Historia Septentrionalis. Bas. 1567. f.
Adami *Oleari* Itinerar. Persicum 1. & 2da Editio f.
Schich Sadi seu Rosetum Persicum. Schlesf. 1654. f.
Oppiani de Venatione & Piscatu cum Comm. Ritterschusi Lugd. B. 1597. 8.
Ouidij Nasonis Opera. Amst. 1619. 16.
Metamorph. cum Comm. Regij. f.
Ovveni Epigrammata. Elbing. 1616. 8.

P.

Iul. *Palmarij* de Morbis Contagiosis. Paris. 1578. 4.
Dominic. *Panaroli* Observat. Medicæ. Romæ 1612. 4.
Guid. *Pancirolli* nova reperta. Amberg. 1602. 8.
de Rebus deperditis cum not. Henr. Salmuth. Fr. 1629. 4.

Am-

David

notæ in Scrib. Largum. Pat 1655. 4.
Ioh *Rhenani* Dissertat. Chymiotechnicæ. Fr. 1613. 4.
Cœl. Lud. *Rhodigini* Lectiones Antiqvæ. Bas. f.
Ioh. *Rhumelij* Opuscula. Norib. 12.
Nic. *Rigalti* Funus Parasiticum. Paris. 1607. 4.
Rondeletij Methodus curandi. 8.
Bald. *Ronssei* Epist. Medicæ. Lugd. B. 1654. 8.
Ioh. Car. *Rosenbergij* Rhodologia. Fr. 1631. 8.
I. *Rosini* Antiqvitates Romanæ. 4.
Hier. *Rubei* de Destillatione. Bas. 1585. 8.
Guern. *Rolfinck* Colleg. Therapeutic. MSS.
* Dissertatio Chymica de Tartaro. Jen. 1660.
Mart. *Rulandi* Curationes Empiricæ. Bas. 1593.
Gualt. *Ryff* Deutsche Apotheck. Straßb. 1602. f.

S.

Angel. *Salæ* Opera Chymica. Fr. 1647. 4.
Petr. *Salij* Diversi de Aff. Particular. & Febre Pestilenti. Fr. 1586. 8.
Bern. *Sacci* Historia Ticinensis. In Ital. Ill.
Salernitana Schola ex Edit. Sylvii. Roter. 1649. 12.
Phil. *Salmuthi* Observat. Medicæ. Brunsv. 1648. 4.
Salustij Opera. Antvv. 1579. 8.
Andr. *Sanftlebens* Nuces Saturnalitiæ. Lips. 1641. 8.
Actii *Sannazarij* Poëmata. Lugd. 1605. 12.
Sanctorij in I. Fen Avic Commentar. Ven. f.
Hipp. *Salviani* Historia Aqvatilium. Rom. 1554. f.
* Didaci *Savedræ* Emblemata Christiano-Polit. f.
Joh. Mich. *Savanorolæ* Practica. Ven. 1560. f.

Sanfelicij Descriptio Campaniæ. In Ital. Ill.
Hercul. *Saxoniæ* Pantheum Medicum. Fr. 1603. f.
J. Cæs. *Scaligeri* Libri Poëtices. 1607. 8.
Exercitat. in Cardan. Fr. 1576. 8.
Vidi Ant. *Scarmilionij* de Coloribus. Marp. 1601. 8.
Laur. *Schraderi* Monumenta Italiæ. Helmst. 1592. f.
Joh. G. *Schenckij* Observat. Medicæ raræ. f.
Experimenta Exoterica. Fr. 1607. 8.
Collect. MSS.
Ant. *Schnebergeri* de militum Valetudine. Cracov. 1564. 8.
de Medicam. ad Arthritidem. Fr. 1581. 8.
Marqu. *Schlegelij* MSS.
Martin. *Schmucks* Secreta Medica. Schleus. 1638. 8.
Laur. *Scholzij* Consil. & Epistolæ. Fr. 1598. f.
Aphorismi Medici. Urat. 1589. 8.
Euporista MSS.
Joh. *Schrœderi* Quercetan. Redivivus. Fr. 1648. 4.
Pharmacopœa Medica. Fr. 1640. 4.
Comitis *Scioppij* Collecta MSS.
Casp. *Schotti* Thaumaturgus. Physicus. Fr. 1659. 4.
Schvventeri Mathematische Erquickstunden. 4.
Melch. *Schizij* Colleg. Therapevticum Arg. 1634. 4.
de Conditura Cadaverum. Arg. 1649. 4.
de Alimentor. Facultatibus. Arg. 1650. 4.
de Acidulis. Arg. 1627. 8.
de recta ratione purgandi. Arg. 1621. 4.
de hæmorrhagia narium. Arg. 1650. 4.

Annxi


Joh. *Stockeri* Praxis. Fr. 1609. 8.
Famian. *Strada* de Bello Belgico. Lugd. B. 1645. 12.
Joh. Steph. *Strobelbergeri* Historia Urbis Monspelij. Norib. 12.
Galliæ Politico-Medica Descriptio. Ien. 1620. 12.
Guil. *Stuckij* de Conviviis Antiqvorum. Tig. 1597. f.
de Sacrificiis Veterum. Tig. 1598. f.
C. *Sueton.* Tranqvillus. Amst. 1630. 16.
Jac. *Sylvij* de Morbis Internis. Ven 1549. 8.
Bened. *Sylvatici* Consilia Medica. Pat. 1656. f.
Joh. Bapt. *Sylvatici* Controversiæ Medicæ. Fr. 1611. f.
Le *Soldat* Francois. 1604. 12.
de Unicornu & Margaritis. Berg. 1605. 4.

T.

Corn. *Taciti* opera Edit. Berneggero. Arg. 1638. 8.
Iac. Th. *Tabernæmontani* Wasserschatz Fr. 1581. 8.
Joh. *Tacki* Consangvinitas ☉, vini, Sacchari. Marp. 1659. 8.
J. *Tagaultij* Chirurgia. In Thesaur. Chir. Uffenbachi.
Frid. *Taubmanni* ⁎ Pöemata. Witteb. 1604. 8.
Comment. in Virgil. & Plaut. Witteb. 4.
Andr. *Tenzeli* Exegesis Chymiatrica. Fr. 4.
Terentij Comœdiæ. Lipſ. 1546. 8.
Jo. Bapt. *Theodosij* Epistolæ Medicinales. Bas. 1553. 8.
Theocriti Idyllia. Fr. 1557. 8.
Theophrasti Eresij Historia Plantarum. Ven. 1552.
Aug. *Thoneri* Observat. Medic. Ulm. 1651. 4.
Iacob. *Thöldens* Mysteria ♁. Geræ 1613. 8.
Halographia. Lipſ. 1612. 8.

Tile-

INDEX



INDEX GENERALIS

Continens Distributionem Generalem Ampelographiæ.

AMPELOGRAPHIÆ

CAP.

FINIS.

